Inf 27

ca 22

F. DOMINICI DE FLANDRIA,

ORDINIS PRAEDICATORVM, Theologi, ac Philosophi celeberrimi,

In D. Thomæ Aquinatis Commentaria super Libris Posteriorum Analyticorum Aristotelis,

Quæstiones Perutiles.

PAVLI quoq; Soncinatis eiusdem ordinis, lucida & subtilis Expositio in Porphyrij Isagogen, & Aristotelis Prædicamenta, cum suis questionibus in vnaquaq; expositione vtiliter disputatis.

Qui Auctores in Dialecticis quæsitis solertes, ijs, qui logicam discunt, maximè sunt accommodati.

Quæ omnia Iacobi Rossetti Vincentini opera & diligentia nunc primùm plurimis erratis ac vitijs, quibus fœdata erant, exeunt non modò pu & castigatiora, sed etiam expolita, & discreta, suis partium sin distinctionibus, titulis proprijs, ac notabilibus.



VENETIIS,
Apud Michaelem Berniam Bibliopolam Bononiensem.
M D LXXXVII.

PERILLVSTRI, ET REV. VIRO LODOVICO BLANCHETTO.

VEtuſtate generis ſi qui præſtant, atq; maiores ſuos nobiles appellare poſſunt, ij ab omnibus maximè ęſtimantur, Illuſtriſ. LODOVICE: ſi vero ad antiquã generis nobilitatem propria accedat virtus, hi vere nobiles & ſunt, & dici debent. Hoc in Illuſtriſ. tua Familia, & in te ipſo, contigit. Non enim ea deſiderantur, quę ſumma ſunt, Generis nobilitas, & Heroum, qui eam illuſtrarint, ſplendor perpetuus? Quanti illud eſt, quod hæc Familia ab Illuſtriſſimis B[...] gundię Ducibus originem traxerit, vſq; ab a[...] DCCCII? & quod anno DCCCCXLV[...] nominetur Robertus Blanchettus Ducis Bu[...] gundiæ nepos? Quod quanquam illuſtre [...] nobile, nobilitatis teſtimonium ſit; tamen n[...] minorem laudem à rebus geſtis Familia ſi[...] comparauit. Raynerius enim ſtrenuus in bell[...] miles, illuſtrem operam nauauit Eccleſię, E[...] nio III. Pont. Max. dum Crucis vexillum co[...]

infideles Turcas in Aſia propagaretur; anno MXV. Anno vero MLVII. Theodorus floruit in doctrinarũ ſcientiis, multaq; edidit pręclara, quæ eius nomen immortalitati commendarunt. Lodouicusque, Gottofrido Bolleoneo duce, maximus in maximo Hieroſolymitano bello dux, anno MLXXXIIII. digniſsimum Familia ſeſe oſtendit. Annoq; MCC. Andreas, Antiani & Conſulis magiſtratu perhonorifico perfunctus, in Patria Familiam illuſtriorem reddidit. Quem ſecuti Dionyſius, & Antonius, anno MCCLXXXV. inſignem in militia locum tenuere: alter etiam, Dionyſius ſcilicet, mortuus in pugna contra Lambertacios. Magna hæc ſunt. Non minora vero, quæ dicam. Mulieres enim ipſæ Familiæ lumen ornarunt. Ioanna nempe, forma ſpectabilis, ſpectabilior litterarum laude, latinè ita loquebatur, vt veteres illas
manas, quarum nomina ſumma cũ laude re-
ſentur, ſuperaſſe ſuo æuo ſit iudicata. Ger-
icam item, & Boemicam, aliasq; linguas ita
lebat, vt iis optime vteretur. Vt nihil in ve-
a Familia ſit tam magnum, quod non virtu-
ſit partum, & à virtute pendeat. Pòſt multi
norum gradus ſequuti. Nam illa, & prius in
exdecim, & deinde in duodecim virorum or-
bus floruit, qui quidem in ciuitate Bono-
plurimi ponderis, ſummæq; dignitatis ha-

bebantur

bebantur, ex illis demum auctus est quadraginta virorum ordo clarifs. in quibus præstitit Pater Tuus, vt ad nostram ætatem accedamus, Cæsar Senator perillustris, & Christi eques: qui maxim⁹ in omnibus vir, quid nõ egit, in quo non appareret, quantus esset? Non est igitur mirum, si ab eo, tanto inquam viro, Tu, tantus vir, procreatus es. qui GREGORIO XIII. Pont. Max. ita carus, itaque acceptus, fueris, vt nemo vnquam magis. Quodq; maximum est in Tuis laudibus, non Tu ex Pontificis clientela rem, non ea, quæ vulgo æstimantur, quæsisti: tantum in animi quiete tibi honoris statuisti, vt honorem Tibi summum duxeris, honore dignũ iudicari, honores ipsos si non contemnere saltem paruifacere. hinc fit, vt & Tibi ipsi placeas, & in dies maiorem apud alios admirationem concitans, is omnibus videare, quem omnes magis laudare, quàm imitari, humanæ mentis vitio, possint. Ex fratribus Tuis, Laurentius Romanam urbem Rotæ Auditor, exornat; Marcus Antonius, in Bononia Patria Senator, Senatorio munere meritissimum se præbet; Equitatu quoque Calatrauensi honestatus. Vere igitur nobiles estis, qui maiorum nobilitatem sum-mam obscurare quotidie virtute adnitimin[i] nam opes, quibus nobiles viri magis n[...] apparent, ita possidetis, vt domus vest[...]

 ci[...]

cina virtutis ab omnibus dicatur; & ii in Religionis zelo estis, vt omni laude maiores sitis. Iure igitur vniuersa hæc ciuitas vos amplexatur, vos suspicit, vos perpetuis encomiis ornat. Egoq; oblatam occasionem veteris meæ obseruantiæ erga Illustriss. Familiam Tuam testificandæ, vel potius renouandæ, nihil antiquius duxi, quàm Tuo nomini quod possum deferre. Exstabit igitur hoc qualecunque est meum de Tua virtute testimonium: quo Tu contentus esse debebis. nam, si animum spectaueris meum, viresq; perpenderis, facile reperies, nemini me, in Te celebrando, cedere. Faxit Deus, ut, quod summis precibus enixè peto, Tibi abunde suppetat. Felix igitur sis: quando à Tua felicitate aliorum felicitas manat.

Bononiæ. Kal. Mar. M D LXXXVII.

Perillustris D. T.

Deuinctissimus

Michael Bernia.

IACOB. ROSSETTVS VINCENTINVS

DIALECTICAE STVDIOSO.

RATIONIS differendi, quam Dialecticam appellant, fuit celebre in omnibus seculis studium, & adhuc ubique excolitur ac uiget, cum eam Professores scientiarum omnes ita magni æstimarint, ut initijs studiorum suorum proposuerint, nec sine ea ad inuestigationem maiorum rerum uoluerint aditum ulli patere. Dicunt.n. Dialecticam esse methodum certam ad omnes alias scientias. Propterea à Græcis, ab Arabibus, & à Latinis de ea Arte multa fuerunt tradita præcepta, plura extant adhuc monumenta, quę studiosorum manibus uersantur, & in dies quoque augetur scribentium in illam numerus, quasi ueterum præceptiones deficiant, uel non perfectè intelligantur, uel minus idoneæ sint ad cuiusque discentis ingenium. Si ergo multa a Veteribus de logica disciplina habemus, & tamen ueteribus adduntur quotidie noua, cur quæso permittimus in solis cellis sacri Prædicatorum ordinis latere, & quasi senescere Quæstiones egregias F. Dominici de Flandria, atque Expositiones primordiales Pauli Soncinatis? Viri fuerunt profectò isti Artis Logicæ peritissimi, qui ualde opportuna exercitationibus iuuenum, & digna cognitu reliquerunt exempla & documenta, quæ discentium studia fouere, acriterque ingenia excitare, & acuere possunt. Nam Aristotelicæ doctrinæ explicant multa, quæ uel dubia uel difficilia uidentur, & quæ iuuenibus ad eam properantibus uel incumbentibus sunt commodissima: non sectantur argutias uerborum, ambagesuè enunciationum, sed frugi sunt in quærendo & disputando, tum dilucide exponunt, quæ in medium proponuntur examinanda: copiosi etiam sunt in ijs recensendis enunciationibus, quæ in Arte frequenti in usu sunt, & quæ haberi in promptu solent ac debent: Ea demum quæ probant, quæuè determinantes constituunt, omnia (ut par est) ad mentem dirigunt, & ad sententiam componunt Doctoris Angelici, qui in re Dialectica, vt in grauioribus etiam rebus, omnino perspicacissimi sensus fuit, atque optimæ intelligentiæ & opinionis. Mirum tamen est eorum bonorum librorum ueterem tantum apparere impressionem, neque eam instaurare cuiquam fuis[...] curæ. Mirum magis adhuc uidetur hoc, eosdem tot tamque manifestis me[...] dis ac uitijs corruptos fuisse, quot qualiaque inuenimus, & quanta potui[...] ex tempore solertia restituimus, & nostra celeri correctione sustul[...] quo operam etiam probatiorem nauassemus, si uel exemplar aliud c[...] nacti fuissemus, quale in huiusmodi negotijs opus est, vel quidem pl[...]

poris nobis concessum, ac minus curarum fuißet. Longè quidem illis purgatioribus & nitidioribus Lector vtèris, tum noua nostra quadam expolitione, & cultu nouo, titulisque apte dispositis atq; distinctis. Nam singularum quæstionum partes ita diuisimus, ut vnaquæque seiuncta appareat, suisque proprijs nominibus insignita: argumenta similiter ex numerorum ordine apparent, apparent quoque notabilia quæ uocantur: singula, quæ tractantur & disseruntur, breuiter indicata præposuimus. Quæ quidem partitio atque distinctio, breuisque rerum significatio studio tuo valde accommodata erit, & animo discendi solicito subtrahet molestiam & laborem, paratioraque omnia tuæ inquisitioni præbebit. Erit itaque hæc nostra opera, qua cuncta digessimus, vsui tibi, grata simul & iucunda, cuius rei gratia solius elaborauimus: tametsi longè gratius utiliusque id futurum esse intelligimus, quòd plurimis sublatis erroribus ac mendis, omnia penè iam planiora, & magis expedita per studium nostrum inuenientur, magisque peruia intelligentiæ tuæ reddita erunt: quorum quædam hic etiam ueluti per annotationes indicando perficiemus.

P. significat principium, m. medium, f. finem.

3.col.1.p.per Tullium] nequaquam id habetur in Marco Tullio, sed huiusmodi definitio significata est ab Arist.lib.6.Ethic.

4.col.2.m.per quinque miliaria] His terminis exemplum non uidetur conuenire congruentiæ: maiorem. n. motum assignauit, quàm ut spacio unius horæ perficiatur etiam sine ea congruentia: magis posset uideri, ut in pluribus, necessitatis sine quo nō. satis fuerat dixisse simpliciter itinerare. Multiplicitatem uero necessitatis, qualem auctor exponit, pluribus in locis doct. sanctus exhibuit ut prima p.quæst.82.art.1.Et Et p.sent.dist.6.quęst.1.art.1.Et sent.2.distinct.29.quæst.1.art.1.Et sent.4.distinct.7.quæst.1.artic.1.quæstiuncula.2.Et de verit.q.22.art.5.& q.23.artic.4.ad pri. & contra gentil.lib.2.cap.29.

215.col.1.f.accidentis] oportuerat intercludere uel etiam excludere dictionem, antecedentis, quòd ea fuerit absurde locata ab eo, qui non intelligens quid scriptura contracta significaret, utranque uocem apposuit. probamus ergo ut sola dictio, accidentis legatur, quod ex fallacijs in Elenchis cognosces. Similiter 275. col. 2. m. nos interclusimus etiam uocem hanc, diffinitionem, post, dictionem, ratiotionem, quòd eam ibi nos addiderimus, ut lectoris intelligentia excitaretur atque adiuuaretur in harum uocum repetitione. Nā cum auctor usus sit etiam supra non semel ijs dictionibus repetitis, diffinitio diffinitionis, posset uideri alicui nugatio, uel quidem implicitus dicendi modus: propterea hic nos opportune addidimus eandem uocem, ut iunior intelligat diffinitionis & rationis significationem eandem haberi, atque alteram alteri ęquipollere: quod aperte indicat Linconiensis primo posteriorum capit. 2. & breuiter Sanctus Thomas.p. sentent. distinct.2. quæst. 1. articul. 3. sic inquiens. Ratio prout hic sumitur, nihil aliud est, quàm quod intellectus apprehendit de significatione alicuius nominis, & in his quæ habent diffinitionem, est ipsa rei diffinitio, sicut philosophus dicit. 4. Metaphysic. ratio quam significat nomen est diffinitio.

216.col.2.m. sicut pars in toto] ut potius legatur sicut totum in partibus, indicat sensus rationis annexæ, quæ dicit uniuersalia contineri in particularibus, ex quo deberet sequi, sicut totum in partibus, non è conuerso.

217. col.1.p.Diuiduationis] Nos quidē sic maluimus legi, cū diceretur indiuiduationis principium. mitto quòd hic ipse auctor 144.col.2.pene in p.sic dicat. Forma de se est indiuisibilis: materiæ uero competit diuisio. Sed ipse idem philosoph. qui citatur in lib.3.physicorum. materiam uult esse infinitam: ac infinitum diuisibile. eamque determinari à forma & contineri. Non tamen negamus materiam diuersimode consideratam diuiduationis aut indiuiduationis posse existimari causam, ut scilicet uel signata uel non signata accipiatur. nam materia signata cum determinatione harum dimensionem uel illarum est principium indiuiduationis: qua de re Diuus Thomas in Tractatu de principio indiuiduationis. Et auctor hic loquitur de materia prima de qua in physicis consideratur.

221.col.2.in p.& 2.argum. sustulimus turpes errores, nam primum argum. concludebat demonstrationem affirmatiuam esse potiorem negatiua, cum propositum esset contrarium. in 2. arg. quoque inerant absurda uitia inter quæ legebatur, syllogismum affirmatiuum non habere fieri nisi in 2. figura: quo quid peruersius? uerum eiusmodi plurima castigauimus errata toto genere aliena, nam & 140. col. 2. eiecimus me[...] dionales & posuimus terminos metaphysic.& 197. Syllabam legebatur cum subs[...] tiam legi deberet.

251.col.2.p.sub suo genere] sub uno non suo legendum esse & sensus indicat & se[...] tia uerba, cum ait, non continentur ęqualiter sub uno genere.

307.col.2.m.diffiniens uerum] probamus ut, diffiniens hominem, reponat[...] tur ex ipsorum uerborum structura & sensu. Nam si inquit particularia &[...]

esse ipsius hominis, quæ differunt per eas accidentales differentias, quas non oportet ut omnes cognoscat ille, qui diffiniat, manifestum est quòd intelligendum est de eo qui diffiniat hominem. ergo uera lectio erit hominem non uerum. sic 289. col. 1. p. cum legeretur homo, nos maluimus ut nunc legatur, medio. & 300. col. 1. f. legebatur duo milites in aere, cum in acie sit legendum.

354. col. 1. in arg. 2. constat desiderari uerba in priori exemplo, neque. n. sat est dicere tantum homo, neque homo est. negatiua enim oportet ut sit enunciatio: quare sic legerem, quia hæc oratio, homo non est, est diuisa. quæ congrueret sensui auctoris, ac facile ex tali uerborum collocatione potuit irrepsisse mendum.

371. col. 1. f. ergo homo non est] ut superius exemplum emendaueramus, ita hoc inferius, sed nescio quo casu erratum sit, legi. n. uelim sic, non est: homo ergo non est, sequitur enim hoc modo, cum illud quod superius est non sequatur, sic, non est homo: ergo non est. nisi quid desit: fallacia enim est, de qua, ut citat, philosophus agit in p. Elench. cap. 3.

INDEX QVAESTIONVM & Articulorum Primi Libri.

Index quæſtionum & articulorum ſecundi libri.

Incipit Index quæstionum magistri Dominici de Flandria super fallacijs Sancti Thomæ aquinatis.

FINIS.

ERRATA CORRIGENDA.

3.col.1.m.fine. Siue
& co l.2.p.conclusio. dele,
43.col.1.p.ad principium. ad principiatum.
16.col.2.f.quarum. quam.
111.col.2.m.desolute. absolute.
140.col.2.f.& licet. quod licet.
187.col.2.m.prædicata. prædicta.
197.col.1.f.Syllabam. substantiam.
204.col.1.m.lectio.39. 36 bis.
218.col.2.m.idest. inde est.
253.col.1.f.diuersimode tamen. adde, quia.
315.col.2.f.imagis. imaginis.
ibidem propter hoc. adde, quod.
321.col.2.f.primum. principium.
inferius.est. adde, de.
336.col.2.f.causas. causa.
354.col.1.p.quo. quod.
inferius.Vtrum. adde, fallacia.
Et col.2.m.diuisio. diuiso.
355.col.1.m.nam affirmatio. nam maior.
& col.2.m.cetum. centum.
357.col.1.p.speciei. Spiritus, tum, species, spiritus.
& col.2.m.metu o. me tuo.
365.col.1.m.supoofitio. suppositio.

Michael Bernia Lectori.

Quæ renouata suo largo dat Bernia sumptu,
Hæc quæsita alacer nunc tibi Lector habe.
Nil te pœniteat studiis hæc addere vestris.
Quæ purgata magis, tum mage culta vides.

F. DOMINICI DE FLANDRIA ORDINIS PRÆDICATORVM,

Quæſtiones perutiles in commentaria Diui Thomæ Aquinatis ſuper libris Poſteriorum Analyticorum Ariſtotelis,

Ad Fratrem Ambroſium de Alemania eiuſdem ordinis.

PROOEMIVM.

COnſiderauim⁹ ſæpenumero frater Ambroſi chariſſime, propter ignorantiam ſciẽtiæ libri poſteriorum, quæ omnium aliarũ ianua eſt & ancilla, nouicios in ſchola Doc. S. plurimum impediri. Eorum igitur vtilitati, veſtroque deſiderio prouidere cupientes ad laudem & gloriam ſaluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti eiuſdemque profundiſſimi diſcipuli, ſcilicet doctoris Sancti Thomæ de Aquino, vt pariter cum eis deuotas alas veſtras facilius ad altiſſimam ſciarum ſapiẽtiam in poſterũ extendere valeatis, tentabimus cum cõfidentia diuini auxilij eo ordine, quo præfatus doc.S. in ſuis cõmentarijs procedere dignatus eſt, omiſſis varijs aliorum opinionibus ea, quæ ad libros poſteriorum pertinẽt, breuiter enucleare. Et vt intentio noſtra ſub aliquibus certis limitibus comprehendatur, in pręſenti opere duæ erunt partes principales.

In prima parte erit declaratio eorũ, quæ in ſcripto ſunt Doc.S.

In ſecunda parte adducentur problemata, quæ ſunt inter Doct. Sanctũ, & alios doctores circa hos libros poſteriorum.

In prima parte duplex occurrit conſideratio. Prima erit de his, quæ tanquã præambula requiruntur ad hanc ſcientiam in communi. Secunda erit de conſideratis in hac ſcientia in ſpeciali, quæ incipiet ibi in Doc.S. [Aliis autem partibus logicę prætermiſſis.] Circa primum tria ſunt conſideranda, primo namque conſiderandum eſt de neceſſitate ſcientiæ ſermocinalis ſiue rationalis, quæ logica dicitur, & hoc in prima parte primæ lectionis Doc.S. ſecundo de diuiſione eiuſdem ibi. [Oportet ergo logicæ partes accipere &c.] Tertio de qualitate & conditione huius ſcientiæ in communi, & hoc vbi ſupra in Doc.S. & pręcipue ibi [Pars autem logicæ, quæ primo deſeruit proceſſui &c.] Circa primum quæruntur quatuor, primo vtrum ad diuerſos act⁹ humanos faciliter & ordina-

te perficiendos requirantur diuersæ artes & scientiæ. Secundo si ad directionẽ actuum rationis requiratur aliqua scientia, vtrum talis scientia dicatur logica. Tertio vtrum talis scientia, quæ logica dicitur, sit circa actum rationis tanquã circa propriam materiam. quarto vtrũ talis scientia conuenienter dicatur ars artium.

LECTIO PRIMA.

De necessitate & utilitate scientiæ rationalis siue sermocinalis.

QVAESTIO PRIMA
quę habet quatuor articulos.

Ibi in doc.S. Sicut dicit philosoph. *quod est principium proœmij eiusdem.*

ARTICVLVS I.

AD primum sic procedit. Videtur quòd ad directionem actuum humanorũ nõ necessario requirant diuersæ artes & scientiæ. Nam sicut homines ordinantur ad finẽ, ita & alia animalia. Sed ad hoc quòd actus aliorũ animaliũ ordinentur in finẽ, non requiritur ars aut scientia, cum intellectum non habeant. ergo videtur, quòd etiam ad directionem actuum humanorum in determinatum finem non requirantur diuersæ artes & scientiæ.

2 Præterea. Gubernare aliquem nihil aliud est quàm dirigere ipsum in finem, ut probat Doc. S. in prima parte, q.103. quasi per totam. Sed deus gubernat omnia, vt ibidẽ probat: ergo dirigit omnia in suum finem, & per cõsequens frustra requiruntur ad hoc artes & scientiæ.

3 Præterea. Id quod necessario tendit in aliquid, non indiget aliquo extrinseco, vt ordinet ad illud. Sed omnes actus humani necessario tẽdũt in vltimũ finẽ, quia nihil est, quod vltimum finẽ possit non appetere. igitur idem quod prius.

4 Præterea. Si artes & scientiæ diuersę requirerẽtur ad hoc, vt actus humani dirigerentur in finem, sequeretur quòd uetula scientias ignorans non posset consequi vltimum finem. consequens est erroneum. igitur & antecedens: patet cõsequẽtia, quia necessarium est sine quo aliquid impossibile est esse, vt elicitur ex quinto metaphysicæ.

Oppositum. Sed in contrarium est Doc.S. in principio primę lectionis huius libri dicens. [Inde est quòd ad actus humanos faciliter & ordinate perficiendos diuersę artes deseruiunt]. Hæc ille.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum: ꝙ ad hoc ꝙ actus humani ad debitum finem perueniant, necessario requiruntur diuersę artes & scientiæ ad eorum directionem: quod sic probatur secundum Doc.S. vnica ratione: quæ talis est. Nam homo in suis actibus dirigitur iudicio rationis ordinantis actus in debitum finem. Sed homo in suis actibus conuenienter dirigi non potest iudicio rationis nisi mediantibus diuersis artibus & scientijs. ergo ad actus humanos faciliter & ordinate perficiendos diuersę artes & scientiæ deseruiunt. Primam probat Doc.S. auctoritate Philosophi in proœmio metaphysicę: vbi dicit: ꝙ hominum genus, arte & rationibus viuit, volens ꝑ hoc innuere propriũ hominis, in quo ab alijs aĩalibus differt. Alia.n. animalia naturali quodam instinctu ad actus suos aguntur: sed homo in suis operibus iudicio rationis dirigitur. & sic maior est vera. Mediam verò sic probat. Nam nihil aliud ars esse videtur quam quædam rectitudo rationis, qua per determinata media ad determinatum finem actus humani perueniant. ergo homo conuenienter dirigi non potest nisi mediantibus artibus diuersis & scientijs. Prædictam autem conclusionem cum probationibus eiusdem innuit Doc.S. in principio primæ lectionis huius lib. vbi sic ait. [Sicut dicit Aristot. in principio metaphysicæ, hominum genus, arte, & rationibus viuit &c.] vsque ibi exclusiue.

ue:[Ratio autem non solum dirigere potest &c.] Circa hanc rationem sic procedit Doc.S.primo ponit probationem maioris. scilicet in principio. secundo ponit minorem ibi.[homo autem &c.] tertio ponit conclusionem ibi. [Inde est &c.]

Sed contra aliqua, quæ dicta sunt, instabat discipulus dicens,Sine vita nullum animal habet esse: cum viuere viuentis sit esse eius: vt habetur in secundo de anima.Si ergo hominum genus arte & rationibus viueret, sequeretur ꝙ non haberet esse sine artibus.cõsequens est manifeste falsum. ergo & illud ex quo sequitur.Præterea. Ars est ipsa ratio rerum:vt patet per Tullium, qui dicit,ꝙ ars est recta ratio rerum a nobis factibilium.ergo videtur esse male dictum, ꝙ ars sit rectitudo rationis. Dicendum primo:ꝙ viuere sine vita potest accipi tripliciter,secũdum ꝙ innuit Doc. S.in prima secundæ. q.3. arti. secundo. ad primũ : q.56.i.primum : prima. questio. 18.ar.2. : quæst.54. i.secũdum : & in secundo de anima: & in prooemio metaphy.vno mõ pro esse viuentis:& sic procedit argumẽtũ,videlicet,ꝙ sine tali viuere animal nõ põt esse. secundo modo accipit viuere pro operõne vitali: quando enim aliquis facit operationes vitales,dicimus eum viuere: quibus cessantibus dicitur mori. tertio modo accipitur vita ꝓ principio directiuo operationũ vitalium:& sic accipitur viuere in proœ. metaphysicæ. & in præsenti lectione. Cum dicitur,quòd hominum genus arte & rationibus viuit:quia per artem homo dirigitur in agendis: vt patet per Doc.S. secunda secũdę.q.19. ar.7.in corpore.vbi sic ait.[Initium artis secundum eius eẽntiam sunt principia, ex quibus procedit ars.Initium autem artis secundum eius effectum est, vnde incipit ars operari, sicut si dicamus quòd principiũ artis ędificatiuę est fundamentum: quia ibi incipit ędificator operari]. Hęc ille. Contra. Quia accipiendo artem pro principio directiuo operõnum, solum ars sic conuenit artificibus,cum ars sit de factibilibus per artem: vt dicitur sexto ethi.Si ergo accipitur in prędicta probatione ars pro principio operõnis, nõ vniuersaliter verum erit, quòd hominum genus viuit artibus: sed solum ꝙ genus artificum viuit artibus: & sic prædicta conclusio non debite probabitur.

CONCLVSIO.

Dicendũ quòd ars potest accipi dupliciter. Vno modo proprie secundum ꝙ distinguitur contra prudentiam & contra alios habitus intellectuales: secundum.s. quòd est recta ratio rerum a nobis factibilium:& sic non accipitur hic, & sic argumentum procedebat. Alio modo accipitur ars communiter vt se extendit ad omnes habitus intellectuales:& sic conuenit non solum artificibus, sed omnibus hominibus aliquem habitum intellectualem habentibus: & isto modo accipitur hic. Dicendum secũdo, quod ratio potest accipi dupliciter, vno modo pro potentia rationali discursiua, & sic ars non dicitur ratio, sed rationis rectitudo: vt in proposito dictum est. Alio modo accipitur ratio pro habitu directiuo rationis:& sic accipitur ratio, dum dicitur, ꝙ ars est recta ratio rerum,idest habitus directiuus rationis: vnde argumentum laborabat in ęquiuoco.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, ꝙ dupliciter aliquid ordinatur ad finem: vt dicit Doc. S.ĩ prima secũdę,q.prima,ar. secũdo. vno modo proprie tanquã seipsum mouẽs ad finem,& sic sola creatura intellectualis ordinatur in finem. Alio modo communiter, non tanquam seipsum mouens, sed tanquam motum ab alio:& isto modo bruta animalia ordinantur in finem operatione naturali, & animal ordinatur similiter: ab alio: sed operatione humana ordinatur à seipso in finem:vt patet ibid.ar.primo. non e[...] ergo si His ratio de homine & de brutis quamuis moueantur in finem, quia d[...] uersimode hoc eis conuenit. Ad secũ[...] dicendum, ꝙ duplex est principium d[...] rectiuum operationis humanæ: quo[...]

dam est principium quod: & illud est duplex, s. remotum & vniuersale, quod est ipse deus: aliud est particulare & proximum, & illud est homo agens. Aliud est principium directiuum quo: & illud est duplex: nam quoddam est principium directiuum operationis naturale & remotum quantum ad esse: & tale est potentia, quæ est principiũ operandi: aliud est principium directiuum non naturale, sed superadditum & propinquum & immediatum, quantum ad bene esse & congruentiam operationis: & tale est ars: vt patet per Doc. S. in quarto sen. di. 4. q. i. ar. i. q. i. i. c. post medium. vbi sic ait. Potentia est qua possumus aliquid simpliciter, sed habitus est, quo illud possumus bene vel male. & quarto sen. di. 49. q. i. ar. secundo sic ait. Potentia est principium actus quo ad substantiam eius, sed habitus quo ad formam & perfectionem actus dicitur esse principium actus. Hæc ille. Et primo dist. 3. q. 5. quintum: secundę di. 24. q. i. c. i. dicit, quod habitus proprie est qualitas informans aliquam potentiam, vel principium eliciens actum. hæc ille. Licet ergo deus sit primum principium efficiens directiuum, tamen ars est principium proximum non quod, sed quo, vt dictum est. Ad tertium dicendum, quod vltimus finis hominis potest accipi dupliciter, vt dicit Doc. S. in prima secundę q. i. ar. 7. Vno modo pro ratione ipsius vltimi finis, & sic omnes actus humani necessario tendunt in vltimum finem. Alio modo accipitur pro re, in qua ratio vltimi finis reperitur, & sic non necessario tendunt in vltimum finem, aliqui enim posuerunt vltimum finem consistere in voluptatibus, alij in honoribus, & huiusmodi, vt patet primo eth. Vel dicendum ad maiorem, quod illud, quod necessario tendit in aliquid non indiget aliquo extrinseco creato quo ad esse, sed bene indiget quo ad bene esse. Omne tamen creatum quod tẽdit in aliud tanquam in finem siue necessario siue contingẽter, indiget aliquo exteriori dirigente increato. i. deo, quia talis necessitas habet causam sui esse, & dependet quantum ad esse & fieri ab ipso deo. Ad vltimum dicendum, quod duplex est necessitas secundum philosophum quinto metaphy. quędam est necessitas absoluta, & hæc est duplex: quædam est quæ sumitur a causa formali, vt triangulum necesse est habere tres angulos: quędam est quę sumitur à causa materiali, vt ꝙ omne cõpositum ex contrarijs necessario sit corruptibile. alia verò est necessitas condõnata, & talis est duplex: quędam est conditionata ex conditione agentis, quæ dicitur necessitas coactionis, quæ quidem sumitur a causa efficiente: dum. n. aliquis cogitur facere aliquid contra voluntatem dicitur necessitari: alia est necessitas condõnata, quæ sumitur a fine & talis est duplex, quędam est necessitas simpliciter dicta, quando. s. est aliquid, sine quo res nullo modo potest esse, sicut si homo velit viuere, necessarium est vt habeat cibum: alia est necessitas congruentię, quando. s. aliquid est, sine quo res potest pertingere ad finem, non tamen debito & congruo modo, vt si quis vellet itinerare per quinque miliaria per vnam horam, necesse est quod habeat equum, non quidem simpliciter, sed vt congrue & debite ambulare possit. necessarium autem sine quo non vel absolute, aut simpliciter est, quod est impossibile non esse, non autem sine quo, sed non bene, vel necessarium congruentiæ, sed est sine quo res congrue non potest esse. Ars igitur necessario requiritur ad vitam humanam, nõ necessitate absoluta, vel necessitate simpliciter dicta, sed necessitate congruentię, quia licet imperfecte sine arte vita hominis possit ordinari in finẽ, non tamen complete & debito & cõgruo modo, sicut dictũ est, vnde argumentũ nullũ est.

Ibi, Ratio autem non solum. *in prooemio Sancti doctoris.*

ARTICVLVS II.

AD secũdum sic proceditur. Videtur quod ad directionem actuum rationis

nis non requiratur aliqua determinata scientia, quæ logica dicitur: nam ratio non solum est directiua aliorum actuum, sed etiam suorum, vt dicit Doc. S. in littera. ergo prçter rationem non requiritur alia ars ad directionem actuū propriorum: frustra enim fit per plura quod potest fieri per pauciora.

2 Præterea. Idem videtur esse principium directiuum aliorum actuum hominis, & propriorum actuum rationis: sed non est necessaria determinata scientia quæ logica dicitur, ad directionem actuum aliorum, videlicet ipsius manus vel oculi, & sic de similibus. ergo idem quod prius.

3 Præterea. Illa scientia, quæ est aliarum rectrix & gubernatrix habet dirigere rationem in suis actibus, quia dirigere pertinet ad scientiam architectonicam, vt dicitur in procemio metaphy. sed metaphysica est aliarum scientiarum gubernatrix, vt ibidem deducit Doc. S. ergo metaphysica est illa scientia, quæ est directiua operationum rationis & non logica.

OPPOSITVM.

Sed in contrarium est Doc. S. in litera dicens. Eadem ratione ars quędā necessaria est quæ sit directiua ipsius actus rationis, per quā homo in actu ipso rationis ordinate faciliter & sine errore procedat, & hæc est logica. Hæc ille.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod necessaria est quędam scientia, quæ est directiua ipsius actus rationis, vt per eam homo in ipso actu rationis ordinate, faciliter, & sine errore procedat, quæ quidem scientia, dicitur logica. Primam partem præsentis conclusionis probat Doc. S. tali ratione. Sicut ratio de actu manus, aut aliarum partium hominis ratiocinatur, ita & de proprio actu suo ratiocinatur, cuius est directiua. sed ex hoc, quod ratio de actu manus ratiocinatur, adinuenta est ars ædificatoria aut fabrilis, per quas homo faciliter, & ordinate huiusmodi actus exercere potest. ergo a simili ex hoc, quod ratio de proprio actu ratiocinatur, necessaria est aliqua ars, quę sit directiua ipsius actus rationis, vt ordinate in suis actibus procedat. Quia autem ratio de proprio actu ratiocinetur, cuius actus est directiua, probat sic Doc S. quia proprium est intellectiuę partis, vt in seipsam reflectatur, nam intellectus intelligit seipsum, similiter ratio de suo actu ratiocinari potest, vnde ratio non solum dirigere potest inferiorum partium actus, sed etiam est suiipsius directiua. Secundam autem partem prædictæ conclusionis probat Doc. S. tali medio: nam logica dicitur rationalis scientia, non solum ex hoc quod est secundum rationem, quia hæc est omnibus artibus communis, sed ex hoc, quod est circa ipsum actum rationis. ergo illa scientia, quæ est actuum rationis directiua, est ipsa logica.

Sed in contrarium instabat discipulus dicens, Dirigere est actus rationis. si ergo logica esset directiua actuum rationis, sequeretur quod esset directiua directionis, quod est falsum, quia sic esset procedere in infinitum in directionibus rationis. Dicendum quod ratio est directiua directionis, non quidem per aliquam aliam directionem, sed vna & eadem directione dirigit alios actus eius, & ipsum dirigere, non quidem directe, sed reflexe: dirigere enim non est proprie ille actus rationis, qui dirigitur, sed quo aliquis actus dirigitur.

Præterea Idem discipulus sic arguebat. Simplicium terminorum appræhensio est actus rōnis, & tamen logica non est necessaria, neque requiritur vt videtur ad directionē talis actus. ergo saltē non est vniuersaliter verum quod logica sit directiua omnium actuum rationis. Dicendum quod ipsius rationis proprie est discurrere ab vno in aliud, & inde est quod homo dicitur rationalis quia intelligit per discursum, Angel[illegible] vero dicitur intellectualis & non pr[illegible] prie rationalis. vnde logica proprie [illegible] citur directiua actuum rationis secu[illegible] ꝙ ratio discurrit ab vno in aliud. Ex [illegible]

ſequenti tamen eſt etiam directiua appræhenſionis terminorum ſimplicium non abſolute, ſed ſecundum quod ſunt ordinabiles in propoſitionibus, & ſyllogiſmis, aut etiam ſecundum quod ſunt ordinabiles ſecundum ſub & ſupra in aliqua linea prædicamentali.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod duplex eſt principium directiuum: videlicet quo ad eſſe: & quo ad bene eſſe. Ratio enim eſt directiua ſuorum actuum quo ad eſſe: ſed non poteſt bene, & ordinate, faciliter & prompte dirigere ſuos actus ſine habitu: vnde in directione actuum eius requiritur habitus qui eſt ſcientia. Ad ſecundum dicendum: quod idem eſt principium directiuum remotum omnium actuum rationis, videlicet ipſa ratio: ſed diuerſa ſunt principia directiua propinque, videlicet diuerſi habitus & ſcientiæ. Ad tertium dicendum: quod metaphyſica eſt gubernatrix ſcientiarum realium: logica vero dicitur directiua quantum ad ratiocinationes & intentiones rationis: vnde logica dicitur ſcientia ſcientiarum ad omnium methodorum principia viam habens.

Ibi, quæ non ſolum rationalis eſt *in proœmio Sancti Doctoris.*

ARTICVLVS III.

AD tertium ſic proceditur. Videtur quod logica non ſit circa actum rationis ſicut circa propriam materiã: nam actus rationis non habet materiam ex qua, cum non componatur ex materia & forma: oportet ergo quod ſi ſit materia, quod ſit materia in qua ipſius logicę: aut materia circa quam: non primo modo, quia logica eſt in anima ſubiectiue, & non in actu rationis. ergo anima eſt materia, in qua logicę: & non actus rationis. Similiter actus rationis non poteſt eſſe materia circa quam logicę: quia habitus & actus eius referuntur ad idem obiectum: & per conſequens ad eandem materiam circa quam dicitur obiectum ſcientiæ: ſed actus ſcientiæ logicalis non habet pro materia circa quam ipſum actum rationis: aliàs idem eſſet obiectum & actus eiuſdem habitus. ergo logica non verſatur circa actum rationis ſicut circa obiectum.

2 Præterea. Actus alicuius potentię non poteſt eſſe obiectũ eius: neque ecõuerſo: vt probat Doc.S. prima ſecundæ q.j.ar.j. ergo actus rationis non poteſt eſſe obiectum ipſius rationis: & per conſequens neque ipſius logicæ: quæ eſt directiua actuum rationis.

3 Præterea. Secundum Doc.S. in 4. meta. & in tractatu de genere: ens rationis eſt obiectum logicę. ergo non eſt actus rationis. patet conſequentia: quia obiectum eſt illud, in quod vltimum terminatur potentia.

OPPOSITVM.

Sed in contrarium eſt Doc.S. in lectione dicens. Quæ quidem logica non ſolum rationalis eſt ex hoc quod eſt ſecundum ratione: quod eſt omnibus artibus commune: ſed ex hoc quod eſt circa ipſum actum rationis ſicut circa propriam materiam. hæc ille.

CONCLVSIO.

Reſpondeo; dicendum quod actus rõnis põt cõſiderari dupliciter. Vno modo formaliter. videlicet pro ipſa operatiõe intellectus ſecundum ſe & abſolute conſideratã: & iſto modo logica non eſt circa actum rationis, ſicut circa proprium obiectum: cuius ratio eſt, quia obiectũ alicuius ſcientiæ eſt illud, in quod vltimo terminatur ſcientia: ſed actus rationis formaliter & ſecundum ſe conſideratus non eſt vltimus terminus logicæ: quia ille actus ordinatur ad ens rationis obiectiue. igitur &c. Alio modo actus rationis poteſt conſiderari obiectiue: aut materialiter. videlicet pro eo quod cauſatur per ipſam operationem intellectus in anima ſ. pro ente rationis: & iſto modo logica eſt circa actum rationis ſicut circa propriam materiam, ſiue circa proprium obiectum: vt patet per

Doc.

Doc. S. in primo huius lectione 20. vbi sic ait. Et quia circa omnia quæ sunt, habet negociari ratio: logica autem est de operationibus rationis: logica etiam erit de his quę communia sunt omnibus i. de intentionibus rationis, quę ad omnes res se habent: non autem ita quòd ipsa logica sit de ipsis rebus communibus sicut de subiectis: considerat. n. logica sicut subiectum syllogismum, & enunciationem, & prędicatum: aut aliquid huiusmodi. hæc ille formaliter. vt patet etiam per Doc. S. primo sententiarum. distin. 33. ar. primo. ad tertium. vbi dicitur quod ratio dicitur dupliciter. vno modo id, quod est in ratiocinante. i. actus vel potentia: secundo modo vt est nomen intentionis. s. dictó, vel argumentatio: & in quarto contra genti. c. 2. co. 2. sic ait. Aliæ sunt scientię de rebus: aliæ de intentionibus intellectiuis. hæc ille. quod sic patet: quia illud est subiectũ alicuius scientiæ, quod est communissimum in aliqua scientia consideratum, primo notum, non transcendens metas illius scientię: ad quod omnia in tali sciẽtia principaliter considerata habent ordinem & attributionem: vt patet per Doc. S. in prooemio primi sententiarum: sed ens rationis est huiusmodi in logica, vt patet discurrenti per singulas partes: nam ens rationis est communissimum consideratum in logica, & de eo in nulla alia scientia consideratur, ad ipsum etiam omnia reducuntur: nam omnia quæ in logica considerantur aut sunt entia per primã operationem rationis appræhensibilia: aut per secundam: aut per tertiam. igitur &c. Idem patet per Doc. S. in 4. metaphy. vbi sic dicit. Ens rationis est proprium subiectum logicę: & huiusmodi intentiones intelligibiles entibus naturę ęquiparantur. hæc ille. Idem patet per Philosophũ. 4. metaphy. vbi dicit quòd dialectica & prima philosophia eandem subinduunt formam: & sic in subiecto ęquiparantur; vnde sicut metaphy. habet ens reale creatum cõmune ꝑ obiecto: ita logica habet ens, de quo potest fieri ratiocinatio, pro obiecto, quod est ens ꝉ rationis. Pro cuius declaratione maiori primo aduertendum est secundum Doc. S. in prooemio primi sentẽtiarum, quòd tres sunt conditiones subiecti attributionis alicuius scientię: prima est quòd quęcunque sunt considerata in illa scientia debent contineri in subiecto. secunda est ꝙ cognitio subiecti principaliter intendatur in illa scientia. tertia conditio est quod per subiectũ distinguatur scientia ab omnibus alijs: quia scientię secantur quemadmodum & res: vt patet in 3. de anima. hæc ille. Cum igitur prędictę cõditiones conueniant enti rationis in logica: sequtur ꝙ ens rõnis erit subiectum.

Considerandum est vlterius secundum Doc. S. in 4. metaphy. quòd ens est duplex, scilicet ens naturæ, & ens rationis. ens autem rationis dicitur proprie de illis intentionibus quas ratio adinuenit in rebus consideratis, sicut intentio generis, & speciei & similium: quæ quidem non inueniuntur in rerum natura, sed considerationem rationis consequuntur: & huiusmodi scilicet ens rationis est proprie subiectum logicę: huiusmodi autem intelligibiles intentiones entibus naturæ æquiparantur, eo quod omnia entia naturæ sub consideratione rationis cadunt: & ideo subiectum logicæ ad omnia se extendit, de quibus ens prædicatur: vnde contingit ꝙ subiectum logicæ æquiparatur subiecto primæ philosophię quod est ens naturæ. hęc ille formaliter. Idem dicit Docto. S. in tractatu de natura generis quasi de verbo ad verbum. Ex quo patet solutio illius argumenti cum sic arguitur. subiectum logicæ ęquiparatur subiecto metaphy. sed subiectum metaphy. est ens reale. ergo subiectum logicæ est ens reale, & non ens rationis: non enim est intelligendum, quòd subiectum logicæ æquiparetur subiecto primę philosophiæ secundum identitatem, se[d] secundum extensionem consideratio[-] nis vt dictum est. Considerandum est [vl-] terius tertio ꝙ triplex est subiectum i[n] aliqua sciẽtia, scilicet communissimu[m]

commune, & speciale: communissimum subiectum in logica est ens in communi vt se extendit ad ens reale & ad ens rationis: commune vero quod vocatur subiectũ attributionis est ens rationis, quod habet fundamentum in re mediãte conceptione intellectus: sed speciale dicitur principalior pars subiectiua subiecti, & sic argumentatio dicitur subiectum logicæ speciale: nam sicut in metaphy. pars subiectiua principalis ipsius entis, quæ est substãtia, non est subiectum attributionis metaphy. cũ non omnia considerentur sub ratione formali substãtiæ sed entitatis. ita in logica argumentatio non est subiectum attributionis: cum non omnia considerentur sub ratione formali argumentationis ratiocinabilitatis, vel alicuius huiusmodi: quæ sit ratio formalis entis rationis tanquam subiecti totius logicæ: cum etiam sub tali ratione formali subiectum prædicetur de omnibus, quæ cadunt sub tribus operationibus intellectus, & tale subiectum totius scientiæ sub tali ratione contracta debeat esse etiam in partibus subiectum: sicut ens mobile contractum ad formam, vel ad vbi &c. sed argumentatio non est huiusmodi: non enim est dicendum sicut dicit versoris albertizando, ꝙ argumentatio sit subiectum attributionis logicę quia vt dictum est secundum Philosophum, subiectum logicę ad omnia se extendit de quibus ens rationis prædicatur: sed ens rationis non solum prædicatur de his, quibus attribuitur argumentatio, sed etiam de his, quibus attribuitur diffinitio, & compositio, siue diuisio: ideo ens rationis & non argumentatio debet esse subiectum attributionis logicę.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum ꝙ triplex est materia, s. ex qua: in qua: & circa quam: materia ex qua dicitur altera pars totius compositi, sicut paries est materia ex qua domus fit: materia verò in qua est subiectum in quo est aliquod accidens, sicut paries est materia in qua albedinis: sed materia circa quam est obiectum alicuius potentiæ siue habitus, circa quod talis potentia versatur uel habitus, sicut color dicitur materia circa quam ipsius visus: logica uerò cũ non sit res materialis non habet materiam ex qua: sed habet materiã in qua, quę est anima: & materiam circa quam, quæ est ens rationis aut actus rationis secundo modo supra posito consideratus, & non primo modo, ut argumentum voluit.

Ad alia duo argumenta patet solutio ex dictis, quia procedunt de actu rationis primo modo accepto, & non secundo modo sicut declaratum est.

Ibi. Et ideo dicitur ars artium, *in proœmio Sancti Doctoris.*

ARTICVLVS IIII.

Ad quartum sic proceditur. Videtur ꝙ logica non debeat dici ars artium. Nam illa scientia, quæ gubernat alias, dicitur esse ars artium: sed metaphysica est gubernatrix omnium aliarum sciẽtiarum. igitur metaphysica est ars artium, & non logica.

2 Pręterea. Omnis genitiuus reflexus supra suum nominatiuum importat excellentiã: si ergo logica esset ars artiũ, sequeretur ꝙ esset nobilissima scientiarum. consequens est falsum, quia metaphysica cũ sit de ente reali, est nobilior quam logica, quæ est de ente rationis: ut patet primo metaphysi. ergo idem quod prius.

3 Præterea. Logica nõ est ars: ergo nõ est ars artium: patet antecedens: quia ars & scientia sunt duo habitus intellectuales abinuicem distincti: sed logica est scientia, ergo logica non est ars: & valet consequentia per locum à disparatis.

OPPOSITVM.

Sed in contrarium est Doc. S. in lectione dicens. Ideo logica dicitur ars artiũ, quia in actu rationis nos dirigit, a quo omnes artes procedunt. hæc ille.

CON-

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, ꝙ aliquam scientiam esse artem artium potest intelligi quadrupliciter. Vno modo secundum dignitatem obiecti: quia, s. habet nobilius obiectum, & sic manifestũ est, quòd logica nõ dicitur ars artium, quia ens reale est nobilius ente rationis: cum ergo ens rationis sit subiectum logicæ, sequitur quòd omnes scientiæ reales sunt nobiliores logica. & per consequens isto modo logica non debet dici ars artiũ, sed potius metaphysica. Alio modo aliqua scientia potest dici ars artium ratione certitudinis modi procedendi, quæ scilicet certiori modo procedit, & sic etiam logica non debet dici ars artium: quia mathematica certissimum habet modum procedendi, cum demonstrationes eius sint certissimæ: non autem logica, cum indifferenter procedat per omnes causas. Tertio modo ratione vtriusq;, videlicet tã ratione nobilitatis obiecti quam ratione certitudinis modi procedendi: & isto modo etiam vt ex dictis patet, logica non dicitur ars artium, sed potius theologia diuina, vt probat Doc. S. in prima parte. q. 1. ar. 5. Quarto modo ratione adminiculationis, aut etiam directionis principiorum omnium artium, & isto modo logica dicitur ars artium, quod sic probatur secundum Doct. S. in lectione: nã illa scientia, quæ est directiua actuum rationis, a quibus omnes artes procedunt, est ars artium quarto modo: sed logica est directiua actuum rationis, vt ex præcedentibus patet: igitur logica est ars artium.

SOLVTIO.

Ad primum igitur & secundum patet solutio per distinctionem iam positam. Ad tertium vel ad probationem antecedentis dicendum, quòd ars potest accipi dupliciter. Vno modo proprie, vt est recta ratio rerum a nobis factibilium, & isto modo ars & scientia distinguuntur: nec isto modo logica est ars, sed scientia: alio modo accipitur ars cõmuniter, vt est quædam collectio plurium præceptorum ad vnum finem tendẽtium, & isto modo ars est communis ad omnes scientias tam practicas quam speculatiuas: quia habet aliquid per modum operis: vt dicit, prima secundæ q. 57.: tertium. & sic accipitur ars cum dicitur, quòd logica est ars artium, & scientia scientiarum. Veruntamen habitus intellectuales non distinguuntur abinuicem, sicut oppositum ab opposito: sed sicut id quod addit aliquid supra aliud: vt patet per Doc. S. super Boetio de Trinitate, q. 2. ar. 2. ad primum, vbi sic ait. Sapientia non diuiditur contra scientiam sicut oppositum contra oppositum, sed quia se habet ex additione ad scientiam, & sicut proprium contra commmune: est enim sapientia vt dicitur. 6. ethico. caput omnium sciẽtiarum regulans omnes alias scientias inquantũ est de altissimis causis, & propter hoc dea scientiarum dicitur primo metaphy. vnde illa scientia, quę de altissimis considerat sapiẽtia dicitur: sciẽtię vero nomen aliis scientijs inferioribus relinquitur, & secũdum hoc sapientia diuiditur contra scientiam, sicut proprium contra commune. hæc ille formaliter. Sed contra primam partem prędictæ solutionis replicabat discipulus dicens. Logica est de factibilibus a nobis. ergo logica est ars proprie accepta. antecedens patet, quia logica est de entibus rationis, sed entia rationis fiũt ab intellectu, quia consideratione intellectus consequuntur, vt dictum est, igitur &c. Dicendum quòd aliquid dicitur factibile a nobis dupliciter. Vno modo per operationem voluntatis vel trãseuntem, sicut patet in his, quæ fiunt per artes mechanicas: aut immanentẽ, sicut operationes morales, & isto modo intelligitur, quòd ars proprie dicta est recta ratio rerum a nobis factibilium, s. per operationem uolũtatis, quę est alia potentia ab intellectu. Alio modo aliquid dicitur factibile a nobis per operationem intellectus tantum arguẽdo. s. aut componendo, vel diuidendo: & isto modo non intelligitur, quod ars

proprie

proprie dicta sit ratio factibilium a nobis: quare logica est de operabilib. a nobis secundo modo, & non primo modo: vnde non sequitur, quod logica sit ars proprie dicta: sed bene communiter sumpta, sicut dictum est.

QVAESTIO II.
quę habet duos articulos.

De diuisione logicę in cõmuni, & eius subdiuisione.

DEinde considerandum restat de diuisione logicæ, & eius subdiuisione. Circa quod quæruntur duo. primo utrum diuisio logicę conuenienter sumatur secundum actus rationis. secundo vtrum noua logica conuenienter diuidatur in librum priorum, posteriorum, topicorum, & elenchorum.

Sequitur in Doctore. S. ibi, Oportet igitur logicę partes, *in proœmio eiusdem.*

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod diuisio logicę non conuenienter sumatur secundum diuersas operationes rationis. Nam logica si diuideretur: aut hoc esset in partes subiectiuas, aut in partes quantitatiuas, aut in partes essentiales: sed manifestum est, ꝙ logica non diuiditur in partes quantitatiuas, præsertim cum sit subiectiue in anima rationali, quæ non est quanta, nec per se, nec per accidens: nec etiam potest habere partes essentiales nisi genus & differentiam, quæ non dicuntur partes logicę, in quas diuidit: non etiam potest habere partes subiectiuas, quia aut illæ partes subiectiuę essent plures in numero, aut in spẽ: non secundum: quia sic logica non esset vna scientia vnitate specifica: & per consequens esset genus & non species: non potest etiam dici primum: quia plura accidentia eiusdem speciei non possunt esse in eodem subiecto: vt probatum est in summa diuinę philosophię: sed constat quod omnes partes logicę possunt esse simul in eadem anima. ergo logica nullas habet partes: & sic non potest diuidi: cum diuisio sit vnius in plures partes partitio.

2 Præterea. Sunt tantum duæ partes logicę: videlicet logica noua & vetus. ergo diuisio logicę non sumitur secundum actus rationis: patet consequentia: quia tres sunt actus rationis: vt hic dicit Doc. S. in lectione.

3 Præterea. Qualibet forma simplex est indiuisibilis: sed logica cum sit qualitas, est forma simplex. ergo non est diuisibilis: & sic non habet partes.

OPPOSITVM.

Sed in contrarium est Doc. S. in lectione dicens. Oportet igitur logicæ partes accipere secundum diuersitatem actuum rationis: sunt autem actus rationis tres &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum: quod diuisio logicę conuenienter sumitur secundum diuersitatẽ actuum rationis: quod sic probatur secundum Doc. S. nam logica est circa actum rationis, sicut circa propriam materiam: vt in præcedenti questione dictum est: ergo oportet partes logicæ accipere secundum diuersitatem actuum rationis. patet consequentia: quia scientię secantur & diuiduntur quemadmodum & res de quibus sunt: vt dicitur in tertio de anima. Ex quo infertur: quod tres sunt partes logicę: quod sic probatur secundum eundem: nam partes logicę sumuntur secundum diuersitatem actuum rationis: vt iam probatum est: sed tres sunt actus rationis, videlicet simplicium intelligentia: compositio, & diuisio: & discursus: vt dicit Doc. S. in lectione. ergo sunt tres partes logicę prædictis actibus correspondentes. Pro cuius declara-

claratione aduertendum est, vt dicit Doct.S.in litera: quod actus rationis ipsius rationis sunt tres: quorum primi duo sunt rationis, secundum quod ratio est intellectus quidam. Vna enim actio intellectus est intelligentia indiuisibilium siue incomplexorum: secundum quam concipit quid est res: & hæc operatio dicitur a quibusdam informatio intellectus, siue imaginatio per intellectum: & ad hanc operationem rationis reducitur doctrina, quam tradit Aristote. in libro prædicamentorum. Secunda vero operatio est compositio vel diuisio intellectus, in qua iam est verum vel falsum: & huic rationis actui deseruit doctrina, quam tradit Aristoteles in libro perihermenias. Tertio vero actus rationis est secundum illud, quod est proprium rationis, scilicet discurrere ab vno in aliud, vt per id quod est notum deueniat in cognitionem ignoti: & huic actui deseruiunt reliqui libri logicę. Hæc ille formaliter. Sic ergo sunt tres partes logicę: videlicet scientia prædicamentorum: scientia perihermenias: & scientia nouę logicę, quæ dicitur scientia argumentationis.

Sed instabat discipulus: nan secundum philosophum in tertio de anima, sunt tantum duæ operationes intellectus; vna qua intelligit, quod quid est, alia qua componit & diuidit. Idem expresse adducit Doct. S. in de spiritualibus creaturis, quæstio.i. articu. vlti. ad septimum, & in primo sententiarũ distin.19.quæstio.5.art.primo, & in quolibet. quolibeto 5.quæst.5. artic. 2. videtur ergo quòd male hic Docto.S.ponat tres operationes rationis, cum ratio & intellectus sint vna potentia essentialiter, vt probat Docto. S. in prima parte, quæstio.79. articulo octauo.

Dicendum quod licet intellectus & ratio sint idem secundum rem, differunt tamen secundum rationem. Nam ipsius intellectus secundum proprium suum actum considerati, qui est intelligere, est ipsam veritatem intelligibilem simpliciter apprehendere; sed ipsius rationis est suum actum procedere de vno intellecto ad aliud ad veritatem intelligendam, & inde est quod angeli, qui sine discursu intelligunt, dicuntur substantiæ intellectuales, homo vero, qui discurrit in actu intelligendi dicitur substantia rationalis. Sic ergo tantum ponuntur duæ operationes intellectus secundum quod intellectus distinguitur contra rationem; tamen accipiendo intellectum secundum, ꝙ conuenit realiter cum ratione & econtra, sic ponuntur tres operationes rationis & intellectus, & hoc est, quod Doctor.S. voluit innuere in pręsenti lectione cũ dicit, quòd duo primi actus sunt ipsius rationis secundum quòd ratio est intellectus quidam: idem dicit secunda secundę.q.49.ar.5.ad tertium. vbi sic ait. Et si intellectus & ratio non sint diuersæ potentiæ, tamen denuntiantur ex diuersis actibus, intellectus enim nomen sumitur ab intima penetratione veritatis, nomen autem rationis ab inquisitione & discursu. hæc ille, i. dist.33.: tertiũ Insuper incidentaliter discipulus quęrebat duo. primo vtrum per secundam operationem intellectus uere possumus intelligere coruum esse album, & arguebat quòd non: quia non possumus intelligere hominem non esse risibilem vere per secundam operationem intellectus. ergo a simili non possumus intelligere vere coruum non esse nigrum, cum coruus non possit esse sine nigredine. ab eo enim quòd res est vel non est, oratio dicitur vera vel falsa. Dicendum quòd intellectus noster vere potest intelligere per secundam operationem intellectus coruum esse album, nec est simile de risibilitate respectu hominis, & de nigredine respectu corui: quia nigredo quæ opponitur albedini nõ dependet a principijs speciei corui, sed risibile bene dependet a principijs hominis, & hęc est sentẽtia Doc.S. in spiritualib⁹ creaturis,

q.i.

q.1.ar.vlt.ad septimum, vbi sic dicit. Duplex est operatio intellectus: vna qua intelligit quod quid est, & tali operatione intellectus intelligi potest essentia rei, & sine proprio, & sine accidente, cum neutrum eorum ingrediatur essentiā: alia est operatio intellectus componentis & diuidentis, & sic potest substātia intelligi sine accidentali prædicato, et si secundum rem sit inseparabile, sicut potest intelligi coruus esse albus. non est enim ibi repugnantia intellectuum cū oppositum prędicati nō dependeat ex principijs speciei quæ significetur nomine in subiecto posito. hac uero operatione intellectus intelligi nō potest substantia sine proprio. non enim potest intelligi quòd homo non sit risibilis, quia ibi est repugnantia intellectuū: nam oppositum prędicati dependet a natura subiecti. hæc ille. & valde gloriose. Secundo querebat, quia Doc. S. hic dicit quòd secunda operatio intellectus est compositio vel diuisio, in qua iam est verum vel falsum, vtrum in prima operatione intellectus ullo modo sit verum vel falsum. Ad hoc breuiter dicendum quòd verum principaliter & primario reperitur in secunda operatione intellectus. secundario vero in prima. vt patet per Docto. S. in primo sententiarum di. 19. q.5. ar.1. vbi sic ait. Prima operatio intellectus respicit quidditatem rei. secunda respicit esse ipsius: & quia ratio veritatis fundatur in esse & nō in quiditate, ideo veritas & falsitas proprie inueniūtur in secunda operatione intellectus, & in signo eius quod est enunciatio, & non in prima vel i eius signo quod est diffinitio nisi secundū quid, sicut etiā ipsius quidditatis est quoddam esse rationis, & secundum istud esse dicitur etiam esse veritatis in prima operatione intellectus, per quem modum etiam dicitur, quod diffinitio est vera. hęc ille. de quo clarius in metaphy. disputatum est.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod logica dicitur scientia vna vnitate specifica. Et diuiditur in scientiam prędicamētorum, perihermenias & nouæ logicæ: non tanquā in diuersas scientias specie aut numero distinctas in eodem subiecto, sed tanquam in diuersos gradus eiusdem scientię: sicut in quinto metaphy. quęst. 9. arti. 7. ad primum, & in primo. q.1. ar.4. Et. 6. q.7. ar.3. dictum de metaphy. & elicitur ex Doc. S. in prima secundę, q.54. art. vlt. ad ultimum. vbi sic ait. Ille qui in aliqua scientia acquirit per demonstrationem scientiam conclusionis vnius, habet quidem habitum, sed imperfecte, cum vero acquirit per aliam demonstrationem scientiam conclusionis alterius, non generatur in eo alius habitus, sed habitus qui prius inerat fit perfectior, vt pote ad plura se extendens, ad quod conclusiones & demōstrationes vnius scientiæ ordinatę sunt: & vna deriuatur ex alia. hæc ille formaliter: sicut etiam calor in aqua &c. Cum ergo logica sit una scientia, qui habet vnam conclusionem logicalem perfecte per demonstrationem, habet totā logicam, & dum acquiritur perfecte notitia alterius conclusionis per aliam demonstrationem, puta aut in libro priorum, aut in libro posteriorum, vel perihermenias, & huiusmodi non acquirit nouam scientiam, sed perfectiorem gradum eiusdem scientię. Et si dicatur quod Doc. S. in secunda secundę. q.51. ar.2. ad vltimum dicit: quòd alia rationalis scientia est dialectica, & alia demonstratiua. igitur &c. Ad hoc respondetur inferius. quęst.3. ar.5. ad tertium. Ad secundum dicendum: quòd licet sint tantum duæ partes graduum logicę in genere generalissimo, sunt tamen tres in genere subalterno secundum tres actus rationis, vt declaratum est. Ad tertium dicendum quòd nulla forma simplex vt simplex est, pōt diuidi: tñ forma que dr̄ uno mō simplex, pōt dici habere partes alio mō, vnde logica licet non possit diuidi in partes quātitatiuas aut integrales, potest tamen diuidi in partes subiectiuas diuersos gradus essendi eiusdem scientiæ specifice significantes.

Requiri-

Sequitur in Doc. S. Ibi, Attēdendum est autem quòd actus; *in proœmio eiusdem.*

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd noua logica, quę est tertia pars logicę, non sufficienter subdiuidatur in tres partes, quæ sunt resolutoria: topica: & sophistica. Nā nouæ logicę sunt quatuor partes, videlicet liber priorum: posteriorum: topicorū: & elēchorum. ergo insufficienter ipsius nouę logicæ enumerantur tātum tres partes.

2 Pręterea. Topica siue dialectica, q̄ inuentiua dicitur, non est scientia: sed opinio vel fides, vt cōcedit Doc. S. in lectione: sed quælibet pars logicæ est sciētia. ergo pars inuentiua non est pars logicæ.

3 Præterea. Oīs scientia habetur per certitudinem: vt patet primo posterio. sed inuentiua cognitio non semper habetur per certitudinē: vt concedit Doc. S. in lectione. ergo pars inuentiua non est pars logicę.

4 Pręterea. Partes sciētię distinguūtur secundū obiecta: secant. n. scientiæ quēadmodum & res de quibus sunt: vt dicitur in 3. de anima: sed prædictarum partium est vnum obiectum. s. argumentatio. ergo non sunt distinctæ: & sic idem quod prius.

OPPOSITVM.

Sed in contrarium est Doc. S. in litera lectione prima ibi. [Attendendum est autem quòd actus rationis similes sunt quātum ad aliquid actibus naturæ &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum: quòd tantum sunt tres partes nouæ logicę in communi, quæ deseruiunt tertio actui rationis: quod sic probatur secundum Doc. S. tribus rationibus. Nam noua logica sumitur secundum tertiam operationem rationis, quæ est discursus: prout procedit de notitia noti ad ignoti notitiam. ergo quot sunt processus siue discursus rationis, tot erunt partes logicę nouæ: sed triplex est discursus, siue processus rationis. ergo tres sunt partes nouæ logicæ. minorē sic probat Doc. S. Nam ars imitatur naturam inquantum potest, & inde est quòd actus rationis similes sunt quantum ad aliquid actibus naturæ: sed triplex est processus in actibus naturæ, nam in quibusdam natura agit ex necessitate, ita quòd non potest deficere: in quibusdam verò natura vt frequentius operatur, sed non semper, & quia non semper operatur, oportet quòd aliquādo possit deficere a proprio actu, vnde in his necesse est esse duplicem actum: vnum qui fit vt in pluribus, sicut cum ex semine generatur aīal perfectum: alium verò quando natura deficit ad operationem intentam, sicut vt in pluribus homo generat hominem cum quinque digitis, aliquādo tn̄ deficit ab hoc & generat aliquē cum quatuor aut cum sex propter corruptionem alicuius principij: vt in secundo physi. disputabitur. Patet ergo quòd triplex est processus in actibus naturę, scilicet semper, vt in pluribus, & vt in paucioribus. ergo triplex est processus actuum rationis, videlicet vnus erit necessitatem inducens, in quo non est possibile veritatis esse defectū, & per huiusmodi processum certitudo scientiæ acquiritur. Alius est processus rationis, in quo vt in pluribus verum concluditur, non tamen necessitatem habens. Et tertius est processus, in quo ratio a vero deficit propter alicuius principij defectum, quod in ratiocinando erat obseruandum. hæc omnia sententialiter innuit Doc. S. in lectione.

Præterea. Omnis discursus rationis, qui ad tertiam operationem rationis pertinet, aut est certitudinalis, aut probabilis; si primum, sic est pars resolutoria, quia resolutio est cum certitudine. si secundum, hoc est dupliciter, quia aut procedit ex vere probabilibus, aut ex apparenter probabilibus. si primum, sic est topica. si secundū, sic est sophistica. Et hæc ratio breuiter tāgitur in Doc. S. cum subdit, quòd per primum rationis processum certitudo scientiæ acquirit.

Præ-

Præterea. Omnis pars logicæ aut est iudicatiua, aut inuentiua, aut deficit ab vtraque. si primum, sic est pars certitudinalis, quia pars iudicatiua dicitur eo quod est cum certitudine sententię. si secundum, sic est topica siue dialectica. si tertium, sic est sophistica, de qua fit mentio in libris elenchorum Arist. Hanc rationem tangit Doc. S. ibi, [Pars autem logicæ, quæ primo processui deseruit &c.] vsque ibi. [Aliis ergo partibus logicæ &c.] plura tamen intermiscendo. Aduertendum est autem quòd sicut duplex est necessitas, scilicet necessitas cõsequentiæ, quæ est habitudo necessaria antecedentis ad cõsequens, & necessitas consequentis, quę est necessaria habitudo terminorũ propositiõis, videlicet pdicati ad subiectũ, ita duplex est resolutio, q̃dã est resol'o cõsequẽtiæ in formã & materiam syllogismi, quæ sunt modus & figura, alia est resolutio consequentis in sua principia & causas necessarias: vnde duplex est scientia analytica, siue resolutoria, quod idem est, quædam est prioristica, quæ docet resoluere necessitatem consequentiæ in principia eius, & hęc est sciẽtia quæ traditur in libris priorum analyticorum; alia est posterioristica, quæ docet resoluere necessitatem consequẽtis & in sua principia & causas, & hæc sententia traditur in libris posteriorum analyticorum.

Sed quęrebat discipulus, quare scientia libri priorum dicitur scientia resolutoria prioristica, aut quare vocatur liber priorum, & quare scientia libri posteriorum vocatur scientia resolutoria posterioristica, aut quare iste liber vocatur liber posteriorum. Dicẽdum q̃ sicut cõsequentia cum sit habitudo antecedẽtis ad consequens, præcedit ipsum consequens, sicut medium intelligitur pręcedere extremum. ita & necessitas consequentię pręcedit necessitatem consequentis: cum ergo liber priorum tractet de necessitate consequentiæ & eius resolutione: & liber posteriorum tractet de necessitate consequentis & eius resolutione: conuenienter libri priorum sciẽtia dicitur prioristica, & eadem de causa dicitur liber priorum: scientia autem libri posteriorum dicitur posterioristica, & eadem de causa vocatur liber posteriorum. Considerandum est vlterius secundo secundum Doc. S. in lectione: q̃ duplex est scientia. s. iudicatiua, & inuẽtiua. Iudicatiua quidem dicitur quę semper est cum certitudine, quia iudicium est cum certitudine sententiæ: & quia iudicium certum effectibus haberi nõ potest, nisi resoluendo in prima principia: ideo omnis scientia iudicatiua dicitur resolutoria siue analytica. sed scientia inuentiua non semper est cum certitudine: vnde de his, quæ inuenta sunt iudicium requiritur ad hoc, q̃ certitudo habeatur: vnde talis scientia. s. inuentiua non dicitur resolutoria sed probabilis, qualis est scientia topicorum. hęc ille sententialiter. Aduertendum est vlterius secundum Doc. S. in lectione, q̃ sicut in rebus naturalibus in his, quæ vt in pluribus agunt, gradus quidam attenditur, quia quãto virtus naturę est fortior, tãto minus deficit a suo effectu: ita & in processu rationis, qui non est cum omnimoda certitudine, gradus aliquis inuenitur, secundum quòd magis & minus ad perfectam certitudinem acceditur: per huiusmodi. n. processum quandoque quidem & si non fiat scientia, fit tamen fides vel opinio propter probabilitatem propositionum ex quibus proceditur, ex eo quòd ratio declinat totaliter in vnam partem contradictionis, licet cum formidine alterius: & ad hoc ordinatur topica vel dialectica: nam syllogismus dialecticus ex probabilibus est: de quo agit Arist. in libris topico. Quãdoq; vero non fit complete fides vel opinio, sed suspicatio quędam: quia non totaliter declinatur ad vnam partem contradictionis, licet magis inclinetur ad hanc quam ad illam, & ad hoc ordinatur rhetorica. Quãdoq; vero æstimatio declinat ad aliquam partem contradictionis propter aliquam repręsentationem ad modum quo fit hoĩ abominatio ali-

alicuius cibi, si præsentetur ei sub similitudine alicuius abominabilis: & ad hoc ordinatur poetica: nam poetę est inducere ad aliquid virtuosum per aliquam decentem repręsentationem: omnia autem hæc ad rationalem philosophiā pertinent, quia inducere ex vno in aliud rationis est: hæc omnia ille formaliter. Ex quo habetur quòd sciētia inuentiua sub se continet tres species, videlicet dialecticam, rhetoricam, & poeticam scientiam: quarum sufficientia de facili ex adductis elici potest.

Sed arguebat discipulus contra adducta. Nam omnis habitus conclusionis per demonstrationē acquisitus est scientia & non opinio: sed dialectica, siue topica est huiusmodi. igitur male dictum est, quòd dialectica est fides vel opinio: cum opinio distinguatur contra scientiam. probatio mediæ. nam in libris topicorum assignatur à doctoribus subiectū. s. sylľs dialecticus: & aliquid loco passionis. s. generatiuum opinionis, & principium subiecti. s. diffinitio eius, quæ est medium demonstrationis. cum ergo solum hæc tria ad demonstrationem requirant, videlicet subiectū, passio, & diffinitio: sequitur quòd in topicis siue dialecticis possunt fieri demonstrationes: per quas poterit haberi sciētia vera. Dicedum quòd sylľs dialecticus potest dupliciter considerari: vno modo per respectum ad sua principia & causas, & isto modo scientia libri topicorum, quę est de syllogismo dialectico tanquam de subiecto attributionis, est vera scientia & non opinio. Aliò modo potest cōsiderari secundum suum vsum & effectum, & in se: & isto modo cum procedat ex probabilibus, de eo non est scientia sed opinio: vt hic dicit Doc. S.

SOLVTIO.

Et per hoc patet solutio ad secundum & tertium. Ad primum igitur dicendum: quòd licet sint quatuor partes logicæ in specie subalterna, & adhuc plures in specie specialissima: tamen tantum sunt tres in genere, quarum vna. s. resolutoria continet sub se scientiam prioristicam & posterioristicam. Ad secundum & tertium patet solutio ex dictis. Ad quartum dicendum: quòd licet omnium partium nouę logicę sit vnum obiectum commune. s. argumentatio, tamē quęlibet pars habet proprium obiectum: sylľs enim simpliciter dictus est subiectum in libris priorum: sylľs autem dialecticus in libris topicorum: syllogismus verò sophisticus in libris elenchorum: & syllogismus demonstratiuus in libris posteriorum: vt infra patebit.

QVAESTIO TERTIA,

Quę habet sex articulos.

De qualitatibus scientiæ in communi.

DEINDE considerādum restat de qualitate & conditione huius scientię posterioristicæ in communi. Circa quod quærūtur sex. Primo vtrum de syllogismo demonstratiuo sit scientia. Secundo vtrū talis scientia sit practica vel speculatiua. Tertio vtrum sit scientia realis vel rationalis. Quarto vtrum sit dignior cæteris partibus logicę. Quinto vtrum sit iudicatiua vel inuentiua tantum. Sexto vtrum syllogismus demonstratiuus sit subiectum huius libri.

Vbi supra in Doc. S. in proœ. eiusdem.

ARTICVLVS PRIMVS.

AD primum ergo sic proceditur. Videtur quòd de syllogismo demonstratiuo non habeatur scientia. Nam scientia est habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus. si ergo de syllogismo demonstratiuo esset scientia, illa haberetur per syllogismum demonstratiuum: & iterum scientia de illo alio syllogismo demonstratiuo haberetur per alium: & sic esset processus in infinitum: quod est inconueniens. igitur &c.

a Sed dicebat discipulus. sciētia de syl

logismo

logismo demõstratiuo in communi habetur per particularem quandam demonstrationem, quę quidem cognoscitur nõ per aliam demonstrationem, sed cognitis terminis. Contra. Ille qui acquirit scientiam de demonstratione per demonstrationem particularem, aut cognoscit se habere ueram demonstrationem, aut non si primum, sequitur quòd habeat scientiam de demõstratione antequam acquirat eam. si secundum, sequitur quòd non possit asserere se acquisiuisse scientiam de demonstratione, quod etiam est inconueniens, scilicet per demonstrationem.

3 Præterea complexorum non est diffinitio, neque demonstratio, aut scientia; vt infra dicitur. sed demonstratio est quid complexum, cũ sit syllogismus. ergo eius non est scientia.

4 Præterea. Scientia est sempiternorum, ut patet 1. huius, & 6. metaphy. sed demonstratio est corruptibilis, cum sit quid fabricatum a ratione nostra. igitur idem quod prius.

5 Præterea. De demonstratione non potest haberi demonstratio, aliàs demõstrationis esset demonstratio. ergo de demonstratione non est scientia, cum quælibet scientia habeatur per demonstrationem.

OPPOSITVM.

1 In contrarium est philosophus, qui tradit nobis sciêntiam de syllogismo demonstratiuo in præsenti lib. Et similiter Doc. S. in principio huius.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quòd syllogismus demonstratiuus potest considerari dupliciter, vno modo quantum ad suum vsum, quo, scilicet sciens utitur particularibus demonstrationibus in hac sciẽtia & in aliis, & isto modo de eo nõ est scientia, sed est modus sciendi inquãtum huiusmodi. Alio modo potest considerari quantum ad sua principia, & causas, & proprietates, & hoc dupliciter, vno modo in particulari, & sic etiam de eo non est scientia directe, quia particularium non est diffinitio, ut patet septimo metaphy. & per consequens neque scientia nisi reflexe. alio modo in uniuersali, & sic de eo non est scientia, quod sic patet. Nam de illo est scientia, quod habet principia, partes, & proprietates demonstrabiles de eo, & de suis partibus, vt patet per Philosophum quarto metaphy. & in principio huius, sed syllogismus demonstratiuus est huiusmodi. igitur de eo est scientia. probatio mediæ. Nam principia syllogismi demonstratiui sunt diffinitio eius & syllogismus in communi, similiter & argumentio, cuius quatuor sunt species, scilicet syllogism⁹, enthymema, inductio, & exẽplum, vt patet primo & secundo priorum, & primo topic. partes verò demõstrationis sunt duplices, scilicet subiectiuæ & integrales: partes demonstrationis subiectiuę sunt demõstratio propter quid, & demonstratio quia est, demonstratio vniuersalis & particularis, similiter demonstratio affirmatiua, & negatiua: partes verò integrales eius sunt duplices, scilicet vel propinquæ, vt propositio maior & minor, & conclusio: vel remotæ, vt sunt maior extremitas & minor extremitas, & medium, scilicet subiectum, & passio, & diffinitio subiecti.

Sed instabat discipulus. Nam de omni eo de quo est sciẽtia, potest demonstrari aliqua propria passio, cum scientia sit effectus demonstrationis, cuius conclusio constituitur ex subiecto & propria passione, sed de demonstratione nõ potest demonstrari passio, si sic demonstraretur. igitur &c. Dicendum negando minorem, immo de syllogismo demonstratiuo potest demonstrari passio sic arguẽdo. Oĩs syllogismus procedẽs ex primis ueris & immediatis, notioribus, prioribus, causisque consequentis est generatiuus veræ scientiæ: sed demonstratio, siue syllogismus demõstratiuus est syllogismus procedens ex primis, ueris &c. ergo demonstratio est generatiua veræ scientiæ: in hac, enim particulari deductione demonstratur passio syllogismi demonstratiui in communi, quarum circum-

loquimur per eius officium, & eam de ipso per diffinitionem syllogismi demonstratiui demonstramus.

Querebat insuper idem discipulus: vtrum scientia posterioristica vtens, & posteriorica docens sint vnus habitus vel duo: & videbatur sibi quod non sint vnus habitus: quia dictum est in principio corporis huius articuli, quod si syllogismus demonstratiuus consideretur quantum ad suum vsum, sic de eo non est scientia. videtur ergo quod scientia prioristica vtens non sit idem habitus cum ea vt docens est. Dicendum breuiter quod scientia posterioristica vtens & posterioristica docens sunt vnus habitus secundum essentiam secundum diuersos modos essendi consideratus: sicut dictum est, circa principium logicę de dialectica vtente, & dialectica docente: nam vnus & idem est habitus, qui consideratur per respectum ad suas causas, & quantum ad suum vsum: sicut idem est martellus, qui consideratur per respectum ad suas causas & principia, & qui consideratur quantum ad vsum eius, quo artifex in diuersis artibus vtitur: posterioristica enim docens dicitur ista scientia considerata in se per respectum ad suas causas & principia: & posterioristica vtens dicitur esse eadem scientia considerata quantum ad suum vsum, inquantum scilicet demonstrator vtitur scientia sua posterioristca acquisita in alijs scientijs multipliciter demonstrando & in seipsa.

SOLVTIO.

Ad primum igitur admittitur solutio discipuli.

Ad secundum vel ad replicam contra discipulum inductam dicendum: quod ille, qui acquirit scientiam de demonstratione per demonstrationem quandam particularem, cognoscit se habere veram demonstrationem ante acquisitionem, vel in ipsa acquisitione scientiæ: non quidem per scientiam demonstratiuam præcedentem, sed lumine doctoris extrinseci scilicet magistri talem demonstrationem adducentis: aut lumine doctoris intrinseci, videlicet intellectus agentis: & etiam lumine primorum principiorum: & lumine cognitionis terminorum simplicium: vnde non oportet, quod habeat scientiam de demonstratione antequam eam acquirat secundum Docto. S. in secundo de anima. lectione xi. vbi sic ait. Eodem autem modo se habet in scientię acquisitione. homo enim acquirit scientiam, & a principio intrinseco dum inuenit: & a principio extrinseco dum addiscit: vtrobique autem reducitur de potentia in actum ab eo quod est actu: homo enim per lumen intellectus agentis statim cognoscit actu prima principia naturaliter cognita, & dum ex eis conclusiones elicit per hoc quod actu scit, venit in actualem cognitionem eorum, quę potentia sciebat: & eodem modo docens exterius ei auxiliatur ad sciendum scilicet ex principijs addiscenti notis deducens eum, per demonstrationem in conclusiones prius ignotas. quod quidem auxilium homini necessarium non esset, si adeo esset perspicacis intellectus, quod per seipsum posset ex principijs notis conclusiones elicere: quæ quidem perspicacitas hominibus adest secundum plus & minus. hæc ille.

Ad tertium dicendum: quod demonstratio potest accipi dupliciter. vno modo primo intentionaliter, videlicet pro re subiecta intentioni scilicet pro syllogismo, qui componitur ex tribus propositionibus & tribus terminis: & isto modo de ea non est scientia, neque diffinitio, neque etiam demonstratio. Alio modo potest considerari secundo intentionaliter, videlicet accipiendo eam pro illo termino simplici de-

monstrato, non quidem absolute, sed vt est vox significatiua rei subiectæ, quæ est significatum eius, scilicet vt significat rem primæ intentionis, & isto modo demonstratio non est quid complexum, & vt sic de ea est diffinitio & sciētia, vt infra latius declarabitur. Ad quartum dicendum: quòd si demonstratio consideretur in particulari bene est corruptibilis, & vt sic de ea non est scientia: sed si consideretur in vniuersali sic est incorruptibilis, & isto modo de ea est scientia. Contra hoc arguebat discipulus. Nam corruptis nobis corrumpuntur omnia, quæ sunt in nobis, vt innuit Philosophus in prædicamentis, sed vniuersalia sunt in singularibus. ergo corruptis singularibus corrumpuntur vniuersalia, & sic demonstratio in vniuersali est corruptibilis, & per consequens argumentum prædictū in suo robore remansit. Dicendum est quòd aliud est vniuersale corrumpi: & aliud est aliquid in vniuersali corrumpi, corruptis enim singularibus corrumpitur vniuersale secundum esse, quod habet in singularibus: non tamen corrumpitur in vniuersali, id est secundum habitudinem, quam habet ad sua principia essentialia & ad suas passiones: licet enim conclusionis, de qua est scientia, primo & per seipsum subiectū & prędicatum, siue propria passio corrumpatur secundum esse existentiæ, semper tamen manet necessaria habitudo vnius ad reliquum, quam immediate significat conclusio demonstrata: Inde est quòd scientia dicitur esse sempiternorum, dę quo inferius ad longum disputandum est. Ad vltimum dicendum: quòd de demōstratione primo intentionaliter accepta non potest haberi demonstratio, quia sic demonstratio non potest esse subiectum conclusionis, cū vt sic sit tota demonstratio includēs duas pręmissas & ipsam conclusionem, sed tamen si secundo intentionaliter sumatur, sic potest esse subiectum conclusionis, & eius vt sic potest esse demonstratio: vt patuit in responsione ad argumentum discipuli in corpore articuli.

Sequitur in Docto. San. vbi supra extrauaganter in procemio eiusdem.

RTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd scientia dē syllogismo demonstratiuo sit scientia practica & non speculatiua. Nam illa scientia est practica, quæ ordinatur ad opus, vt patet secundo metaphy. sed ista scientia ordinatur ad opus, scilicet ad demonstrare, & arguere, & huiusmodi. ergo est scientia practica.

2 Præterea. Logica est scientia practica: vt probat Gratiadeus in principio logicæ suæ. ergo hæc scientia est practica: quia scientiæ practicæ quælibet pars debet esse practica si ordinentur ad eundem finem.

3 Præterea. Scientia speculatiua ordinatur ad cognitionem ueritatis eorum, circa quæ versatur nō ordinans vlterius veritatem cognitam ad ipsorum operationem: sed scientia demonstratiua, quæ ordinatur ad modos demonstrandi, sic ordinatur ad cognoscendū de eis ueritatem, quòd veritatem de eis cognitam ordinat ad talium modorum debitam formationem, quæ est quędam ipsorum operatio. ergo hęc scientia est practica.

4 Præterea. Nullus habitus, cuius finis non est actus proprius, sed actus alterius habitus, potest dici speculatiuus, talis enim non est gratia sui, quod requiritur ad habitum speculatiuum, sed scientia huius libri non habet actum proprium, qui sit finis eius, sed ordinatur ad introductionem aliarum scientiarum, ut dicit Doct. San. in primo metaphy. lect. 5. vbi dicit, quòd quædam uerò scientiæ inuentę sunt ad introductionem in aliis scientiis, sicut logicales. Et ibidem in lect. 7. dicit, quòd inquisitores

tores

tores philosophię habebant etiam ea, quæ sunt etiam ad eruditionem necessaria, sicut scientiæ logicales quæ non propter se quæruntur, sed vt introductoriæ ad alias scientias. hęc ille: ut etiam philosophus concedit quarto metaphy. ergo &c.

5 Pręterea. Nullus habitus speculatiuus operatur suum obiectum: sed hęc scientia operatur suum obiectum, scilicet demonstrationem. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed in contrarium arguitur. Nam illa scientia est speculatiua, quę ordinatur ad scire: ut patet secundo metaphy. sed hęc scientia ordinatur ad scire, finis enim demonstrationis est scire. ergo est speculatiua.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quòd hæc scientia non est practica sed speculatiua simpliciter. Pro cuius declaratione est diligenter aduertendum, quòd quatuor conditiones requiruntur ad hoc, quod aliqua scientia, aut aliquis habitus sit practicus secundum Docto. San. in diuersis locis. Quarum prima est quòd talis habitus ordinetur ad opus tanquam ad finem: hanc conditionem innuit philosophus secundo metaphys. & Doct. San. ibidem. Secunda conditio est, quòd talis habitus ordinetur ad opus alterius potentiæ quàm intellectus, scilicet ad opus voluntatis tanquam ad finem. Et hanc conditionem innuit Doctor San. in prima secundæ quæstio. 57. artic. primo, ad primum. vbi sic ait. Duplex est opus, scilicet interius & exterius. practicum ergo vel operatiuum, quod diuiditur contra speculatiuum, dicitur de opere exteriori, ad quod non habent ordinem habitus peculatiui, sed tantum habent ordinemad opus interius intellectus, quod est speculari verum. Hæc ille formaliter. Tertia conditio est, quòd talis habitus pure practicus & non mixtus ordinetur ad opus voluntatis naturæ vt ad extra exercitum & non elicitum tantum. Et hanc conditionem innuit Doctor Sanctus in prologo primi sententiarum artic. primo, in argumento secundo. ubi sic ait. Omnis doctrina est ad perfectionem, uel quantum ad intellectum sicut speculatiuæ, vel quantum ad effectum procedentem in opus, sicut practicæ. hæc ille. Et ibidem ad secundum sic ait. Philosophia sufficit ad perfectionem intellectus secundum cognitionem naturalem, & affectus secundum uirtutem acquisitam, & ideo oportet esse aliam scientiam, per quam intellectus perficiatur quantum ad cognitionem infusam, & affectus quantum ad dilectionem gratuitam. hæc ille. Et idem innuit Doctor Sanctus in de ueritate. quæstio. 14. articu. quarto, capit. primo. & in primo sen. di. 51. quæstio. quinta, articu. tertio. o. sic ait. Per missionem inuisibilem fit, vt homo non sit in hoc mundo obiectiue secundum intellectum & affectum, non autem essentialiter: & idem dicit opusc. nono, quæstio. 31. Item secunda secundę, quæstio. 162. articu. tertio ad primum. dicit Doctor Sanct. quòd cognitio ueritatis est duplex, una pure speculatiua, alia autem cognitio veritatis affectiua &c. Et ibidem. quæstio. 154. articu. quinto. & homo secundum virtutes morales dicitur simpliciter bonus, non autem secundum intellectuales, vt patet prima secundæ quęstio. 68. articulo tertio. secundum. Quarta conditio est, quòd talis habitus sit immediate regulatiuus illius operis exterioris. Hanc conditionem tangit Doct. Sanct. in de ueritate. quęstio. 14. articulo quarto. vbi sic ait. Non quęlibet relatio ad opus facit intellectum esse practicum, sed aliqua simpliciter speculatio potest esse alicui remota occasio aliquid operandi: sicut philosophus speculatur animam esse immortalem, & inde sicut a causa remota sumit occasionem aliquid operandi: sed intellectum practicum oportet esse proximam regulam operis, ut pote quòd consideretur ipsum operabile & rationes ope-

randi & causæ operis. Constat autem quòd obiectum fidei non est verum operabile, sed verum increatum, in quod non potest nisi actus intellectus speculatiui, unde fides est in intellectu speculatiuo, quamuis sit vt occasio remota aliquid operandi, vnde etiam sibi non attribuitur operatio nisi mediante dilectione. hæc ille formaliter.

Cum ergo hæc scientia non ordinetur ad opus voluntatis exterius, sed ad dirigendum actum rationis in suis operationibus, vt in principio huius libri probat Doctor Sanctus: relinquitur quòd hęc scientia non est practica: sequitur ergo quòd est speculatiua, quia omnis habitus vel est speculatiuus, vel practicus: vt patet per philosophum sexto metaphy.

Pro ampliori autem declaratione huius aduertendum est secundum Doctorem Sanctum in prima parte. quæstione decimaquarta, articulo vltimo. quod tripliciter aliqua scientia dicitur speculatiua, uno modo ex parte rerum scitarum; quæ non sunt operabiles a sciente, sicut scientia de rebus naturalibus vel diuinis: secundo quantum ad modum considerandi, ut puta, si ædificator consideret domum diffiniendo, vel diuidendo, & etiam considerando vniuersalia principia ipsius: tertio quantum ad finem: nam finis habitus speculatiui est consideratio veritatis. hæc ille.

Cum ergo hęc scientia consideret suum obiectum diffiniendo, & diuidendo, ac resoluendo in sua principia & causas, cum etiam consideret ipsum obiectum eius ratione ueritatis cognoscendæ, & si obiectum eius in particulari consideratum sit operabile a nobis operatione intellectus, non tamen est operabile a nobis operatione voluntatis exteriori, ideo dicendum est, quòd hæc scientia omnibus modis est speculatiua: licet secundum quid possit dici practica, scilicet inquantum obiectum eius est operabile a nobis operatione intellectus, siue rationis.

Sed dicebat discipulus. Operatio voluntatis exterior siue ad extra dicitur operatio transiens præter quam est aliqua res operata. si ergo vt adductum est, requiritur ad hoc, quòd aliqua scientia sit practica, quod ordinetur ad opus voluntatis exterius, siue ad extra, sequeretur quòd prudentia non esset habitus practicus: quod est contra philosophum. sexto. Ethic. & contra Doctorem Sanctum in primo metaphysicæ. patet sequela: quia prudentia per hoc differt ab arte, quia ars est de factibilibus a nobis quæ per operationem transeuntem producuntur, prudentia vero est de agibilibus, quæ fiunt per actionem immanentem.

Dicendum ad assumptum, quòd non omnis oppositio voluntatis ad extra dicitur oppositio solum trasiens, sed operatio voluntatis ad extra hic accipitur pro quacunque operatione imperata a voluntate producibili ab eadem suis virtutibus naturalibus, agibilia enim producuntur per operationem a uoluntate imperatam per naturalia principia hominis, unde non oportet quod prudentia sit habitus speculatiuus, sed est habitus practicus sicut & ars, vt patuit per Doctorem Sanctum secunda secundæ. quæstione quadragesimaseptima, articulo secundo, ad secundum. vbi sic ait. Ambro. & etiam Tullius nomen prudentiæ largius sumunt pro qualibet cognitione humana, tam speculatiua quam practica, quamuis dici possit, quòd ipse actus speculatiuę rationis secundum quòd est voluntarius cadit sub electione & consilio quantum ad suum exercitium, & per consequens cadit sub ordinatione prudentiæ: sed quantum ad suam speciem, prout comparatur ad obiectum, quod est verum necessarium non cadit

cadit sub consilio, nec sub prudentia. hęc ille.

S O L V T I O.

Ad primum igitur dicēdum; quod vt dictum est, licet hęc sciētia ordinetur ad opus intellectus, non tamen ordinatur ad opus voluntatis ad extra: unde non oportet quod sit practica. Ad secūdum dicendum; quod Gratiadeus in hac parte dereliquit fontem scientiæ, videlicet Doc.S. vt ex dictis patet. logica enim est scientia speculatiua simpliciter & secundum quid practica, vt declaratum est: non.n.ordinaē ad opus alterius positione quàm intellectus. Sed contra hoc instabat discipulus. Nam Philosophus in sexto metaphy. sub philosophia theorica solum comprehendit physicam, mathematicam, & metaphysicam, sed logica non est aliqua illarum trium: ergo logica, siue etiam hæc scientia non est speculatiua. Dicendum quòd duplex est philosophia theorica siue speculatiua: quædam est sermocinalis, alia est realis. philosophus autem primus cum sit artifex realis in sexto metaphy. diuisit philosophiam speculatiuam realem in physicam: mathematicam, & metaphysicam: vnde bene sequitur, quòd logica non sit speculatiua realis, non autem sequitur, quòd non sit speculatiua. Contra hoc iterum instabat idē discipulus. Nam si logica siue hæc scientia esset scientia speculatiua, ipsa contineretur sub philosophia speculatiua, sicut pars sub toto, neque quæritur propter aliud; sed logica non continetur sub philosophia speculatiua sicut pars sub toto: neque quęritur pp se ipsam, sed pp aliud. ergo est practica & non speculatiua: cuius sententię videtur esse Doc.S. super Boetio de tri. q. 5. art. primo ad secundum. vbi sic ait. Scientiæ speculatiuæ, vt patet primo metaphy. sunt de illis, quorum cognitio quęritur pp se. res autem de quibus est logica non quęruntur ad cognoscendum propter seipsam, sed vt adminiculum quoddam ad alias scientias: & ideo logica non continetur sub speculatiua philosophia principaliter sicut pars, sed sicut quoddā reductum ad philosophiam speculatiuam, prout ministrat speculationi sua instrumenta, s. syllogismos, diffinitiones, & alia huiusmodi, quibus in scientijs speculatiuis indigemus: vnde secundum Boe. in commen. super Porphyrium. logica non tam est scientia quam scientię instrumentum. hæc ille formaliter. videtur ergo Docto. San. velle, quòd logica non sit speculatiua, tum quia non continetur sub philosophia speculatiua sicut pars, tum etiam quia res de quibus tractat non quęruntur propter se. Sed dicendum primo vt prius: quia Doct.S. ibi loquitur de philosophia speculatiua reali, sub qua non continetur logica sicut pars, sed reductiue sicut quoddam adminiculum, inquantum per artem logicæ etiam in philosophia speculatiua reali vtimur argumentationibus, diffinitionibus, & demonstrationibus. continetur tamen vt pars subiunctiua sub philosophia speculatiua sermocinali: vt dictum est. Dicendum secundo. quod logica potest considerari dupliciter, vno modo quantum ad suum vsum, & isto modo non quæritur solum propter se, sed etiam propter aliud: non tamen propter aliud, quod sit extra genus contemplationis. Alio modo consideratur in se secundum quòd est docens in ordine, scilicet ad suas causas, & isto modo quæritur etiam propter se, vnde simpliciter dicenda est speculatiua, vt etiam vult Aug. primo de ciui. dei. cap. octauo. Ad tertium dicendum: quòd propter hanc rationem coactus fuit Gratiadeus dicere logicam esse magis practicam quàm speculatiuam, ut patet in principio suæ logicæ, vbi eam formaliter adducit. Sed secundum prædictas conditiones ad praxim requisitas faciliter apparet, quòd ratio sua nullo modo concludit, quia licet ea quæ considerantur in logica secundum eorum vsum considerata, ordinentur ad operationem intellectus, non tamen ordinantur ad operationē alterius po-

potentiæ quàm intellectus, scilicet ad operationem voluntatis ad extra, quod tamen requiritur ad habitum practicum, vt declaratum est. Ad quartum dicendum, q propter hanc rationem & sequentem Petrus Aureoli in primo sententiarum, & Scotus in primo metaphy. dicere conantur etiam quòd logica sit magis dicenda practica quàm speculatiua. Sed manifestum est, q ex dictis solutæ sunt: non est enim inconueniens, quòd unus habitus speculatiuus ordinetur ad finem alterius habitus tanquam ad finem remotum. similiter ergo licet logica ordinetur ad introductionē aliarum scientiarum tanquam ad vltimum finem, non tamen propter hoc debet dici practica; tum primo quia scientia debet demonstrari practica vel speculatiua a fine proximo: tum secundo quia dato q finis eius specialis esset introductio sciarum, non tñ esset aliud finis eius quàm scire: sed scire non facit etiam habitum practicum, sed speculatiuum, ut patet secundo metaphy. Et non est intelligendum, q logica sit scientia practica simpliciter: quando ibi exemplificat Doc. S. de sciētiis logicalibus, sed bñ logica vtens, considerata scilicet ſm applicationē ad alias scientias est practica secundum quid, & sumendo largo modo praxim: & sic intelligit Doc. S. in primo metaphy. & Philosophus in quarto metaphy. logica vero docens quæritur propter seipsam: ideo logica est simpliciter speculatiua, & secundum quid practica, vt superius dictum est: vt etiam dicit Doc. S. secunda secundæ. q. 51. art. secundo ad vlti. ubi sic ait. In speculatiuis alia rationalis scientia est dialectica, quæ ordinatur ad inquisitionem inuentiuam, & alia est scientia demonstratiua, quæ est veritatis determinatiua. hæc ille. igitur &c. Ad vltimum dicendum, quod ille habitus qui operatur suũ subiectum operatione extrinseca volũtatis est bene practicus, nõ tamen oportet quòd ille sit practicus qui operatur suum obiectum operatione intellectus: sicuti est logica. Veruntamen licet intellectus operetur syllogismum demõstratiuum particularem hunc scilicet, vel illum, non tamen oportet, quòd per se operetur eum in vniuersali: vnde ratio non concludit.

Vbi supra, impertinenter in proœmio eiusdem.

ARTICVLVS TERTIVS.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd hæc scientia sit realis & non rationalis. Nam nihil est in aliquo prędicamento, nisi sit ens reale extra animam existens: vt patet per Doc. S. in de potentia. q. 7. ar. 9. sed hæc scientia & quælibet alia ponitur in prædicamento qualitatis in prima spē. ergo hæc sciētia est ens reale, & per consequens sciētia realis.

2 Præterea. Ille effectus est realis, cuius omnes causę sunt reales: quia effectus debet proportionari suę causę: sed huius scientiæ causæ sunt reales, nam anima quæ est causa eius effectus finalis & materialis in qua huius & cuiuslibet alterius scientiæ, est realis. ergo hęc scientia est realis: non autem potest esse aliqua causa formalis ipsius scientię, cum scientia sit forma: aliàs formæ esset forma.

3 Pręterea. Illa scientia est realis, cuius obiectum est ens reale, quia scientiæ denominãtur ab obiectis earum tertio de anima: sed obiectum huius scientiæ est ens reale. ergo &c. probatio mediæ: quia obiectum eius est ens, sed ens & res conuertuntur. ergo obiectum eius erit ens: & per consequens erit ens reale.

4 Præterea. Ab eo quòd res est vel nõ est, oratio uera uel falsa est: sed subiectũ huius scientiæ quod est syllogismus demõstratiuus, oratio dicitur: syllogismus, enim est oratio, in qua quibusdam positis necesse est aliud per ea quæ posita sunt, euenire: vt patet per Philosophũ primo priorum. ergo ab eo quòd res est nihil, syllogismus demonstratiuus non

dicitur

dicitur uerus vel falsu: sed scientia denominatur vera uel falsa a veritate vel falsitate obiecti. sequit ergo quod hęc scientia denominatur vera vel falsa a re: & per cōsequens subiectum eius erit res quædam.

5 Præterea. Cuiuslibet relationis realis debet esse fundamentum reale, vt patet per Philosophū quinto metaph. & per Doc.S.in de potentia.q.6.ar.vlti. & penul.sed relatio scientiæ ad scibile est relatio realis: vt concedit Philosophus vbi supra. ergo fundamentum illius relationis, quod est ipsa scientia, debet esse reale, & per consequens hæc scientia est scientia realis.

OPPOSITVM.

Sed in contrarium arguitur per Doc. S.in principio huius lib. qui dicit, quod omnis discursus rationis pertinet ad philosophiam sermocinalem, sed hæc scientia deseruit discursui rationis, vt ibidem probat. ergo est scientia sermocinalis. Præterea. Omnis scientia directiua actuum rationis est rationalis, vt supra probatum est: sed hæc scientia est directiua actuum rationis, vt etiam supra probatum est secundum Doct. S. ergo hæc scientia est scientia rationalis.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quòd scientia libri posteriorum est scientia rationalis & non realis: quod sic patet. Nam quinq; sunt proprietates, q̄ consequuntur scientiam ratione obiecti, videlicet vnitas, dignitas, distinctio, ordo, & nomen: quælibet ergo scientia denominatur, scilicet vel realis vel rationalis a suo subiecto: sed subiectum huius scientiæ quod est syllogismus demonstratiuus, est ens rationis. ergo hæc scientia est rationalis. Præterea. Omnis scientia realis secundum philosophum sexto metaphy. aut est speculatiua: aut actiua: aut factiua: sed hæc scientia non est actiua vel factiua, quia quælibet earum est practica, hęc autem scientia non est practica, vt supra probatum est. ergo non est actiua vel factiua; similiter neque est speculatiua realis, quia omnis talis ē vel physica: vel mathematica: vel metaphysica, vt patet per Philosophū ibidem: sed hęc scientia non est aliqua illarum. ergo non est speculatiua realis, & per consequens non est scientia realis. Præterea. Logica est scientia rationalis: vt patet per Aug. de ciuita. dei. c.8. vbi uocat eam scientiam rationalē, ergo hæc scientia est scientia rationalis: cum scientia totius & partis ad idē. genus sciarum pertineant. Idem etiam patet per rationes adductas prius in cōtrarium, quę sumuntur a Doc. S. in prima lectione huius primi, vt patet. Pro declaratione ergo pręcedentium aduertendum est, quòd aliqua scientia potest dici realis dupliciter. vno modo improprie: & hoc tripliciter. uno modo quia ipsa est ens reale, & sic quælibet scientia est realis, cum quęlibet sit in prædicamento qualitatis. Alio modo quia est in subiecto reali: & sic etiam quælibet scientia est realis, quia quælibet scientia est in anima subiectiue, quæ est ens reale. Tertio modo, quia est ab aliqua causa reali, & sic etiā quælibet scientia est realis, quia anima est causa efficiens, finalis, & etiam materialis in qua cuiuslibet scientiæ. Alio modo aliqua scientia potest dici realis proprie, cuius. s. causa obiectiualis est realis: siue cuius obiectū est ens reale extra animam existens, & isto modo non quælibet scientia est realis, sed aliqua est realis & aliqua rationalis: hæc igitur scientia habet obiectum quod est ens rationis, videlicet syllogismum demonstratiuū: vnde hæc scientia dicitur rationalis proprie & non realis.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum quòd aliud est scientiam esse ens reale, & aliud est scientiam esse scientiam realem; sicut aliud est identitatem esse realem, & aliud est identitatem esse relationem realem, vt patet per Doc. S. in de potentia, q.7.ar.vltimo. nam aliquis est idem vel similis sibi ipsi realiter, & tamen talis identitas vel similitudo non est relatio realis; cum relatio realis re-

quirat duo extrema realia realiter distincta, vt in quinto libro diuinæ philosophiæ disputatum est, & in primo sententia.distin.24.quæstio. 1.articu.3. ad primum articulum. Vnde dico quod negatio ista, in qua perficitur ratio vnitatis, non est nisi negatio rationis tantum: omnis enim respectus, qui est entis ad negationem, vel ad non ens, non est nisi rationis. Et ibidem ad secundum sic ait. Vnum non importat negationem nisi in rationibus, vnde secundum rem magis se habet ad potētiam quam multitudo, in qua importatur realis negatio, secundum quam res a re distinguitur: hæc ille.

Ex quibus patet, quòd ibi non accipitur negatio realis, quasi ipsa negatio sit ens reale: cum negatio sit ens rationis: sed accipitur ibi negatio realis, quia est inter entia realia, dicens. hoc non est hoc, quia secundum eam res a re distinguitur: ipsa tamen negatio secundum se est ens rationis: similiter scientia quælibet est ens reale, tamen quælibet non est scientia realis: cuius ratio est, quia scientia accipit entitatem a suo subiecto inhæsionis & a suis causis: sed quod sit scientia realis hoc habet proprie ab obiecto suo, quod est ens reale, & quia obiectum huius scientiæ non est ens reale, sed est aliquod ens rationis: ideo dicitur quod est ens reale de prædicamento qualitatis, non tamen est scientia realis, quod quidem diligenter memoriæ commendandum est. Ad secundum dicendum quòd ille effectus est realis, cuius omnes causæ sunt reales: sed huius scientię non omnes causæ sunt reales: quia causa obiectiualis eius non est ens reale: vnde ratio non sequitur. verum tamen bene concludit, quòd hæc scientia est ens reale, non tamen quod sit scientia realis. Ad tertium dicendum negando minorem: & ad probationem dicendum quòd ens in communi diuiditur in ens reale & ens rationis, & non conuertitur cum re aut aliis transcendentibus, sed solum ens reale, quod est commune deo & creaturis: aut etiam decem prædicamentis. licet ergo obiectum huius scientiæ sit ens, accipiendo ens secundum quòd est commune enti reali, & enti rationis; non tamen est ens reale: vnde non oportet, ꝙ sit res quædam proprie dicta, scilicet a ratus rata ratum. Ad quartum dicendum, quod aliquid denominatur ab aliquo reali dupliciter: vno modo tanquam a causa remota, & isto modo non oportet, quòd illud denominatum sit reale, sicut genus & aliæ secundæ intentiones denominantur a suo fundamento remoto, quod est res extra animam tanquam a causa remota, non tamen propter hoc oportet, quod genus sit ens reale, & isto modo syllogismus demonstratiuus denominatur a re extra animam existēte, vnde nō oportet ꝙ sit ens reale. alio modo aliquid denominatur ab aliquo reali tanquam a causa proxima, sicut sunt primæ intentiones, & isto modo oportet quòd denominatum sit ens reale. Ad vltimum dicendum est primo ad maiorem, quod quęlibet scientia est ens reale, & est relationis fundamentum reale, licet non dicatur scientia realis, vnde argm̄ pręsupponit falsum. Dicēdum scd̄o ad minorem, quod licet relatio scientię realis ad scibile reale sit relatio realis, tamen relatio scientię rationalis ad scibile, quod est ens rationis, non oportet quod sit relatio realis, quia ad hoc, quod aliqua relatio sit realis, oportet ꝙ habeat extrema realia, & etiam realiter distincta: cum ergo scibile huius scientiæ, quod est syllogismus demonstratiuus, sit ens rationis, & non ens reale, ideo relatio quę est huius sciētiæ ad tale scibile, non est relatio realis, sed rationis tantum.

vbi supra extrauaganter in preœmio eiusdem.

ARTICVLVS III.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod hęc scientia non sit iudica-

dicatiua, sed inuentiua tantum. nam iudicium pertinet ad sapientiam, sapientis enim est iudicare, vt patet per philosophum primo metaphysicę. sed hæc scientia non est sapientia, quia sapientia est donum Spiritus sancti infusum, hæc autem scientia acquiritur & non infunditur, vt infra probat philosophus contra Platonem. ergo non est iudicatiua.

2 Præterea. Sapientis est considerare altissimas causas, vt probat philosophus in primo metaphy. sed hæc scientia non considerat primas & altissimas causas, cum hoc pertineat ad primum philosophum. ergo hæc scientia non est sapientia, & per consequens non est iudicatiua.

3 Præterea. Iudicatiuum habetur cū certitudine scientiæ, vt dicit philosophus in politicis, & vt dicit Docto. S. in procemio huius. hæc autem scientia nō est certa, sed fallibilis, vt patuit per demonstrationem Zenonis, qui voluit probare quadraturam circuli multipliciter deficiens. igitur &c.

4 Præterea. Ille bene iudicat, qui omnia nouit, vt patet per philosophum primo ethic. sed ille qui habet hanc scientiam non omnia nouit, ergo non bene iudicat, & per consequens hæc scientia non est iudicatiua.

OPPOSITVM.

In contrarium arguitur per Docto. S. in lectione dicentem. Alijs ergo partibus logicæ pretermissis ad præsens intē dendum est circa partem iudicatiuam, prout traditur in lib. posteriorum analyticorum.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, q hæc scientia est iudicatiua, quod sic probatur secundum Doc. S. elicitiue in lectione prima. Nam cum iudicium de re aliqua nō habeatur nisi cum certitudine sentētię, certitudo autē sententiæ haberi nō possit nisi per resolutionem effectus in sua principia & causas: sequitur q illa scientia erit iudicatiua, quę est resolutoria, siue quæ docet resoluere aliquid in sua principia & causas. sed hæc scientia est huiusmodi, resoluit enim necessitatē cō sequentis in sua principia, vt patet per quālibet demōstrationē propter quid, quia per eam denotatur habitudinem passionis ad subiectum esse veram per causam. s. per diffinitionem subiecti. ergo hęc scientia est iudicatiua. Idem dicit secunda secundę q. 53. ar. 4. in eo corpore, vbi sic ait. In speculatiuis demonstratiua scientia dicitur iudicatiua, inquantum per resolutionem in prima principia intelligibilia de veritate inquisitorum diiudicatur. hæc ille.

Sed instabat discipulus; nam febricitans vinum dulce iudicat amarum, & tamen constat q non resoluit illud in suam causam. ergo insufficienter dictū est, quod iudicium habetur cum certitudine sententiæ per resolutionē ad principia.

Præterea. Iudicium pertinet ad voluntatem, cum iudicando aliquando qs peccat, peccatum aūt in voluntate est: sed hæc scientia non est in volūtate, sed in intellectu, cum sit habitus intellectiuus. igitur non est iudicatiua. Dicēdum primo q duplex est iudicium, quoddā est iudicium falsum, sicut iudicium Zenonis de quadratura circuli, aliud est iudicium verum, & illud est triplex, quoddam est imperfectum, sicut cum vetula iudicat de pluuia, & tale non habetur semper per causam, sed per similitudinem, aut per coniecturam aliquam: aliud est perfectum, & tale habetur resoluendo ad causas proximas: aliud est perfectissimum, & tale non potest haberi nisi per resolutionem vsque ad primum principium. hic autē loquimur de iudicio vero perfecto, iudicium autem febricitantis est apparens & non excedens: vnde ratio nulla. Dicendum secundo, quod iudicium apprehensionem rationis consequitur, ad quod sequitur voluntas aliquando deliberata, aliquando vero non deliberata, & sic ipsum iudicium pertinet principaliter ad intellectum, licet per quandam concomitantiam pertineat ad volun-

tatem, ita scilicet, quòd actus voluntatis sequitur iudicium de re apprehensa.

Sed contra hoc replicabat discipulus: nam iudicium est actus iustitiæ, vt probat Doc.S.in secunda secundæ, quęstio.60. art.1. o.sed iustitia essentialiter est in volũtate, ergo iudiciũ est actus voluntatis. Dicendum quod iudicium importat rectam determinationem, vnde iudicium potest considerari dupliciter, vno modo secundum propriam impositionem noĩs, videlicet pro recta determinatione iustorum: alio modo communiter secundum quod translatum est ad significandum rectam determinationẽ in quibuscunque rebus tam speculatiuis quàm practicis: primo modo accipiendo iudicium tunc potest esse alicuius dupliciter. vno modo tãquam virtutis proferentis iudicium, & sic pertinet ad rationẽ, quia diffinire vel docere aut affirmare pertinent ad rationem, & sic est actus prudentiæ. Alio modo potest esse alicuius tanquam virtutis disponentis, aut inclinantis ad rectam determinationem, & isto modo est ipsius voluntatis, & est actus iustitiæ, sed accipiendo iudicium, vt dicit determinationem rectam in speculabilibus, sicut in proposito, sic est ipsius rationis tanquã virtutis proferentis, & habituum intellectus tanquam uirtutis disponentis, & inclinantis. Hæc omnia elicitiue Docto.S. in secunda secundæ, vbi supra: sic ergo iudicare de demonstrabilibus pertinet ad hanc scientiam, vnde relinquitur ꝙ est iudicatiua.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ contingit aliquem iudicare dupliciter, vt dicit Doc.S. in prima parte, q.1.articu.6. Vno modo per modum inclinationis, sicut qui habet habitum alicuius virtutis, dato quod non habeat scientiam de eo, bene tamen iudicat de his, quæ ad illam virtutem pertinent. Alio modo per modũ cognitionis, sicut qui habet scientiam virtutum, dato quod non sit virtuosus, bene tamen iudicat de moralibus. primo ergo modo iudicare pertinet ad sapientiam, quæ est donum Spiritus sancti. Secundo verò modo iudicare potest intelligi dupliciter. Vno modo vniuersaliter de omnibus spiritualibus; & sic pertinet ad metaphysicam. Alio modo specialiter. s. de demonstrabilibus, & sic pertinet ad hanc scientiam. Ex quo patet, quod hæc scientia potest dici sapiẽtia non simpliciter & vniuersaliter, sed in genere, scilicet demonstrationum. Et per hoc patet solutio ad secundum, quia sapientis simpliciter est altissimas causas considerare: tamen sapientis in genere est considerare causas in suo genere comprehensas: vt patet per Doct.S. secunda secundæ, q.45. art.j. Et in tertio sententia. distinct.35. ar.j.q.2. vt etiam adductum est in primo metaphy.q.7.ar.4. notabili primo.

Ad tertium dicendum, quod hæc sciẽtia est certissima, & licet ille demonstrator defecerit, hoc non fuit propter incertitudinem huius scientiæ: sed propter malam applicationem principiorũ ad conclusionem ipsius demonstrantis. Ad vltimum dicendum, quod ille qui habet hanc scientiam, nõ omnia nouit simpliciter & uniuersaliter: omnia tamẽ cognoscit quæ requiruntur ad veram demonstrationem· unde nõ dicitur uniuersaliter sapientia, sed in genere, ut declaratum est.

Vbi supra impertinenter in proœmio eiusdem.

ARTICVLVS V.

Ad quintum sic proceditur. Videtur ꝙ hæc scientia non sit cæteris partibus nouæ logicæ dignior.

Nam dignitas scientiæ attenditur ex dignitate obiecti, ut patet primo de anima: sed scientia libri priorum habet nobilius obiectum quàm scientia huius libri. ergo sciẽtia prioristica est nobilior. probatio mediæ, quia simpliciora sunt nobiliora: sed obiectum scientiæ prioristicę, qđ est syllogismus simpliciter dictus,

ctus, est simplicius syllogismo demõstratiuo, qui est subiectũ huius libri. syllogismus enim demonstratiuus se habet ex additione ad syllogismum prioristicum, quia includit necessitatem consequentię & necessitatem consequentis: syllogismus vero simpliciter dictus includit necessitatem consequentię tantum. igitur &c.

2 Præterea. Vbicunque est computatio, ibi est distinctio: sed hæc scientia non distinguitur contra alias partes logicę. ergo &c. probatio medię. quia partes subiectiuę alicuius totius pertinent ad eãdem scientiam cum toto: sed syllogismus demõstratiuus, dialecticus simpliciter dictus, & sophisticus sunt species argumentationis: vt patet primo topicorum. argumentatio autem considera tur in libro priorum. ergo omnes prædicti syllogismi pertinent ad scientiam prioristicam: & sic hæc scientia non distinguitur ab illa: & per consequens non est dignior ea.

3 Præterea. Concessum est supra, ꝙ tota logica est vna scientia in specie. ergo de partibus logicæ non sunt diuersę scientiæ: & per consequens hæc scientia non est dignior scientijs aliarum partium logicæ: aliàs idem esset dignius seipso.

OPPOSITVM.

Sed in contrarium arguitur. Nam illa scientia est dignior, quæ ex certioribus procedit: sed hæc scientia procedit ex certioribus quàm scientiæ aliarum partium logicę, cum procedat ex necessarijs & immediatis. igitur &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum: quod scientia libri posteriorum est dignior & nobilior scientiis aliarum partium nouæ logicę: quod sic patet. Nam vna scientia dicitur dignior altera propter duo, videlicet propter dignitatem subiecti, & propter certitudinem: vt patet p philosophũ in procem. de anima, & in procemio ethicorum: sed hæc scientia habet nobilius subiectum inter cęteras partes nouæ logicæ, qa syllogismus demõstratiuus inter cęteras partes argumentationis est nobilior: quod patet ex eius fine, quia generat veram scientiam in nobis: syllogismus autem dialecticus generat opinionem: & syllogismus sophisticus generat apparentem scientiam: syllogismus vero simpliciter dictus inquantum huiusmodi abstrahit ab omnibus: similiter hæc scientia procedit ex necessarijs, quæ certissima sunt: aliæ vero ex probabilibus, aut apparenter probabilibus. ergo & quantum ad nobilitatem obiecti, & quantum ad certitudinem, hæc est scientia dignior cæteris partibus nouę logicæ. Sed diceret aliquis, quòd maior habet veritatem de dignitate scientiarum speculatiuarum, non autem de scientijs practicis: logica autem est scientia practica. igitur &c. Dicẽdum quòd minor est falsa, vt supra ostensum est: & dato ẽt quòd esset practica, adhuc hęc scientia esset dignior cæteris partibus nouæ logicæ, quia vna scientia practica dicitur nobilior alia, quæ ordinatur ad nobiliorem finem, vt patet primo ethi. & vt adducit Doc. S. in prima parte. q. i. ar. 4. Sed hęc scientia, vt dictum est ordinatur ad nobiliorem finem. s. ad gñandũ perfectam scientiã. ergo &c. Aduertendum est autem, quòd quinque sunt proprietates consequentes scientiam ratione sui obiecti: videlicet vnitas: dignitas: distinctio: ordo: & nomen: quòd enim scientia sit vna vel plures, hoc habet ab vnitate vel pluralitate subiectorum: quod etiã sit dignior, hoc habet a nobilitate obiecti, & etiam illa scientia est distincta ab alijs, cuius obiectum est distinctum, similiter etiam illa scientia est prior, cuius obiectum est prius: & etiam vt in pluribus scientia accipit denominationem ab obiecto: Aliquãdo tamen denominatur a principaliori parte subiectiua: aliqñ do vero a passione vel ab aliquo huiusmodi.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum negando minorem, & ad probationem dicendum, quod non semper priora sunt nobilio-

biliora, sed illa quæ sunt priora & determinatiora, illa sunt digniora, nam homo non est dignior quam homo beatus: similiter animal non est dignius quam homo: syllosogismus autem simpliciter dictus, licet sit prior & simplicior per abstractionem, quam syllogismus demonstratiuus, quia.s. non est determinatus siue contractus ad aliquam materiam, sed indifferenter fit in omni materia: syllogismus autem demonstratiuus fit determinatus ad materiam necessariam, tamen syllogismus demonstratiuꝰ est determinatior: vnde argumẽtum non concludit. Sed dicebat discipulus, ꝙ nullus est syllogismus qui non fiat ex propositionibus in materia aliqua exñtibus. ergo syllogismus simpliciter dictus non abstrahit ab aliqua materia. Dicendum quòd syllogismum aliquem abstrahi a qualibet materia potest intelligi dupliciter. Vno modo quod possit fieri extra quancunque materiam, & sic non abstrahit. Alio modo quòd indifferenter fiat in qualibet materia, ita.s. ꝙ possit fieri non solum in materia contingenti, sed etiam ex necessarijs: & possit etiam fieri non solum ex necessarijs, sed etiam contingentibus: & sic dicitur abstractus ab omni materia. Ad secundum dicendum ad probationem minoris, quod totum & pars possunt considerari dupliciter. vno modo per comparationem ad eandem passionem, & sic pertinent ad eandem scientiam. Alio modo per respectum ad diuersas passiones, & sic non pertinent ad eandem scientiam, verbi gratia, ens & ens mobile si considerentur per respectum ad mobilitatẽ, sic ambo pertinent ad scientiam naturalem: si vero ens commune consideretur per comparationem ad rationem entitatis, & ens mobile ꝑ respectũ ad mobilitatem, sic pertinẽt ad diuersas scientias. Ad tertium dicendum quod libri logicę possũt considerari dupliciter: vno modo secundum quod vnus ordinatur ad alium, & cognitio vnius ad cognitionem alterius, & similiter conclusiones vnius ad conclusiones alterius: sic logica tota est vna scientia spẽ, & vna simplex qualitas, vt supra concessum est. q. 2. ar. 1. ad primum. Alio modo possunt considerari absolute, & per se: & non secundum quod vnus ordinatur ad aliũ: & sic diuersorum librorum logicę sunt diuersę scientiæ: & sic intelligitur dictum Doc. S. in secunda secundę. q. 51. ar. 2. ad vltimum, vbi sic ait: quod in speculatiuis alia rationalis scientia est dialectica, quæ ordinatur ad inquisitionem inuentiuam: & alia scientia est demonstratiua, quæ est veritatis determinatiua. Hæc ille. Et isto modo accipiendo partes logicę vna est cęteris dignior.

Vbi supra impertinenter in proœmio eiusdem.

ARTICVLVS VI.

AD sextum sic proceditur. Videtur ꝙ syllogismus demonstratiuus nõ sit subiectum huius scientię. Nam subiectum alicuius scientiæ debet esse pars conclusionis demonstrandæ, vt infra patebit: sed syllogismus demonstratiuus non est aliqua pars conclusionis, sed est totalis discursus præmissas & conclusiones comprehendens. ergo nõ potest esse subiectum huius scientiæ.

2 Præterea. De quolibet subiecto demonstratur aliqua passio per diffinitionem eius, vt infra patet: sed de demonstratione non potest demonstrari passio, quia si demonstrationis esset aliqua passio, maxime esset hoc, quod est gñatiuum scientię: sed hoc non potest dici, quia generare scientiam est effectus & finis demonstrationis. ergo non est passio eius.

3 Præterea. In qualibet demonstratione sunt tria. s. diffinitio: subiectum: & propria passio. ergo demonstratio non est subiectum tantum huius scientiæ.

4 Præterea. Subiectum vnius scientiæ non includit in se subiectum alterius scientiæ distinctæ ab ea: sed syllogismus demonstratiuus includit syllogismum simpliciter dictum, qui est subiectum libri

bri priorum, nullus enim est syllogismus demonstratiuus, qui non includat necessitatem illationis siue consequentiæ.ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed in contrarium sunt omnes expositores huius libri,& patet ratione: quia illud est subiectum alicuius scientiæ, a quo illa scientia denominatur: sed hęc scientia denominatur a syllogismo demonstratiuo, dicitur enim scientia de demonstratione.igitur &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum,quod syllogismus demonstratiuus est subiectum attributionis huius lib.quod sic patet: quia illud est subiectum, quod principaliter consideratur in aliqua scientia; & quod includit omnia principaliter considerata,& per quod illa scientia distinguitur ab alia,vt ex supra dictis patet:sed syllogismus demonstratiuus est id, quod est principaliter consideratum in hac scientia, primo notum adæquatum,ad quod omnia habent attributionem in recto vel in obliquo, vt patet discurrenti per omnia. igitur &c. Pręterea. Illud est subiectum alicuius scientiæ, cuius principia, partes, & passiones quærimus, vt patet per philosophum quarto metaphy. sed in hac scientia quærimus principia demõstrationis,partes subiectiuas, & partes integrales, & passiones eius, vt infra patebit. igitur &c.

Sed instabat discipulus.nam de subiecto præsupponitur quid est, vt infra dicit philosophus: sed de syllogismo demonstratiuo non præsupponitur quid est eius sed inuestigatur, diffinitur enim syllogismus demonstratiuus in hoc libro.ergo &c. Dicendum quod duplex est quid scilicet quid nominis, & quid rei. de subiecto igitur debet præsupponi quid nominis sed quid rei potest inuestigari, vt infra declarabitur.

Quærebat vlterius idem discipulus quid debeamus intelligere per partes alicuius subiecti: & quid per passiones. Dicendum secundum Docto. S. super Boetio de trinitate.quęstio.secunda, articulo secundo,ad tertium: quod partes subiecti in aliqua scientia non solum sunt intelligendæ partes subiectiuæ vel integrales, sed partes subiecti dicuntur omnia illa, quorum cognitio requiritur ad cognitionem subiecti: cum omnia huiusmodi non tractentur in scientia, nisi inquantum habent ordinem ad subiectum: passiones etiam dicuntur quæcunque de aliquo probari possunt: siue negationes: siue habitudines ad aliquas res. Hæc ille formaliter.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod syllogismus demonstratiuus potest considerari dupliciter. vno modo pro re significata per illum terminum absolute,& sic syllogismus demonstratiuus est quid complexum, nec est vt sit subiectum conclusionis.alio modo potest accipi pro illo termino syllogismus demonstratiuus, secundum tamen quod significat talem discursum, & sic est quid incomplexum, & vt sic est subiectum conclusionis. Ad secundum patet solutio ex dictis: quia licet generatiuum scientię sit effectus ipsius syllogismi demonstratiui, tamen propter hoc non sequitur quod non sit eius passio: quia accipitur passio pro omni eo,quod de subiecto probari potest: vt adductum est. Ad tertium dicendum sicut ad primum.

Ad quartum dicendum: quod subiectum vnius scientiæ bene includit subiectum alterius scientiæ materialiter, non autem formaliter, secundum scilicet eandem rationem formalem,sicut ens mobile, quod est subiectum in physica includit ens, quod est subiectũ in metaphysica.

QVÆ-

QVAESTIO IIII.
quę habet articulos duos.

De acquisitione alicuius scientiæ in nobis ex præexistenti cognitione.

CONSIDERATIS his quæ tanquam præambula requiruntur ad hãc sciẽtiam, consequenter considerandum restat de cõsideratis in hac scientia. Circa quod duplex occurrit consideratio. Prima nãque consideratio erit de necessitate syll'i demonstratiui. Secunda erit de ipso syllogismo demonstratiuo: & quia necessitas cuiuslibet rei ex suo fine sumitur, & finis syllogismi demonstratiui est cognoscere siue scire, ideo circa primum duo consideranda sunt. primo enim considerandum est qualiter in nobis acquiratur cognitio intellectiua. secundo considerandum est de modo præcognitionis. Circa primum quæruntur duo. primo vtrũ omnis nostra cognitio intellectiua fiat ex præexistenti cognitione sensitiua. secundo vtrum quælibet cognitio scientifica per studiũ & exercitiũ acquiratur.

Sequitur in doc. S. ibi, alijs autem partibus. *in prœmio & in lec. prima eiusdem.*

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod non omnis nostra cognitio intellectiua habeat ortum a cognitione sensitiua: nam illa cognitio non habet ortum ab aliquo, quæ est nobis naturalis: quia illud dicitur naturale alicui, quod inest ei a natura: sed cognitio intellectiua primorum principiorum est nobis naturalis: imposs'e est enim non assentire primis principijs. ergo sequitur quòd non omnis nostra cognitio intellectiua fit ex præexistenti cognitione.

2 Præterea. Nos habemus cognitionem intellectiuam de angelis & de deo: sed constat quòd de angelis & de deo non habemus cognitionem sensitiuam, cum non cadant sub sensu. igitur idem quod prius.

3 Præterea. Si nostra cognitio intellectiua ortum haberet a sensu, sequeretur quòd illud quod sentitur, esset illud, quod intelligitur. sed consequens est falsum. quia intellectus est vniuersaliũ, sensus vero singularium. igitur &c.

4 Præterea. Adã fuit eiusdem conditionis sicut & cæteri homines, cum sicut anima Adæ fuerit creata, ita & anima cuiuslibet hominis. sed scientia quę fuit in anima Adæ nõ habuit ortum a cognitione sensitiua. ergo &c.

5 Præterea. Si cognitio intellectiua cãretur a sensitiua, vel hoc esset in genere causæ materalis: vel formalis: vel efficientis: vel finalis. Non primum quia scientia non habet materiam ex qua fiat, cum sit forma accidentalis: neque etiam secũdum, quia formę non est forma: neq; tertium aut quartum: quia causa efficiens & finalis semper sunt digniores suo effectu. sed cognitio sensitiua non est nobilior quàm intellectiua. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in littera dicens: quod omnis doctrina & omnis disciplina intellectiua ex præexistenti fit cognitione &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod omnis nostra cognitio ĩtellectiua fit ex pręexistenti cognitione, idest sensitiua: quod sic probat philosophus secundum mentem Do. S. per inductionem: nam omnes mathematicæ scientiæ procedunt ex præexistenti cognitione, quia fiunt per demonstrationem: demonstratio autem fit ex pręcognitis. Similiter omnes dialecticæ scientię vtuntur syllogismo vel inductione, in quorum vtroque proceditur ex aliquo pręcognito, nam in syllogismo accipitur notitia alicuius vniuersalis cõclusi ab alijs vniuersalibus notis: in inductione vero concluditur vl'e ex singularibus, quę sunt manifesta ad sensum. Simil'r rhetoricę sciæ procedunt

dunt ex præcognitis, nam procedunt per enthymema, aut per exemplum: in quorum vtroque proceditur ab aliquo præcognito, quia enthymema est syllogismus, licet truncatus, & exemplum est inductio, licet imperfecta. In syllogismo autem & in inductione proceditur ab aliquo præcognito, vt dictum est. igitur in enthymemate & exemplo proceditur ab aliquo præcognito: & sic scientiæ mathematicę siue demonstratiuæ, & dialecticæ, & rhetoricæ, procedunt ex pręexistenti cognitione, & sic de alijs scientijs & artibus, ergo omnis doctrina & sciētia procedit uel fit ex præexistenti cognitione. Considerandum est autem primo secundum Doc. S. in lectione, quod nō omnis cognitio ex præexistenti cognitione dependet: esset enim abire in infinitum: sed bene omnis disciplinę acceptio fit ex pręexistenti cognitione: nomen autem doctrinæ & disciplinę ad inquisitionem cognitionis pertinet. nam doctrina est actio eius, qui aliquid cognoscere facit. disciplina autem est receptio cōclusionis ab aliquo. Hæc ille. Aduertendum est etiam secundum eundem ibidem, quod non accipitur hic doctrina & disciplina secundum quod se habet ad inquisitionem scientiæ tātum, sed ad inquisitionem cognitionis cuiuscunque intellectiuę, quod patet per hoc, quod philosophus manifestat hāc propositionem etiam in dialecticis, & in rhetoricis disputationibus, per quas nō acquiritur scientia, propter quod etiam non dicit ex præexistenti scientia vel intellectu: sed vniuersaliter ex cognitione. Addit etiam philosophus intellectiua ad excludendum acceptionē cognitionis sensitiuæ vel imaginatiuę: nam ex vno in aliud procedere rationis est tantum. Hæc ille.

Ex quibus primo elicitur, quod doctrina siue disciplina potest accipi dupliciter. Vno modo communiter pro quacūque cognitione intellectiua, & sic accipitur hic. Alio modo proprie, scilicet pro scientia acquisita per demonstrationē; & sic non accipitur hic. Elicitur etiam secundo quod triplex est cognitio. s. sensitiua, imaginatiua, & intellectiua.

Considerandum est vlterius tertio secundum eundem ibidem, quod rhetoricę persuasiones fiunt per enthymema, & per exemplum, non autem per syllogismum & inductionem completam, propter incertitudinē materiæ, circa quam versatur scilicet circa actus singulares hominū, in quibus vniuersales propositiones non possunt assumi vere. Et ideo rhetor vtitur loco syllogismi, in quo necessarie est esse aliquam vniuersalem, aliquo enthymemate. Et similiter loco inductionis, in qua vniuersale concluditur, vtitur aliquo exemplo, in quo proceditur a singulari non ad vniuersale, sed ad singulare: vnde patet sicut enthymema est syllogismus truncatus, ita exemplum est inductio imperfecta. Hęc ille formaliter. Ex quibus elicitur, quod duplex est inductio, quædam est imperfecta, in qua proceditur a singularibus nō sufficienter enumeratis ad vniuersale, vt dicendo. Sor. currit, Plato currit. ergo omnis homo currit. Alia est inductio perfecta, in qua proceditur a singularibus sufficienter enumeratis, cum illa particula, & sic de alijs, vel & non plura: ad vniuersale, vt sic dicendo Sor. currit, Plato currit, & sic de alijs. ergo omnis homo currit. Similiter duplex est syllogismus, quidam est imperfectus, in quo scilicet non ponitur nisi vna præmissarum expresse, & altera subintelligitur: vt sic dicendo. Omne animal currit. ergo omnis homo currit. Alius est syllogismus perfectus, in quo scilicet continentur formaliter & expresse duę præmissæ. s. maior & minor: vt dicendo. Omnis homo currit. sor. est homo. ergo sor. currit. Sed dicebat discipulus. scientia est de vniuersalibus conclusionibus, vt probat philosophus infra. si ergo rhetor non vtatur propositionibus vniuersalibus veris, sequitur quod rhetorica nō erit scientia, quod est contra Docto. S. in prima lectione huius, ubi rhetoricam sub rationali philosophia collocauit.

Dicen-

Dicendum ꝙ rhetorica, sicut etiam dictum est de dialectica, potest considerari dupliciter. uno modo per respectũ ad suas causas, & passiones, & principia. s. secundum ꝙ est docens, & sic est scientia, & formantur in ea vniuersales propositiones & necessariæ. alio modo potest considerari quantum ad usum siue quantum ad modum suum procedendi, & sic non vtitur propositionibus vniuersalibus, sic autem non est scientia, sed magis modus sciendi.

Quærebat insuper discipulus qualiter ex prædicta conclusione ostendi potest necessitas syllogismi demonstratiui, & qualis est eius necessitas:

Dicendum quod necessitas syllogismi demonstratiui non est necessitas absoluta, neque necessitas coactionis, sed est necessitas ex suppositione finis. Supposito enim ꝙ velimus aliquid scire, necesse est habere syllogismum demonstratiuum: quę quidem necessitas ex præmissa conclusione sic deducitur. Nam omnis nostra cognitio intellectiua fit ex præexistenti cognitione: ergo contingit nos aliquid scire de nouo: sed nõ possumus aliquid scire de nouo, nisi habeamus syllogismum demonstratiuum, cum syllogismus demonstratiuus solus sit ille, qui facit scire: ergo necesse est habere syllogismum demonstratiuum, si volumus habere scientiam de nouo.

Quærebat insuper idem discipulus de ordine cognitionum, quæ illarum. s. oritur ab alia, & quæ non, & in qua cognitione est status. Dicendum ꝙ duplex est cognitio, quædam est infusa, & talis non habet ortum ab aliqua alia cognitione existente in intellectu cognoscentis, & de illa nõ est ad propositum. Alia est cognitio acquisita, & talis est duplex: quædam est sensitiua, & hæc est duplex, s. exterior, qua aliquid cognoscitur per sensus exteriores, vt per visum &c. & interior qua. s. aliquid cognoscitur per sensus interiores. Alia est cognitio intellectiua, & talis etiam est duplex, quędam est cognitio terminorũ: alia est cognitio propositionum, & ista est duplex, quædam est cognitio præmissarum, siue principiorum: alia est cognitio conclusionum. vnde inter has cognitiones talis est ordo. Nam omnis cognitio intellectiua conclusionum fit ex præexistenti cognitione intellectiua ꝓmissarum. Cognitio autem intellectiua præmissarum fit ex præexistenti cognitione intellectiua terminorum. Sed cognitio intellectiua terminorum fit ex præexistenti cognitione sensitiua interiori. & cognitio sensitiua iterior fit ex præexistenti cognitione sensitiua exteriori, & ibi est status.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod aliquid dicitur nobis naturale dupliciter. Vno modo quia totaliter inest nobis natura, & sic cognitio primorum principiorum non est nobis naturalis. Alio modo quia intellectus naturaliter ei assentit cognitis terminis, & sic cognitio primorum principiorum est nobis naturalis, quia. s. non acquiritur talis cognitio per deductionem syllogisticam: dependet tamen a cognitione terminorum & a cognitione sensitiua.

Ad secundum dicendum, ꝙ dupliciter aliquid potest cadere sub sensu. Vno modo secundum se, & sic substantiæ immateriales non cadunt sub sensu. Alio modo per suos effectus, quia. s. effectus eius cadunt sub sensu, & isto modo substantiæ immateriales cadunt sub sensu: inde est ꝙ non habemus cognitionem de angelis & de Deo a priori per causam, sed solum a posteriori per suos effectus. Ad tertium dicendum negando consequentiam, quia licet illud quod intelligitur cadat sub sensu, non tamen secundum eandem rationem formalem cadit sub sensu, & sub intellectu, vnde consequentia nen valet.

Ad quartum dicendum, quod scientia Adę fuit infusa, & non acquisita, de qua est hic ad propositum.

Ad vltimum dicendum, quod cognitio sensitiua, vt dicit Doct. S. in prima parte, quæst. 84. ar. 6. non est totalis, & perfecta causa cognitionis intellecti-

uæ,

uæ, sed magis est materiæ causa. vnde non oportet quòd sit nobilior quàm cognitio intellectiua: non enim omne quod concurrit ad causalitatem alicuius est nobilius eo, sed solum causa principaliter agens. Qualiter autem causetur cognitio intellectiua a cognitione sensitiua, posterius perscrutandum erit.

Vbi supra in Doctor San. in procemio eiusdem.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod nulla cognitio scientifica acquiratur per exercitium & studium. nam illud quod est per se notum non acquiritur per exercitium & studium. sed pmissę cuiuslibet demõstrationis per quam habetur scientia sunt per se notæ. ergo præmissæ non acquiruntur per exercitium & studium. immo vt dictum est cognitis terminis immediate cognoscuntur. sed conclusio simul tempore cognoscitur cum præmissis, vt infra dicit Philosophus. ergo nulla cognitio scientifica acquiritur per exercitium & studium, quod habet fieri in longo tempore.

2 Præterea. Quælibet potentia naturaliter fertur in suum obiectum, sicut voluntas in vltimum finem & visus in colorem: sed verum est obiectum intellectus. ergo intellectus naturaliter fertur in verum, & sic cognitio veri non habetur per studium.

3 Præterea. Cognitio primorum principiorum non acquiritur per exercitium studij. ergo nec cognitio eorum quæ continentur in primis principijs, qui enim cognoscit hominem cognoscit omnia prędicata inclusa in hoie, videlicet aial: corpus, substãtiam & ens, & sic de alijs, sed omnia scibilia cõtinẽtur in primis principiis. igit &c.

OPPOSITVM.

Sed in contrarium arguitur, quia omnis cognitio nostra intellectiua fit ex præexistenti cognitione, vt patet per prædictam superius propositionẽ Philosophi. sed illa cognitio quæ causatur ex præexistenti cognitione acqritur per exercitium & studium. ergo &c.

CONCLVSIO.

Respõdeo dicẽdum ꝙ aliqua cognitio scientifica acquiritur per exercitiũ & studiũ, nam illa cognitio quę acquiritur per demonstrationem, acquiritur per exercitium & studium, sed aliqua cognitio scientifica est quę acquiritur per demõstrationem, aliàs nulla esset necessitas ponẽdi syllogismum demõstratiuũ, cuius finis est facere scire. ergo &c. Præterea. Si nulla sciẽtia acquireretur per exercitium & studium, sequeret ꝙ nulla cognitio esset acqsita, sed quælibet esset innata aut infusa, quod est cõtra philosophum. ergo &c. Et si dicatur. omnis scientia inest nobis à natura. ergo nulla scięntia est per exercitium & studium. antecedens probatur ratione Platonis, quia qui quærit aliquid scire, aut põt inuenire scitũ vniuersale, aut non. si non, frustra est inquisitio. si autem potest inuenire, aut ergo quod inuenit scit per aliud se inuenisse, quando inuenit, aut nescit se inuenisse. si secundum, tunc nunquam cessabit ab inquisitione. si primum cũ nunquam aliquid sciatur nisi per simile oportet ꝙ simile ei quod inuenit, intus habeat. ergo omniũ quæ inueniri possunt, iam antea intus similes habitus sunt, duo autem habitus per omnia similes & eiusdem speciei, & qualitatis, & formæ existentis, nõ possunt ẽm idẽ in eodem fieri. cum ergo in anima sit similis habitus cum quęsito per studium nihil generatur de nouo in anima, sed per talia excitatur anima ad reminiscẽdum ea quæ prius nouit a natura: Dicẽdum, ꝙ nulla scientia inest nobis a natura, sed per inuẽtionem vel acquisitionem, nisi forte loquendo de scientia in-

fusa, & quando homo per exercitiũ & studiũ inuenit aliquid, scit se illud inuenisse, vt etiam infra dicetur q. 2. articu. secũdo, & primo, scit virtute intellectus agentis & possibilis, secundo virtute & ratione scientiæ quæ præexistebat imperfecte in anima in potentia scilicet & in vniuersali & in virtute, nõ aũt formaliter, vt voluit Albertus, neque perfecte. & talis habitus imperfecte existens in anima & in potentia habet similitudinem ad scientiam consideratam secundum eius esse perfectum. vnde non oportet ponere omnes scientias existere in anima a natura. vt etiã dictum est supra q. 3. artic. primo, ad secundum.

Pro ampliori autem huius consideratione & eorum quæ sequuntur, considerandum est quod duplex est cognitio. quædam est intuitiua & quædam abstractiua: cognitio autem intuitiua quæ est notitia de præsenti, est duplex. quædam incomplexa, & quædam complexa. cognitio intuitiua incomplexa est, qua aliquis apprehendit terminum incomplexum per primam operationem intellectus. complexa vero qua aliquis apprehendit rem præsentem componendo, vel diuidendo per secundam operationem intellectus. Similiter cognitio abstractiua qua aliquis apprehendit rem absentem, est duplex, videlicet incomplexa qua aliquis apprehendit rem absentem per primam operationem intellectus, & complexa, qua aliquis apprehendit rem absentem per secũdam operationem intellectus.

Considerandum est vlterius secundo quod qualibet prædictarum cognitionum potest esse duplex. Nam quædam est cognitio comprehensiua, qua scilicet aliquis cognoscit rem aliquam omnibus modis quibus est cognoscibilis, alia est cognitio apprehensiua, & talis est duplex: nam quædam est imperfecta, qua scilicet aliquis assentit alicui cum formidine de opposito, & talis cognitio vocatur opinio: alia est perfecta, qua scilicet aliquis assentit rei intellectæ sine formidine de opposito, & talis cognitio vocatur scientia siue cognitio scientifica extenso nomine scientiæ.

Aduertendum est vlterius tertio, ꝙ cognitio apprehensiua perfecta secundũ Linconiensem in primo huius, est quadruplex. s. cõis, propria, & magis propria, & propriissima. Cognitio perfecta communis est cuiuslibet rei apprehensio, & sic possumus scire non solum necessarias, sed etiam cõtingentes propositiones, vt sortem currere: sed cognitio perfecta propria est cuiuslibet rei frequenter apprehensio, & sic nõ solũ dicimur scire necessaria, sed et ea q̃ frequẽter vera sunt, licet non sint necessaria, sicut niues & grandines esse in hyeme. cognitio vero perfecta magis propria est cuiuslibet veri necessarij apprehensio, & isto modo non solum habemus scientiam de conclusionibus necessarijs, sed etiam de principijs demonstrationum.

Cognitio autem perfecta propriissima est cuiuslibet ueri necessarij demonstrati per præmissas necessarias apprehensio, & sic solum habemus scientiam de conclusionibus demonstrationis, & de his quæ in conclusione ponuntur. & isto modo accipiendo scientiam ipsa vocatur cognitio scientifica proprie loquendo, quæ per studium & exercitium acquiritur in anima, vt clarius, quæst. 7. ar. 2. infra declarabitur.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum secundum Doctorem Sanctum, in prima parte, quæstione secunda, articulo primo, quod aliquid dicitur per se notum esse dupliciter, vno modo secundum naturam & quo ad nos: alio modo secundum naturam tantum. Illud ergo quod est per se notum primo modo, non acquiritur per studium & exercitium, sed cognitis terminis immediate cognoscitur. cognitio vero illius, quod est per se notum secundo modo bene potest acquiri per exercitium, vt patet de ista

pro

propositione, Deus est. Nota etiam quod semper præmissę non simul tempore cognoscuntur cum conclusione, sed solum quando sunt debite applicatæ, vt infra declarabitur. Ad secundum dicendum, quod licet intellectus naturaliter feratur in verum, non tamē naturaliter fertur in quodlibet verum, vnde ratio non sequitur, licet enim intellectus naturaliter cognoscat veritatem esse, non tamen naturaliter cognoscit hanc vel illam veritatem esse. Ad vltimum dicendum, quod omnia continentur in primis principijs virtualiter, & potentialiter, non autem formaliter & in actu. vnde quicunque cognoscit prima principia, cognoscit omnia quæ continentur in eis in potentia & in vniuersali, quod est cognoscere sophistico modo: non autem formaliter & in actu. Homo autem continet actu & formaliter omnia prædicata superiora, ideo cognito homine cognoscitur animal, & substantia &c. animal autem continet hominem in potentia, vnde cognito animali non semper cognoscitur homo actualiter sed in vniuersali & in potentia tantum.

LECTIO II.

De modo pręcognitionis ad cognitionem ipsam: & est lectio 2. Doc. S.

QVÆSTIO V.

quę habet articulos duos.

DEinde considerandum est de modo pręcognitionis. Circa quod dupliciter occurrit consideratio. prima erit de modo præcognitionis quantum ad illa quæ oportet pręcognoscere. secunda erit de modo præcognitionis ipsius conclusionis cuius scientia per demonstrationem quæritur, ibi. (Antequam autem &c.] Quantum ad primum duo consideranda sunt. primo considerandum est de modo præcognitionis quantum ad cognitionem ipsam, secundo quantum ad cognitionis ordinem. ibi. [Est autem &c.]Circa primum quærūtur duo. primo vtrum tantum sint duæ procognitiones, secundo vtrum de subiecto præcognoscere oporteat quid est, & quia est. de passione quid est: & de dignitate quia est.

Sequitur in philosopho, & in Doct. S. ibi, Deinde cum dicit, dupliciter autem.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod non sint tantum duæ pręcognitiones scilicet quid est, & quia est. Nam tria sunt præcognita. s. dignitas, passio, & subiectum, vt dicitur in textu. ergo tres sunt præcognitiones, patet consequentia. quia de quolibet præcognito præcognoscitur aliquid.

2 Præterea Sunt quatuor quæstiones vere scibiles scilicet si est, quid est, quia est, & propter quid est: vt patet secundo huius. ergo sunt etiam quatuor præcognitiones quia non videtur maior ratio quare debeant esse quatuor quęstiones vere scibiles, quam quatuor præcognitiones.

3 Præterea. Quia est, & quid est sunt q̄stiones, ergo nō sunt pręcognitiones. antecedens patet per philosophum secundo huius. consequentia patet, quia idem non potest esse pręcognitum & quæsitum.

4 Præterea. Vna est præcognitio, & vna non est plures. ergo non sunt duæ. assumptum patet, quia vna est præcognitio, & vna est vna & non plures. ergo vna est præcognitio & non plures.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in litera dicens dupliciter autem necessariū

est præcognoscere, alia namque quia sunt prius opinari necesse est. alia vero quid est quod dicitur intelligere. quædam autem vtraque.

CONCLVSIO.

Respondeo dicẽdum, quod tantum sunt duæ præcognitiones in genere, videlicet, quid est & quia est. quod probat philosophus secundum Docto. S. Nam tantũ sunt tria præcognita. videlicet dignitas, passio, & subiectum. sed de istis tribus solum habemus duplicem præcognitionem. Nam de principijs demonstrationis quæ dicuntur dignitates, præcognoscimus quia sunt, de passionibus autem quid sunt, & de subiecto quia est & quid est. ergo tantum sunt duæ præcognitiones scilicet quia est & quid est. Pro declaratione ergo maioris aduertendum est secundum Docto. S. in lectione, quod id cuius scientia per demonstrationem quæritur, est conclusio aliqua in qua propria passio de subiecto aliquo prædicatur, quæ quidem conclusio ex aliquibus principijs infertur. Et quia cognitio terminorum simplicium præcedit cognitionem complexorum, necesse est quod ante quam habeatur cognitio conclusionis, precognoscatur aliquo modo subiectum & passio, & similiter oportet ꝙ præcognoscatur principiũ ex quo conclusio infertur, cum ex cognitione principij conclusio innotescat. hæc ille. Ex quo habetur quod tria sunt præcognita in qualibet demonstratione scilicet dignitas, subiectum, & propria passio. Sed pro declaratione minoris querebat discipulus, quid est præcognoscere quia est de principiis, & quia est de subiecto? & quare non possumus præcognoscere quid de principijs? & vtrum sit eadem præcognitio quia est de principijs? & quia est de subiecto? Dicẽdum secundum Doct. S. in lectione, quod vt patet septimo metaphysicæ. complexorum non est diffinitio, hominis enim albi non est aliqua diffinitio, & multo minus alicuius enũciationis. vnde cum principium sit enũciatio quædam, de ipso non potest precognosci, quid sit, cum non habeat quid, sed solum quia est, hoc est quia verum est. de passione autem potest sciri quid sit, quia vt in eodem libro 7. ostẽditur, accidentia quodammodo diffinitionem habent. sed quia passionis esse & cuiuslibet accidentis est inesse subiecto, quod quidem demonstratione ostenditur de passione, ergo non præcognoscitur quia est, sed quid est. subiectum autem & diffinitionem habet. secundo eius esse a passione non dependet, sed suũ esse proprium preintelligitur ipsi esse passionis in eo. & ideo de subiecto oportet præcognoscere quia est & quid est: præsertim cum ex diffinitione subiecti & passionis sumatur medium demonstrationis, hæc ille formaliter. Ex quo patet ꝙ præcognitio quia est de principiis & de subiecto est vna præcognitio in genere, non tamen in specie, quia præcognoscere quia est de principiis, est præcognoscere, quia vera sunt, cum sint quid complexum, & non quia sunt in rerum natura per se: sed præcognoscere quia est de subiecto, est præcognoscere quia ipsum est in rerum natura per se, & non quia verum est, cum terminus simplex non significet verum, vel falsum. Patet etiam ex prædictis quia non possumus præcognoscere de principiis quid sunt, quia sunt complexa, & de passionibus quia sunt, quia esse earum demonstratur.

Sed instabat discipulus. Nam vt concessum est, quia est per demonstrationem quæritur. ergo non est præcognitio, quia idem non est præcognitum & inuestigatum.

Dicendum quod licet quia est passionis inuestigetur per demonstrationem, quia per demonstrationem concluditur & ostenditur ꝙ passio inest subiecto, tamen quia est subiecti & principij non inuestigatur, sed præsupponitur. vnde argumentum laborabat in æquiuoco. Considerandum est vlterius quod

quòd de prædictis tribus scilicet de dignitate, subiecto, & passione exemplificat philosophus in litera. de dignitate quidem, vt, de quolibet est affirmatio vel negatio vera, est quædam dignitas: immo cum sit primum omnium principiorum est dignitas dignitatum, & per consequens est propositio verissima: de passione vero vt triangulus. de subiecto autem vt vnitas. Sed instabat discipulus. Nam triangulus est subiectum in illa demonstratione, qua demonstratur quod anguli trianguli æquilateris sunt æquales, vt patet primo Euclidis, & per philosophum in nono metaphysicæ, vt probatum est ibidem quæstione duodecima, per Doctor. Sanct. lectio. duodecima. ergo triangulus non potest esse passio. patet cōsequentia, quia quod vni est substantia, nulli est accidens, vt patet primo physicorum. Præterea. Vnitas est accidens de genere quantitatis, cum sit principium numeri. principium autem & principiatum sunt eiusdem generis. ergo vnitas non potest esse subiectum alicuius accidentis, cum subiectum præbeat stabilimentum essendi accidentibus, quod non competit alicui accidentium, aliàs accidens per se subsisteret, & per consequens esset substantia & non accidens, quod implicat.

Dicendum primo secundum Doctor. S. in lectione quod duplex est subiectum, quoddam est subiectum simpliciter & proprie dictum, quod est vera substātia, quod vocatur communiter subiectum quod. Aliud est subiectum in respectu non quidem simpliciter, sed in respectu alicuius alterius accidentis, quod uocatur subiectum quo. Illud igitur quod est subiectum primo modo, non potest esse accidens nec èconuerso: vt argumētum uoluit, quia quod vni est vera substantia, nulli potest esse verum accidens. sed cum accidentia ordine quodam referantur ad substantiā, illud quod est accidens in respectu ad aliquid scilicet ad substantiam, potest esse subiectum respectu alterius accidentis, & econuerso. sicut superficies est proprium subiectum coloris, & tamen est accidens substantiæ. Triangulus ergo est subiectum secundo modo, vnde nihil refert quod sit passio vera, & quod habeat modum substantiæ respectu alterius. Ex quo patet ut infert Doct. S. quod in illis scientijs quarum est subiectum aliqua substantia, illud quod est nullo subiectū modo pōt esse passio, sicuti est in prima philosophia & in scientia naturali quę est de substantia mobili, sed in illis scientijs quæ sunt de aliquibus accidentibus tanquam de subiecto, nihil prohibet illud quod accipitur ut subiectum respectu alicuius passionis, accipi etiam vt passionem respectu anterioris subiecti. hæc ille. Dicendum similiter ad secundum quòd illud quod est accidens non potest esse subiectum primo modo acceptum, sed bene secundo modo, & licet vnitas sit accidens respectu substantiæ, tamen in scientijs mathematicis, quæ sunt de quantitate, non potest accipi ut passio, sed vt subiectum tantum, cum in hoc genere nihil habeat primum. semper enim passio præsupponit suum subiectum.

Sed contra ea quæ dicta sunt in prima solutione, instabat discipulus dupliciter. Primo si id quod est subiectum respectu alicuius passionis posset accipi ut passio respectu anterioris subiecti, sequeretur quod esset procedere in infinitum in huiusmodi acceptionibus, quia non videtur maior ratio, quod esset status in vno accidente quàm in alio. sed consequens est inconueniens. ergo & id ex quo sequitur.

Secundo. quia Doctor S. hic expresse innuit, quòd substātia est subiectum in prima philosophia, vt patet per exempla sua dum exemplificat de prima philosophia & sciētia naturali. Sed cōtrariū tenet in sua metaphysica, ubi vult cum philosopho, ꝙ ens est subie-

ctum primæ philosophiæ, & non substātia. Manifestum est autem ꝙ ens potest esse accidens, aliàs nullum ens esset accidens, quod est manifeste falsum.

Dicendum primo negando consequentiam. nam vt hic dicit Doctor S. est deuenire ad aliquod primū in qualibet scientia, quod ita accipitur vt subiectū quod nullo modo potest accipi vt passio, vt patet de mathematicis scientijs, quę sunt de quantitate cōtinua vel discreta. Supponitur enim in his scientijs ea quæ sunt prima in genere quātitatis sicut vnitas, & linea, & superficies, & alia huiusmodi, q.b. suppositis per demōstrationem quæruntur alia, sicut triangulus æquilaterus, & quadratum, & alia huiusmodi in geometricis. Quibus suppositis per demonstrationem quæruntur quædam alia, quæ quidem demonstrationes quasi operatiuæ dicuntur, sicut est illud principium, super rectam lineam datam cōtingit triangulum collocare, quo adinuento rursus de eo passiones aliquę probantur. s. ꝙ eius anguli sūt ęquales, vel aliud huiusmodi: ex quo patet quòd triangulus in primo modo demonstrationis se habet vt passio, in secundo vero se habet vt subiectum: vnde philosophus hic exemplificat de triāgulo, vt est passio, & non vt est subiectum. Hæc ille formaliter. Dicendum secundo, ꝙ duplex est subiectum in aliqua sciētia prout ad propositū sufficit, videlicet principale ꝙ est principalior pars subiectiua, ibi attributionis: aliud est subiectum cōe, quod alio noīe dicitur subiectum attributionis: substantia igitur dicitur subiectum principale primæ philosophiæ, ens vero est subiectum commune siue adæquatum siue attributionis, vt in prima philosophia disputatum est, & etiam dictum est supra, q. j. ar. 3. in vltimo notabili. in præsenti. ergo passu loquitur Doctor S. de subiecto primo modo dicto, in metaphysica vero de subiecto secundo modo accepto.

SOLVTIO.

Ad primum igitur principale dicendum; ꝙ sicut sunt tria præcognita, ita sunt tres pręcognitiones in speciali, sūt tamen tantum duæ in generali, quia pręcognitiones coincidunt in quid est, & quia est: vt ex dictis patet. Sed dicebat discipulus. Quia est & quid est sunt præcognita. ergo non præcognitiones. probauit assumptum, quia illa sunt pręcognita, quæ pręcognoscūtur: sed quia est & quid est præcognoscuntur. ergo sunt præcognita. Dicendum ꝙ præcognitum accipitur dupliciter: vno modo pro eo quod præcognoscitur, sicut id quod cognoscitur, siue pro eo q̄d terminat cognitionem, & isto modo quid est & quia est non sunt præcognita, & isto modo non loquitur hic philosophus de pręcognitis. Alio modo accipitur præcognitum communiter. s. pro omni eo quod præcognoscitur, siue vt quo, siue etiam sit terminus cognitionis, siue medium, & isto modo posset cōcedi ꝙ ipsum quid est, & quia est sunt p̄cognita, vt de instātia laborat in ęquiuoco. Ad secundū dicēdum, ꝙ licet sint quatuor quæstiones vere scibiles in speciali, tamen omnes reducuntur ad duas in genere. Nam quęstio quid & propter quid coincidunt, & quęstio si est & quia est, vt patebit in secundo huius.

Vel dicendum negando consequentiam, quia licet idem eodem modo sumptum & secundum vocem, & secūdum rem non possit esse quæstio, & præcognitio, tamen idem ŝm vocē, diuersum tñ ŝm significatum pōt esse quæstio, & p̄cognitio, vnde q̄d est & q̄a est æquiuoce dicuntur quæstiones, & præcognitiones, inquantum enim ignoramus de re quid est, aut an sit in rerum natura per se existens, tunc quid est, & quia est dicuntur quæstiones, quando vero præcognoscimus quid per nomen rei significatur, aut ꝙ est in rerū natura per se existens, aut ꝙ aliquid verū sit, tūc dnr p̄cognitiones. Et p hoc patet solo ad tertiū. Ad quartum dicendum ꝙ ista propositio. vna est præcognitio & non plures: habet duplicem sensum, nam præcognitio potest accipi dupliciter, vno modo

do

do determinate, s. pro hac præcognitione vel illa: vt sit sensus, hæc præcognitio, scilicet præcognitio quid est: est vna & nõ plures. & sic propositio est vera. sed non sequitur conclusio dum sic infertur. ergo non sunt duæ præcognitiones, nisi accipiatur pręcognitio eodẽ modo vt sit sensus. ergo præcognitio quid est non sunt duæ præcognitiones: & sic totũ conceditur. Alio modo accipitur præcognitio indiffinite, scilicet ꝓ vtraque præcognitione: vt sit sensus ꝑcognĩtio quia est & quid est vna est & nõ plures: & sic illa propositio est falsa: vnde patet quòd maior primi syllogismi, & maior probationis laborant in ęquiuoco, & est similis modus puerilis arguendi, ac si argueretur. vnus est homo, scilicet sortes, & vnus non est plures. ergo non sunt plures homines quã vnus, non valet consequentia: licet bene sequatur. ergo sortes, qui est vnus, non est plures. Veruntamen Albertus de Saxonia propter prædictum argumẽtum concludit de virtute sermonis esse concedendum, quòd vna est præcognitio & non plures: quòd sunt duæ præcognitiones & non plures: & quòd sunt tres & non plures, & illos qui suum argumentum soluere volunt asinos appellat. Sed vt ex prædictis patet deceptus est per fallaciam æquiuocationis ex variatione acceptionis terminorum: neque in hoc mirum est: quia etiam sapientes, vt dicit philosophus primo elench. per fallaciam æquiuocationis decipiuntur; nam significata vocabulorum ignorantes de facili paralogizantur: vt ibidem dicit.

Vbi supra in philosopho & in Doct. S.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod de subiecto non oporteat ꝑcognoscere quid est & quia est, & de dignitate quia est tantum, & de passione quid est tantum. nam idem non est quæsitum siue inuestigatum & præcognitum, sed quid est subiecti in pluribus scientijs inuestigatur, sicut patet de quid est ipsius animæ in secundo de anima. ergo non est necesse præcognoscere quid est subiecti.

2 Præterea. Præcognoscere de aliquo quia est, est præcognoscere quia verũ est: sicut patet de principiis demonstrationum, de quibus præcognoscitur quia sunt. i. quia vera sunt: sed subiectum conclusionis non significat verũ, cum sit terminus simplex, vt patet per philosophum in libro prædicamentorum, & in primo perihermenias, similiter & in sexto metaphy. igitur de subiecto non oportet præcognoscere quia est.

3 Præterea. Principij immediati est diffinitio, vt patet per philosophum infra qui diffinit principium immediatum. ergo de principiis & dignitatibus possumus præcognoscere quid sunt.

4 Præterea. Quia quid est præsupponit quæstionem an est: vt dicit hic Doct. S. in lectione. de quocunque ergo cognoscitur quid est oportet quòd cognoscatur esse eius: cum quæstio an est præcedat quæstionem quid est, vt dicetur in secundo huius. & in septimo metaphy. dicitur ꝙ non entium non sunt diffinitiones, sed ante demonstrationẽ nõ cognoscit esse passionis. ergo nec qd est. consequentia patet cum maiori. & minor probatur tripliciter. primo quia hic dicit philosophus, quòd de passione non pręcognoscitur quia est. scilicet esse eius, sed quid est tantum. secundo quia eius quia est concluditur in demõstratione, vt patebit in secundo huius. tertio quia inhęrẽtia passionis ad subiectum etiam concluditur per demonstrationem: sed esse passionis est inhærentia ipsi ad subiectum, quia accidentis ad esse est in esse: vt dicitur septimo metaphy. si ergo de passione præcognoscimus quid est, necesse est præcognoscere an sit, siue quia est: quia quicunque præcognoscit posterius, pręcognoscit & prius: quod supponitur in cognitione posterioris.

5 Præterea. Loco diffiniti licet ponere diffinitionem, vt probatur in septimo metaphy. si ergo passio demonstratur de subiecto, diffinitio passionis poterit demonstrari de subiecto, & sic diffinitio siue quid passionis non semper præcognoscitur, sed potest quæri & demonstrari.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in litera, vt ex præcedenti articulo patet.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quòd necesse est præcognoscere de subiecto quid & quia: de dignitate vero, quia & non quid: & de passione quid & non quia: quod sic probatur secundum Doctorem Sanctum & philosophum elicitiue ex præsenti lectione. nam in demonstratione nihil aliud fit quàm quòd per eam passio ostenditur non habere esse per se, sed esse in subiecto: & sic per demonstrationem quæritur quia est passionis, & per consequens non pręcognoscitur: quia idem non est præcognitum & quęsitum: sed non potest ostendi inhærentia, siue quia est passionis in subiecto, nisi præcognoscatur quid per nomen passionis significatur, quæ demonstratur de subiecto, & quid significatur per nomen subiecti, de quo demonstratur illa passio ergo oportet pręcognoscere quid: passionis, & quid subiecti. Similiter si non præcognoscatur quòd subiectum est in rerum natura, quod est præcognoscere quia est de subiecto, non poterit demonstrari passio de eo demonstratione scientifica: ergo in demonstratione oportet præcognoscere, idest præsupponere quia est subiecti, scilicet quòd ipsum subiectum sit in rerum natura per se: & quia verum non potest demonstrari nisi ex veris, vt infra probat philosophus, licet ex falsis possit syllogizari verum, ideo oportet de præmissis demonstrationis præcognoscere, idest præsupponere quòd sunt vere, quod est præcognoscere de ipsis quia sunt, vt dictum est. ergo in omni demonstratione oportet pręcognoscere quia sunt de pręmissis, & quid est tantum de passione, & q̄d est & quia simul de subiecto: solum autem in demonstratione quia est passionis, scilicet inhærentia eius in subiecto inuestigatur.

Sed instabat discipulus. Nam unitas est subiectum alicuius conclusionis, ut patet per exempla philosophi: sed constat quòd de ea non præcognoscitur quia est, cum sit accidens. ergo de subiecto non semper præcognoscitur quia est: vel præcognoscere de subiecto quia est, non est pręcognoscere quod sit in rerum natura.

Pręterea. Hęc est cōclusio scibilis. vacuum non est: vt patet quarto physicorum. sed cònstat quòd de illo subiecto non pręcognoscitur quia est, cum non habeat esse in rerum natura. igitur idem quod prius.

Præterea. Hæc est etiam conclusio scibilis secundum astrologos. eclypsis solis erit: & tamen de subiecto non præcognoscitur quia est posita quod eclypsis non sit in præsenti, sed solum in futuro. igitur &c.

Præterea. Quærebat discipulus rationem diuersitatis harum præcognitionum: quare, scilicet de omnibus præcognitis non omnia præcognoscuntur; aut quare præcognita non eodem modo præcognoscuntur.

Dicendum primo: quòd præcognoscere de subiecto quia est, idest quia per se existit in rerum natura, hic potest intelligi dupliciter. vno modo quia, scilicet existit per se simpliciter, ita quòd nullo modo existat in alio, sicut accidens in subiecto, & isto modo præcognoscere quia est solum cōpetit subiectis, quæ sunt de genere substantiæ. Alio modo, quia, existit per se non simpliciter, sed quia non habet suum existere a passione, quæ demonstratur

tur de eo, & sic præcognoscere quia est, idest quia est per se in rerum natura, competit omnibus subiectis: de quibus affirmatiue aliquid potest demonstrari.

Dicendum secundo, sicut dicit Albelrtus de Saxonia, quòd ante notitiam istius conclusionis. vacuum non est: præsupponitur quia est de illis, per quæ cōcipitur vacuum, scilicet de loco & corpore, & hoc sufficit. Vel dicendum & forsan melius, quòd dictum philosophi intelligendum est de conclusionibus affirmatiuis, in quibus prædicatum ostenditur inesse subiecto, & nonde conclusionibus negatiuis, in quibus aliquid remouetur a subiecto.

Dicendum tertio, quòd cognoscere de subiecto quia est, non est præcognoscere quia per se actu existat actuali existentia, sed sufficit præcognoscere, quia potest per se actu existere, aut potuit in præterito; & sic intelliguntur ea, quæ dicta sunt in præsenti quæstione: aliàs ualeret consequentia, scilicet homo est risibilis, ergo homo est: quod quidem in schola Doct. San. non conceditur.

Dicendum quarto ad dubium discipuli sicut dicit hic Doct. San. ex philosopho elicitiue, quòd ratio huiusmodi diuersitatis est, quia non est similis modus manifestationis prædictorum, scilicet principij, subiecti, & passionis: non enim est eadem ratio cognitionis in ipsis: nam principia cognoscuntur per actus intellectus componentis & diuidentis: sed subiectum & passio per actum intellectus apprehendentis quod quid, est; quòd quidem non similiter cōpetit subiecto, & passioni: cum subiectum diffiniatur absolute, quia in eius diffinitione non ponitur aliquid quod sit extra essentiam eius: passio autem diffinitur cum dependentia ad subiectum, quod in diffinitione eius ponitur: unde ex quo non eodem modo cognoscuntur, non est mirum, si eorum sit diuersa præcognitio. hęc ille formaliter in fine lectionis.

SOLVTIO.

Ad primum igitur principale dicendum, quòd duplex est quid: vt elicitur ex Philosopho & Doct. Sancto in præsenti lectione, videlicet quid nominis, & quid rei: quid nominis est, id quod per nomen importatur; vnde diffinitio quid nominis est ratio explicatiua nominis per aliquod a quo nomen imponitur, non tamen per principia essentialia & propria rei, vt lęsio pedis respectu lapidis: & tale quid nominis præsupponitur: & hoc innuit Doct. San. superius quando dixit. & quia cognitio terminorum simplicium præcedit cognitionem complexorum, necesse est quòd antequam habeatur cognitio conclusionis, præcognoscatur aliquo modo subiectum & passio hæc ille.

Nota aliquo modo, & non per principia essentialia, quòd diffinitio quid rei est, quæ dicit quid rei per principia propria & essentialia rei; & quid nominis est, &c. & est tam entis quàm non entis: tam entis realis quàm entis rationis: tam complexorum, quàm incomplexorum: tam substantiæ quàm accidentis: sed quid rei est proprium significatum diffinitionis essentialis, & est solum entis realis incomplexi vniuoci; & proprie est solum ipsius substantiæ: per additamentum vero est ipsius accidentis: licet ergo quid rei de subiecto possit inuestigari, vt argumentum uoluit: tamen semper quid nominis præsupponitur de subiecto in qualibet scientia, & in qualibet demonstratione. Vnde philosophus in littera non dicit, quod de subiecto præcognoscatur quid simpliciter: sed dicit vt innuit hic Doctor Sanctus. Quod est quid dicitur, idest quod significatur per nomen: quia antequam sciatur de aliquo an sit, non potest pro-

proprie sciri de eo quid sit, quia non entium non sunt diffinitiones, vnde quæstio an est præcedit quæstionem quid est, sed non potest ostendi de aliquo an sit, nisi prius intelligatur quid significatur per nomē, propter quod etiam philosophus quarto metaphy. in disputatione ꝯ negātes principia docet incipere a significatione nominum. hæc ille. Sed instabat discipulus probando, ꝙ nō sufficit pręcognoscere quid noīs, sed ꝙ oporteat pręcognoscere quid rei. Nā in omni demonstratione oportet præcognoscere medium demonstrationis qđ est causa inhærentiæ passionis cum subiecto, sed medium demonstrationis est q̄d rei videlicet propria diffinitio subiecti, ergo oportet præcognoscere quid rei de subiecto, & non solum quid nominis. Dicendum quod ad terminādum quæstionem si est & quid est subiecti, sufficit præcognoscere quid nominis, sed ad terminandum quæstionem quia est passionis & propter quid, subdistinguendum est, quia vel terminantur illæ quęstiones per demonstrationem quia est, quæ est per effectum, vel per causam remotam, & sic sufficit præcognoscere quid nominis de subiecto. Vel terminantur per demonstrationem propter quid, cuius medium est propria diffinitio subiecti, & sic non sufficit præcognoscere de subiecto quid nominis, sed oportet etiam præcognoscere, & pręsupponere quid rei, vt argumētum voluit. Et per hoc patet concordātia inter Docto. S. & aduersarios eius de medio demonstrationis. Ad secundum dicendum, quod licet præcognoscere quia est de principio demonstrationis sit præcognoscere quia verum est: tamen præcognoscere de subiecto quia est, non est præcognoscere quia verum est, sed quia habet esse in rerū natura per se modo exposito, vt ex supradictis patet. Ad tertium dicendum, quod principium immediatum potest dupliciter considerari, vno modo primę intentionaliter absolute, videlicet pro illa propositione, quę est propositio immediata, & isto modo est præmissa demonstrationis, & sic non diffinitur diffinitione quid rei, cum sit quid complexum. Alio modo pro termino secundæ intentionis, non quidem absolute, sed secundum quod significat rem subiectam illi intentioni, & sic cum sit quid incomplexum potest diffiniri diffinitione descriptiua, & sic non est principium demonstrationis formaliter eam ingrediens. Ad quartum dicendum, quòd licet quid rei pręsupponat an est, tamen quid nominis præcedit quæstionem an est, vt ex prædictis patet.

Ad vltimum dicendum, quòd licet diffinitio passionis possit demonstrari de subiecto inquantum potest poni in conclusione loco passionis, tamen non potest demonstrari diffinitio passionis in eo quod diffinitio, siue in eo quod quid est, ut patebit secundo huius. Vnde argumentum non concludit.

QVAESTIO V.
quę habet articulos duos.

De modo pręcognitionis quantum ad cognitionis ordinem.

DEinde considerandum est de modo præcognitionis quantum ad cognitionis ordinem, postquam consideratum est de modo præcognitionis quantum ad ipsam cognitionem: Circa quod quæruntur duo. primo vtrum maior propositio syllogismi demonstratiui prius tempore cognoscatur quam conclusio. secundo vtrum cognitis maiori & minori simul tempore cognoscatur ipsa conclusio.

Sequitur in philosopho, & in Doc. S. ibi, Deinde cum dicit. Est autem cognoscere. *in lectione secunda.*

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod maior propositio syllogismi

mi demonstratiui non possit intelligi prius tempore minore & conclusione. nam relatiua simul tempore cognoscuntur, ita quod relatiuum non potest intelligi sine correlatiuo: sed principium demonstrationis relatiue dicitur ad principium scilicet ad conclusionem. videtur ergo quod præmissæ, quæ sunt principia conclusionis, simul tempore cognoscantur cum conclusione.

2 Præterea. Aut maior vnico actu cognoscitur cum conclusione, aut alio actu: non potest dici secundum, aliàs nunquam maior posset simul intelligi cum conclusione, cum impossibile sit esse plures actus in intellectu simul, cum etiam sit contra philosophum in præsenti capitulo: oportet ergo dicere primum, videlicet quod maior vnico actu cognoscitur cum conclusione, & per consequens simul.

3 Præterea. Vnumquodque sicut se habet ad esse, ita & ad cognosci: sed causa & effectus simul sunt & non sunt, vt patet secundo physicorum, & probatum est in summa diuinæ philosophiæ. ergo causa & effectus simul cognoscuntur: sed præmissæ sunt causæ conclusionis, vt patet secundo physicorum. & quinto metaphy. igitur præmissæ simul tempore & non prius cognoscuntur conclusione.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in littera dicens: quod aliqua contingit cognoscere aliquam cognoscentem ea prius tempore &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum: quod maior propositio syllogismi demonstratiui secundum se & absolute considerata aliquando prius tempore cognoscitur conclusione, quod probat philosophus exemplo. nam cum ad conclusionem inferendam duæ propositiones requirantur. scilicet maior & minor. cognita maiori, adhuc non habetur cognitio conclusionis: vt si aliquis assumeret ad demonstrandum. omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis: ista maiori cognita, nondum habetur cognitio conclusionis inferendæ. ergo maior propositio cognoscitur prius tempore conclusione: quod potest sic probari ratione. nam illa quæ sic se habent, quod vnum potest cognosci altero ignorato: vnum prius tempore potest cognosci quam aliud: sed maior propositio & conclusio sic se habent, quod maior potest cognosci conclusione non cognita, vt per exemplum philosophi auditum est. igitur &c. & propter eandem rationem maior potest cognosci prius tempore ipsa minori. Similiter minor prius tempore potest cognosci ipsa conclusione, quod etiam probat philosophus per exemplum: nam si in minori propositione sumatur aliquid contentum sub vniuersali propositione. s. sub maiori, de quo manifestum non sit, quod sub hoc vniuersali contineatur, non dum habetur conclusionis cognitio, quia nondum erit certa veritas minoris propositionis, sicut si non esset manifestum, quod hæc figura in semicirculo descripta esset triangulus, nondum statim in subsumptione qua subsumitur sic omnis triangulus habet tres &c. sed hæc figura descripta in semicirculo est triangulus, sciretur conclusio: sed oporteret vlterius aliud medium quærere, per quod demonstraretur, quod hæc figura esset triangulus: vnde minor propositio potest etiam prius tempore cognosci ipsa conclusione, quod etiam probari potest per rationem iam assignatam, vt patet.

Aduertendum est autem secundum Doctorem S. in littera: quod aliquid dicitur prius altero (vt ad propositum sufficit) dupliciter. vno modo secundum tempus, sicut mane præcedit meridiem: alio modo secundum ordinem naturæ, sicut quælibet causa præcedit suum effectum ordine naturæ. Veruntamen duplex est ordo naturæ scilicet generationis & perfectionis. omnis ergo causa actualis scilicet efficiens, formalis, & finalis præcedit suum effectum ordine naturæ generationis. Cum ergo præmissæ sint causæ cognitionis ipsius conclusionis, necesse est dicere, quod omnes præmissæ,

&

& semper prius natura cognoscuntur ipsa conclusione:vt infra patebit.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum quod relatiua possunt dupliciter considerari, vno modo sub forma relationis, & isto modo simul cognoscuntur: alio modo fundamentaliter, & sic relatiuum prius tempore potest cognosci quàm correlatiuum, sicut pater inquantum pater est non potest cognosci sine filio neque tẽpore neque natura, sed ille qui est pater potest cognosci sine filio. Similiter in proposito maior propositio potest considerari vt dicit habitudinem ad minorem & conclusionem, & vt vnum est ratio alterius:& isto modo non potest prius cognosci ipsa conclusione. Alio modo potest considerari materialiter scilicet pro illa vel illa uniuersali propositione secundum se, & sic potest cognosci prius tempore:utdeclaratum est. Ad secundum dicendum:quod maior absolute considerata intelligitur alio actu quàm conclusio, nec tamen sequitur ꝙ nunquam posset simul intelligi cum cõclusione, quia quando accipitur vt unũ est ratio alterius, tunc simul intelligitur cum conclusione & non cognoscitur alio actu, sed eodem actu, quo conclusio intelligitur: unde Doc. S. in primo sententiarum distinctione 27. quæstio. secunda, art. 3. sic ait. In speciem vel imaginem contingit fieri conuersionem dupliciter: vel secundum quod est species talis rei, & tunc eadem est conuersio in speciem rei & rem ipsam: vel secundum quod est res quædam, & sic non oportet quod eadem conuersione conuertatur quis per intellectum in speciem rei & rem. hæc ille. & sic intelligitur illud, quod dicit in prima parte. q. 28. : secundum quod alio actu intellectus intelligit lapidem, & alio actu intelligit se intelligere :& illud quod dicit in primo sententiarum. disti. i. q. 2. articu. i. ad secũdum: quod eodem actu intelligo intelligibile, & intelligo me intelligere hæc ille. de quibus etiam dictum est in quarto metaphysicæ. q. 7. articulo. 2. & in sexto metaphysicæ. q. 13. arti. secundo. notabili secundo.

Contra hoc replicabat discipulus. Nam illa quæ diuersis habitibus specie distinctis cognoscuntur, non possunt cognosci unico actu:sed præmissę cũ sint principia demonstrationis cognoscuntur intellectu, conclusio vero cognoscitur scientia: scientia autem & intellectus sunt duo habitus ĩtellectuales adinuicẽ specie distincti, vt patet sexto ethicorum. igitur præmissę & conclusio non possunt cognosci vnico actu. Dicendũ quod præmissę demõstrationis possunt dupliciter considerari, vno modo absolute & vt propositiones secundum se cõsideratæ secundum. s. quod nõdum sunt applicatę ad conclusionem, & sic cognoscuntur intellectu, & hoc modo nõ intelliguntur eodem actu cum conclusione, vt dictum est, sed prius tempore. Alio modo possunt considerari vt applicatę sunt, & sic nihil refert quod cognoscantur vnico actu, & hoc eodem habitu, qui est scientia:ut dicitur prima secundæ. q. 57. 2. secundum. Vel dicendum ꝙ nihil refert intellectum intelligere simul plura unico actu secundum diuersos habitus, quorum vnus est causa & ratio cognitionis alterius, sicut etiam oculus vnico actu uidet parietem, colorem, & lumen:secundum quod lumen est ratio uidendi colorem, & color illuminatus est ratio uidendi parietem: ut patet prima secundæ, q. 57. & secundum. Similiter hic secundum quod intellectus principiorum est ratio cognitionis scientificę ipsius conclusionis, & scientia ab intellectu depẽdet principiorum, non est inconueniens quod intellectus cognoscat pręmissas & conclusionem simul unico actu secundum diuersos habitus, inquantum tamen conueniunt in uno medio, quod est intelligere plura per modũ unius: ut in alio articulo sequenti expressius declarabitur.

Ad tertium dicendum, quod causa in actu non ut res naturæ, sed in ratione causæ considerata simul est cum suo effectu:

fectu: & si simul relatiue consideretur, simul etiam intelligitur cum suo effectu: sed causa in potentia non est simul cum suo effectu, nec econuerso: vnde præmissę nondum applicatę ad conclusionē, sed vt propositiones quædam secundum se consideratæ, non sunt causę in actu cognitionis ipsius conclusionis: vnde ratio non sequitur. Et licet effectus cognoscatur in sua causa virtualiter & imperfecte, non tamen in propria forma: de qua cognitione hic principaliter loquimur.

Vbi supra in Doctore Sancto, & Philosopho.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod maior & minor propositio syllogismi demonstratiui non possint simul tempore intelligi cum conclusione. Nam impo_le est intellectum simul plura intelligere: sicut impossibile est parietem simul informari pluribus figuris: sed maior & minor & conclusio sunt plura, sunt enim tres propositiones. ergo non possunt simul tempore cognosci.

2 Sed dicebat, quod licet intellectus non possit plura simul intelligere per primam operationem intellectus, potest tamen plura simul intelligere per primam & tertiam operationem eius. Contra. Intelligere plura est informari diuersis speciebus intelligibilibus, vt patet ex tertio de anima. sed impossibile est intellectum simul actu informari diuersis speciebus intelligibilibus, quia sicut plures species vel formę eiusdem generis naturæ non possunt esse simul in eodem subiecto, ita nec plures species intelligibiles. igitur intellectus etiam p secundam operationem eius nō potest simul plura intelligere

3 Præterea. Quicquid intellectus potest intelligere, potest per vocem exprimere: sed intellectus non potest per vocem simul exprimere maiorem, minorem, & conclusionem, quia maiore prolata, profert minorem & postea conclusionem. igitur &c.

4 Præterea. Causa efficiens tempore præcedit suum effectum: quia causa efficiens agit per transmutationem, quæ non potest esse in instanti: sed pręmissę sunt causa efficiens conclusionis, vt dicit philosophus in secundo physicorū. ergo cognitio præmissarum tempore præcedit cognitionem conclusionis.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in littera dicens. Quorundam præcognitorum simul tempore est notitiam habere, & illorum quibus præcognoscuntur.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod cognita maiori & minori debite sumpta sub maiori, & cognita debita sumptione minoris & applicatione vtriusque ad conclusionem, necesse est simul cognoscere conclusionem tempore: non tamen simul natura. Hanc conclusionem pro prima parte probat philosophus exemplo. nam si in minori propositione assumatur terminus, de quo manifestum sit quod contineatur sub vniuersali, idest maiori propositione, tunc patet veritas minoris propositionis: & sic statim habetur cognitio conclusionis, vt si sic demonstret aliquis. omnis triangulus habet tres angulos &c. sed hæc figura descripta in semicirculo est triangulus: cognita hac minori cum subsumptione debita eius, statim cognoscitur, quod hæc figura habet tres angulos &c. Idem potest ratione probari. nam posita causa per se naturali, propria, in actu sufficienti, adęquata, & applicata, & non impedita, de necessitate ponitur suus effectus: vt habetur sexto metaphysicæ. sed cognitio maioris & minoris in ratione minoris, & debitæ subsumptionis minoris sub maiori, est causa per se sufficiens cognitionis conclusionis. ergo posita cognitione maioris & minoris, & debite subsumptione applicata ad conclusionem, simul tempore cognoscitur conclusio

clusio. Secunda pars conclusionis sic probatur. nam omnis causa naturaliter præcedit suum effectum: si cognitio præmissarum est causa cognitionis conclusionis, ergo cognitio præmissarum præcedit naturaliter cognitionem conclusionis.

Ex prædictis ergo possunt elici quatuor conditiones, quæ requirunt ad hoc quod cognitis maiori & minori simul tempore, cognoscatur conclusio: quarum prima est, quod minor debet esse debite sumpta sub maiori. Secunda est quod cognoscatur illa debita sumptio. Tertia est quod maior & minor sint debite applicatæ ad conclusionem. Quarta est quod cognoscatur illa debita applicatio, vt patet etiam per Doctorem sanctum in primo periherměn. lectione 13. vbi sic ait. Quædam enim ex necessitate consequuntur ex principijs, ita scilicet quod non possunt esse falsa principijs existentibus veris, sicut sunt omnes conclusiones demonstrationum: & huiusmodi veris ex necessitate intellectus assentit, postquam percepit ordinem eorum ad principia, non autem prius. hæc ille. Idem dicit 1. quæst. 82, 2. cap. & prima secundæ: quæstio 51. & secundum. & secunda secundæ quæstio. 51. 4. secundum. Et tertio, distin. 33. quæstio. prima, articulo secundo, quæstio, prima, capit. primo. si enim vna istarum conditionum deficiat non erit necesse cognoscere simul conclusionem.

Aduertendum est aũt secundum philosophum in litera, quod aliquorum accipitur cognitio per se, & non oportet ea cognoscere per aliud medium, quod sit vltimum, quod potest dupliciter intelligi secundum Doctorem sanctum in lectione. Vno modo vt sit sensus, quod aliquorum est cognitio, quæ non oportet cognoscere per aliquod aliud medium, quod quidem medium sit vltimum in resolutione: qua mediata ad immediata reducuntur. Alio modo vt sit sensus, quod vltimum idest extremum, quod sub vniuersali medio accipitur: non cognoscatur esse sub illo vniuersali per aliquod aliud medium. Quæ autem sint illa quorum cognitio habetur per se & non per aliquod aliud medium manifestat philosophus dicens: quod huiusmodi sunt singularia, quæ non dicuntur de aliquo subiecto, cum inter singularia & ipsam speciem nullum medium possit inueniri. hæc Doc. S. in lectione.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum: quod intellectus non potest simul actu intelligere plura per modum plurium, videlicet per diuersas species intelligibiles. omnes enim species intelligibiles sunt eiusdem generis cognitionis, licet illa, quę repręsentantur distinguantur aliquando in genere naturæ. Et licet vt secundum argumentum assumpsit, diuersę species eiusdem generis non possint simul esse in eodem subiecto (nam diuersæ species constituuntur sub eodem genere naturæ ex oppositis differentijs) si ergo diuersæ species eiusdem generis naturæ essent in eodem subiecto simul, opposita essent simul actu in eodem: quod est inconueniens: intellectus tamen potest plura intelligere per modum vnius, sicut potest intelligere plures partes domus simul, secundum quod conueniunt in vna forma totius, & similiter prædicatum & subiectum propositionis secundum quod conueniunt in vnione propositionis, & sic de similibus similiter potest intelligere simul maiorem, minorem, & conclusionem, secundum quod habent vnionem in medio syllogismi.

Ad secundum argumẽtum patet ibi. Ad tertiũ argumentũ dicendũ, ꝙ intellectus potest exprimere illa, quæ intelligit, non tamen oportet quòd eodem modo quo intelligit, exprimat: nisi esset vnum nomen impositum ad significandum omnia illa, quæ intelligit eodem modo quo intelligit: vnde licet intellectus simul intelligat plura per modum vnius, non tamen oportet quòd simul illa exprimat. Ad quartum dicendum: quòd

quòd licet causa efficiens absolute cōsiderata tempore præcedat suum effectū, tamen causa efficiens in actu proprio per se sufficiens applicata ad suum effectum, & non impedita, simul est cum suo effectu: quia sic necessario agit in suum effectum, nisi esset agens per intellectum & voluntatem, quod quidem agit sicut intelligit & vult, & non necessitate naturæ.

LECTIO III.

De præcognitione conclusionis: & est lectio tertia Sancti Doctoris.

QVAESTIO VII.

quę habet articulos duos.

Determinatum est superius de his quæ præcognoscuntur antequam sumatur cognitio de conclusione, nūc considerandum restat qualiter conclusio præcognoscatur antequam sumatur de ea cognitio per syllogismum vel inductionem. Circa quod quæruntur duo. Primo vtrum conclusio in præmissis cognoscatur, antequam habeatur eius cognitio per demonstrationem. Secundo vtrum contingat nos aliquid scire de nouo.

Sequitur in philosopho & in Doc. San.

Ante autem quam sit &c.

ARTICVLVS I.

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd conclusio non pure cognoscatur in præmissis antequam cognoscatur per demonstrationem, nam finis syllogismi demonstratiui est scire: vt supra dixit Doct. S. ergo illius quod scitur cognitio acquiritur per demonstrationem. non ergo conclusio scitur in præmissis ante demonstrationem, aliàs demonstratio non esset necessaria.

2 Præterea. Si conclusio sciretur in præmissis, sequeret̄ quòd addisceremus id quod iam scimus: sed consequens est inconueniens secundum philosophum & Platonem. ergo &c. Patet consequentia: quia per demonstrationem addiscimus conclusionem. si ergo conclusio præsciretur ante demonstrationem in præmissis: sequeretur quòd id quod præsciebamus addisceremus.

3 Præterea. Si præcognosceremus cōclusionem in præmissis: aut de ea præcognosceremus quia est: aut quid est: non enim sunt nisi duæ præcognitiones, vt supra probatum est: sed non præcognoscimus quid est, cum sit quid complexum, complexorum autem non est diffinitio: nec etiā quia est, nam per demonstrationem inuestigatur quia est conclusionis, scilicet eius veritas. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in littera dicens. Antequam quidem sit inducere aut accipere syllogismum quodam quidem modo fortasse dicendum est scire, modo autem alio non &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quòd antequam inducatur inductio, aut syllogismus demonstratiuus ad faciendum cognitionem de aliqua conclusione, illa conclusio quodammodo scitur & quodāmodo ignorat̄. i. cōclusio aliqualiter cognoscit̄ in p̄missis & aliqualiter ignorat̄. Simpliciter .n. ignoratur, & scitur secūdū quid, quod probat philosophus exemplo. nam si debeat demonstrari ista conclusio: triangulus habet tres angulos &c. antequam demonstretur, ille qui per demonstrationem accipit scientiam; eam nesciuit prius simpliciter: aliàs addisceret id quod sciuit simpliciter: sed sciuit eam secundum quid, scilicet in potentia: unde eam quodammodo sciuit, sed eam nesciuit simpliciter. Idem probat Doct. San. tali ratione. nam principia se habent ad conclusiones in demonstratiuis, sicut causæ actiuæ in naturalibus ad suos effectus, vnde in secundo physicorum, propo-

positiones syllogismi ponuntur in genere causæ efficientis, sed effectus naturales antequam producantur in actum prçexistunt quidem in causis virtute tãtum & non actu, quod est simpliciter esse. ergo similiter antequam ex principiis demonstrationis educatur conclusio, in ipsis principiis cognoscitur conclusio uirtute, & non actu, siue non in propria forma. Cum ergo oporteat præscire principia conclusionum: sequitur quòd conclusio quodammodo præcognoscitur in principiis siue in præmissis, antequam cognitio eius habeatur per demonstrationem. sic ergo conclusio præcognoscitur in præmissis secundum quid, sed per demonstrationem cognoscitur simpliciter & in actu.

Sed instabat discipulus. Effectus naturalis verius existit in sua causa effectiua quàm in seipso, vt deducit Doctor S. in de ueritate, q. 4. ar. 6. ergo verius cognoscitur in sua causa quàm in seipso. cum ergo conclusio comparatur ad suas prçmissas, sicut comparatur effectus naturalis ad suam causam, vt hic dicit Doct. San. sequitur quòd conclusio verius cognoscatur in præmissis quàm in seipsa: & sic simpliciter præcognoscitur in prçmissis. Prçterea Illud quod cognoscitur per certiorem habitum, certius cognoscitur: sed conclusio in præmissis cognoscitur per habitum intellectus, per demonstrationem vero cognoscitur conclusio per habitum scientiæ: sed intellectus est certior scientia, vt infra probat philosophus. igitur conclusio verius cognoscitur in præmissis quàm per demonstrationem.

Dicendum primo; quòd effectũ habere verius esse in sua causa quàm in seipso potest intelligi dupliciter. vno modo de causa materiali, & sic non habet verius esse in sua causa quàm in seipso, quia in causa materiali habet esse in potentia tantum, in seipso autem habet esse in actu. alio modo de causa efficiente, & sic potest intelligi adhuc dupliciter. vno modo loquendo de veritate essendi, & sic effectus verius est in sua causa effectiua, potissime si sit causa æquiuoca. alio modo loquendo de veritate prædicationis: & sic effectus verius est in seipso quàm in sua causa. hæc Doct. San. in de veritate. q. 4. ar. 6. in corpore, & in solutionibus argumentorum.

Et quia cognitio scientifica non sequitur esse existentiam conclusionis in præmissis, sed inhærentiam passionis in subiecto, quæ ostenditur per ueritatem prædicationis: ideò conclusio verius cognoscitur in seipsa quàm in præmissis, prçsertim cum præmissæ ratione terminorum & potentialitatis comparentur etiam ad conclusionem, sicut principium vniuersale & materiale, & non sicut principium effectiuum proprie nisi ratione veritatis inferendæ. nam dictum est supra quòd maior etiam se habet vt vniuersalis respectu minoris & conclusionis: vnde dicit Doct. Sanct. super quinto metaphysicæ lectione prima, quod propositiones dicuntur esse materia conclusionis non quidem secundum quòd sub tali forma existunt uel secundum virtutem earũ, sic enim magis se habent in ratione causæ efficientis: sed quantum ad terminos, ex quibus componuntur. nam ex terminis præmissarum componitur conclusio id est ex maiori & minori extremitate: hæc ille. Dicendum secundo: quòd cæteris paribus illa quæ cognoscuntur per certiorem habitum, certius cognoscuntur: sed tamen si vnum prçcognoscatur per certiorem habitum in uirtute, aut in potentia tantum: & aliud per incertiorem habitum in propria forma: tunc illud, quod per certiorẽ habitum cognoscatur non certius cognoscitur: sic est in proposito, quia conclusio (vt dictum est) cognoscitur in prçmissis in potentia & secundum quid: per demonstrationem vero simpliciter in propria forma.

Sed contra primam solutionem instabat discipulus. nam cognoscere aliquid in vniuersali est cognoscere perfectiori modo quàm cognoscere in particulari:

lari: inde est ꝙ primus angelus perfectius cognoscit, quia cognoscit per species vniuersaliores quam inferior angelus: vt deducit Doc. S. in de veritate. q.8.ar.10.primum.& in q.553.secundũ. cum ergo conclusio cognoscatur in premissis in vniuersali, & in potentia, videtur quod perfectius cognoscatur in præmissis quàm in seipsa: & sic solutio nulla. Dicendum: quòd aliquid cognoscere in uniuersali potest intelligi dupliciter. vno modo ex parte medii cognoscendi: & sic cognoscere aliquid in uniuersali, idest per medium uniuersalius, est perfectius cognoscere quàm cognoscere in particulari. idest per mediũ particulare, quod non ita ad plura & singula propria se extendit, ut argumentum voluit. alio modo ex parte rei cognitę, & sic cognoscere aliquid in uniuersali non est perfectius cognoscere quàm in particulari: quia cognoscere isto modo aliqd in vniuersali est cognoscere aliqd ƒm quid et confuse, sed cognoscere aliqd in particulari est cognoscere aliqd simplr & in propria forma: & hæc est snĩa Doct.S. in de ueritate, vbi immediate supra: & etiã in 2.sent.dist.3. q.2. arti. 2.ad tertium. ubi sic ait. Cognitio perfecta non habetur per medium vniuersale, quia non est efficax ad cognitionẽ omnium propriorum. si autem per medium vniuersale omnia propria efficaciter cognoscerẽtur, esset perfectissima cognitio, quia quànto aliquid est magis vnum & simplex, est uirtuosius & nobilius. & hoc modo dicimus quòd angeli superiores sufficienter per formas uniuersales cognoscunt res, sicut deus per essentiã suã perfecte cognoscit omnia.

SOLVTIO.

Ad duas igitur primas rationes patet solutio ex iam dictis, quia nihil aliud concludunt quàm quòd conclusio non totaliter & simpliciter cognoscitur in præmissis, quod concedimus: conclusio nem.n. addiscimus simpliciter demõstratione & in propria forma, quã prescíuimus ƒm quid: quod non est inconueniẽs. Ad vltimum dicendum: quòd de conclusione præcognoscimus quia est idest qa uera est: imperfecte tñ & in potẽtia & in uniuersali: sed nõ simpliciter & pfecte & in propria forma, vt dictum est.

Sequitur in philosopho & in Do.S. ibi. Tertio, *ibi.* Si uero &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd non contingat aliquid nos scire de nouo. Nam dans formã dat etiam omnia consequentia ad formam: sed scientia est proprietas consequens animam rationalem sicut perfectius sequitur suum perfectibile. ergo qui dat animam, dat etiam scientiam: sed anima est a Deo per creationem: ergo & scientia est a Deo per creationẽ, & sic nullus de nouo accipit scientiam.

2 Præterea. Anima dum separatur a corpore cognoscit multas conclusiones, quarum prius non habuit scientiã acquisitam. ergo scientia illarum cõclusionum fuit animæ concreta, sed eadẽ ratione omnes scientię aliarum conclusionum concreantur in anima. igitur omnes scientiæ sunt innatæ & non acqsitę. & sic nihil cõtingit scire de nouo.

3 Pręterea. Eorũ quæ sunt eiusdẽ nãæ & spẽi, vr̃ esse una cõditio naturalis: sed in aĩa Adæ quæ fuit eiusdẽ nãæ cum cæteris aĩabus, fuerunt oẽs scientię cõcreatæ. ergo & in nobis, & sic idẽ qđ prius.

4 Præterea. Si anima aliqd addisceret de nouo, sequeret ꝙ aĩa esset alterabilis de contrario in ꝯrium: s. de ignorãtia ad scientiã. sed hoc est falsum, qa qcquid est alterabile est corruptibile, vt patet ꝑ Philosophũ in primo de cælo. anima aũ tẽ rationalis est incorruptibilis, ut patet 2. de anima. igitur &c.

5 Præterea Si aliquis addiscit aliquã ꝯclusionẽ, puta affirmatiuã. vel ergo addiscens prius agnouit illã cõclusionem vel nõ. si primũ, sequit ꝙ nihil addiscit de nouo. si vero ƒm, sequit ꝙ nũq̃ apprẽhẽdet eã: quod quidẽ sic patet nã volũtas non mouet intellectum nisi in aliqd iã cognitũ. si ergo intellectus nõ cognoscit illã cõclusionẽ, ipsa uoluntas non

 mo-

mouebit intellectum ad apprehensionem eiusdem.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in litera ibi: [Si vero non, Memnonis ambiguitas contingit, aut nihil addiscet, aut quæ nonit &c.] sic ergo secundum Philosophum ambiguum est dicere, quod nihil contingit scire de nouo.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum: ꝙ Plato in libro Memnonis sic intitulato siue appellato a nomine sui discipuli concludit, ꝙ homo aut nihil addiscit de nouo: aut addiscit ea quæ sciuit: & sic cōcludere vult ꝙ nihil contingit scire de nouo. Et pro roboratione suæ positionis inducit hic Doc.S. quendam hominem omnino imperitum artis geometriæ, interrogatum ordinate de pricipijs geometriæ, ex quibus quidem est geometria. Qui quidem discipulus ignarus ad omnia ordinate, quod verum est, respondit: ergo concluditur incipiendo a principijs per se notis: & similiter deducendo quæstiones ad conclusionem per singula verum respondit. ergo illi qui videntur imperiti in alijs scientijs, antequam interrogentur & instruantur, earum habent notitiā: & sic sequitur ꝙ hō vel nihil addiscit vel addiscit ea, quæ prius nouit. Sed hæc opinio destructa est per ea quæ Philosophus supra probauit. nam syllogismi demonstratiui necessitas est, vt aliquid de nouo sciamus, cum finis syllogismi demonstratiui sit facere scire. si ergo nihil possemus scire de nouo, frustra poneretur scientia de syllogismo demonstratiuo. Præterea. Scientia conclusionis demonstratæ est cognitio intellectiua: sed omnis cognitio intellectiua fit ex præexistenti cognitione: vt probauit Philosophus in prima ꝓpositione huius libri. ergo omnis cognitio intellectiua conclusionis acquiritur de nouo. videlicet per aliā cognitionem præexistentē.

Considerandum est autem pro solutione dubitationis Platonis secundum Philosophum in præsenti lectione: ꝙ dubitatio Platonis vitari non potest, nisi supponātur prædeterminata veritas. s. quòd conclusio, quam quis addiscit per demonstrationem vel inductionē prius erat nota in p̄missis non simpl̄r, sed ſm quid. i. in virtute. s. in suis principijs, de quibus ignarus sciē interrogatus veritatē respondere pōt. Sed supposita prædicta determinatione veritatis facile est soluere Platonis dubitationē, sicut in precedēti art. declaratum est. nā illud quod aliquis addiscit, nihil prohibet quodam modo ignorare: est. n. inconueniens (vt dicit Philosophus in litera, ſm ꝙ deducit Do.S. in lectione) si aliquis quodāmodo præsciat illud quod addiscit, sed esset inconueniens si hoc mō præcognoscit ſm ꝙ addiscit. nā addiscere proprie est scientiam in aliquo generari. quod autem generatur ante non fuit oīo ens, sed quodāmodo ens & quodāmodo nō ens: ens quidem in potentia, non ens verò in actu: & hoc est generari. i. reduci de potentia in actum: unde nec id quod q̄s addiscit, erat omnino notū prius (vt Plato posuit) nec oīno ignotum: sed erat notum in potentia siue in virtute in pricipijs uniuersalibus præcognitis, ignotum autem actu & in propria forma. s. secundum propriam cognitionem: & hoc est addiscere. s. reduci de cognitione potentiali siue virtuali aut uniuersali in cognitionem propriam & actualem. hęc Doc.S. in præsenti lectione circa finem.

Considerandum est ulterius secundum Philosophum in litera, quòd aliqui uolentes soluere prædictam dubitationem Platonis dicebant, quòd conclusio antequam demonstraretur uel quouis modo addisceretur, nullo modo erat cognita: & cum eis obijciebatur secundū dubitationem Platonis hoc modo, si quis interrogaret ab aliquo imperito, nunquid tu scis quòd omnis dualitas est par? & concedente eo se scire, & ultra afferat quandam dualitatem, quam ille interrogatus non opinaretur esse, puta illam dualitatem, quæ est pars tertia senarij, dicendo: sed hæc dualitas est dualitas: concluderetur immediate

diate ꝙ sciret tertiam partem senarij esse numerum parem, qđ erat ei incognitum, sed per demonstrationem adductã addiscit: vnde sequitur vel ꝙ hõ addiscit id qđ prius sciuit. vel ꝙ homo non addiscit: quia cognoscẽdo oẽm dualitatẽ eẽ parẽ, cognouit hãc dualitatẽ esse parẽ. Ad hoc rñdebãt dicentes, ꝙ ille q interrogatus rñdit se scire, ꝙ oĩs dualitas est par, nõ dixit se scire oẽm dualitatẽ simpliciter, sed illam q̃ sciuit esse dualitatẽ: vnde cum ista dualitas, q̃ est allata ab eo fuerit penitus ignorata, nullo modo sciuit, ꝙ ista dualitas est numerus par, & sic sequitur ꝙ apud cognoscẽte principia nullo mõ conclusio sit præcognita nec simpliciter nec ẽm quid. Sed Philosophus hanc rñsionem siue cauillationem remouet per talem rõnem. nã hoc mõ aliquid scitur, de quo demõstratio habetur: sed addiscẽtes nõ accipiunt demonstrationem de oĩ dualitate q̃ sciũt, sed de oĩ simpl̄r, & similiter de omni numero & de omni triangulo. ergo non esset verum quòd sciant de omni numero, quem sciunt esse numerũ, aut de omni dualitate q̃ sciunt esse dualitatẽ, sed de omni simpliciter. i. vniuersaliter. minorẽ probat tali rõne. nam nihil debet poni in conclusione, qđ non assumebatur in p̃missis, quia conclusio conuenit in terminis cũ præmissis, vt patet primo priorũ. nam subiectũ, & prædicatum cõclusionis sunt maior & minor extremitas in præmissis: sed in præmissis nõ accipitur aliqua propositio de numero aut de dualitate cum hac additione, quã tu nosti, vel quam ego scio, sed simpliciter de omni. ergo conclusio demonstrationis non debet esse cum additione prędicta, sed simpliciter de omni.

SOLVTIO.

Ad primũ ergo dicendũ: ꝙ dupliciter aliquid consequitur formã aliq̃. vno mõ per se siue in primo mõ dicendi per se, & illo modo dans formam dat ẽt per se consequentia ad formam. alio modo aliquid consequitur formam non per se sed per accidens, & isto modo dans formam non dat omnia consequentia ad formam. hæc autem est prædicatio per accidens & accidentalis homo est sciẽs, & non per se. Et quando dicitur quòd bonitatis diuinę est creando animã creare eam cum suis perfectionibus. hoc verum est de perfectionibus essentialibus & non de accidentalibus. Ad secundum dicendum: quod anima separata habet cognitionem multorum, quarum notitiam non habebat quando erat coniuncta corpori, non quidem propter hoc quòd scientiam talium habuit per creationem, sed quia nouas species influxas a radio diuini luminis, dum est separata recipit, quarum dum coniuncta erat, nõ erat capax naturaliter loquendo: vnde ratio non sequitur. Ad tertium dicendũ: ꝙ eorum quæ sunt eiusdem speciei est vna conditio quantum ad accidentia consequentia speciem: vt dicit Doc. San. in prima parte. q. 100. art. i. non autem quantum ad accidentia, quæ consequuntur indiuiduum. Inde est ꝙ pueri in statu innocentiæ non fuissent nati perfecti in scientia, sicut Adã, vt ibidem patet per Doctorem. S. s. scientia autem est accidens consequens indiuiduum & non naturam specificam, aliàs cuilibet indiuiduo spẽi conueniret, sicut risibile conuenit omni homini. & ideo argumentũ non sequitur. Quare autem Adam fuerit creatus in scientia perfecta omnium naturalium hæc est ratio, quia fuit primus homo, qui habuit instruere & gubernare totum genus humanum, quod quidem non potuisset facere, si non habuisset per creationem omnium naturalium scientiam infusam, omnium dico eorum, quæ requirebantur ad regimen & instructionem generis humani, vt deducit Doctor. S. in prima parte. q. 100. ar. 3. Ad quartum dicendũ: quod duplex est alteratio, quædam est perfectiua, quæ. s. est sine abiectione alicuius perfectionis, & sic anima formalis bene alteratur scilicet de ignorantia ad scientiam, quæ non dicitur proprie alteratio. alia est corruptiua, quæ scilicet est cum abiectione alicuius formæ naturalis siue perfectionis in subiecto alterabili: &

sto m odo anima rationalis non est alterabilis, aliàs esset corruptibilis vt voluit argumentum. Ad vltimum patet solutio ex dictis.nam addiscens cognouit illam conclusionem imperfecte & secũdum quid:quod sufficit ad hoc quod voluntas tẽdat in obiectum, & vt moueat intellectum.

LECTIO IIII.

De diffinitione ipsius scire quod est finis demonstrationis & est lec. quarta Sancti Doc.

QVÆSTIO VIII. *quę habet articulos tres.*

CONSIDERATA necessitate syllogismi demõstratiui cõsiderandum restat de ipso syllogismo demonstratiuo.

Circa qđ duplex occurrit cõsideratio. Prima erit de ipso syllõ demõstratiuo. Scđa erit de medio, ex quo syllogismus demõstratiuus ꝓcedit: & hoc in 2. lib.ibi.[Quæstiones sunt ęquales numero] Quantum ad primum duo consideranda sunt. Primo considerandum est de syllogismo demonstratiuo absolute. Secundo per cõparationẽ vnius demonstrationis ad aliã demõstrationẽ, nãq;de vniuersali & particulari demõstratione agitur ibi.[Cũ aũt demonstratio sit alia qđẽ vlis&c.] Circa primũ duplex occurrit ꝯsideratio. Prima erit de his, q̃ concernũt demõstrationem absolute.Scđa erit quaꝛ in demõstrationibus nõ est ꝓcedere in infinitũ.ibi [Est aũt oĩs syllogismus p tres terminos &c.] Quãtũ ad primũ duo cõsiderãda occurrũt. Primo cõsiderãdũ est de syllõ demõstratiuo, per quẽ acqrimus sciam.Scđo de syllõ, per quẽ acquirimus aliq̃ ignorãtiã ibi.[Ignorãtia verò nõ ẽm negationẽ &c.] Circa primũ triplex occurrit consideratio.Prima erit de q̃ditate sylli demõstratiui. Scđa erit de materia eius: ex q̃bus.s.& qualibꝫ est ibi.[Qm̃ aũt ĩpoſſe est. &c.] Tertia erit de forma eius, in qua.s.figura hẽt fieri ibi.[Figura aũt magis faciẽs scire&c.] Quãtũ ad primũ tria cõsiderãda sunt.Primo.n. cõsiderãdũ est de diffinitionibus demonstrationis. Secũdo de principio immediato ibi.[Est aũt principiũ demõstrationis ꝓpositio immediata &c.]Tertio de erroribus, qui possunt contingere circa demonstrationem ibi. [Quibusdã quidẽ igitur &c.] Et quia scire est finis demõstrationis, rõ aũt mediorũ ad finẽ ex fine sumitur, ideo circa primũ duplex occurrit cõsideratio.Prima erit de diffinitione ipsius scire.Secunda de duabus diffinitionibus demonstrationis ibi.[Dicimus atuem scire &c.] Circa primum quæruntur tria . Primo vtrũ scire quod est finis demonstrationis possit diffiniri.Secundo vtrum diffinitio ipsius scire sit conuenienter a Philosopho tradita. Tertio vtrum vna causa magis faciat scire quàm alia.

Sequitur in Philosopho & in Docto.S. scire autem opinamur.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ scire, quod est finis demonstrationis, non possit diffiniri.Et primo arguitur ꝯ̃ suppositũ.Nam scire est finis intellectus, cum verum quod scitur, sit obiectũ intellectus scire nõ est effectus demonstrationis siue finis eius: patet cõsequentia, quia diuersorum specie distinctorũ sunt diuersi fines & opatiões.

2 Præterea.Scire est finis oĩum sciarũ speculatiuarum, vt patet secundo metaphy.sicut ẽt cõcessum est superius.ergo scire nõ est ꝓprius finis demõstrationis.

3 Pręterea.Est finis demonstrationis. ergo nõ est cã demõstratiõis, cũ idẽ nõ sit eiusdẽ cã & effectus:& p ꝯsequẽs nõ est finis demonstrationis, cũ finis sit cã.

4 Pręterea. Arguitur scđo cõtra suppositũ.nã de illo qđ diffinitur põt aliqđ demõstrari per suã diffinitionẽ, sicut de hoĩe demõstrat risibile p eius diffinitionẽ.si ergo sciẽtia vel ipsum scire posset

set diffiniri, sequeretur, quod de scia posset demóstrari aliqua passio p illã diffinitionem, & sic ipsius scientiæ esset scientia: cum scientia sit effectus demonstrationis, quod est inconueniens. ergo scire non potest diffiniri.

5 Preterea. Effectus habet diffiniri per causam suam, cum ab ea dependeat in esse. sed scire est effectus demonstrationis. ergo si scire posset diffiniri, oporteret quòd diffiniretur per demonstrationem, & sic syllogismus demonstratiuus poneretur in diffinitione ipsius scire, quod est falsum, quia scire ponitur in diffinitione demóstrationis: vt infra patebit. igitur &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in litera: qui diffinit ipsum scire, vt patebit in sequenti articulo. ergo scire põt diffiniri.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum: quod duplex est diffinitio. s. quiddditatiua & descriptiua. Prima est duplex. nam quædam est simpliciter dicta, quæ solius est substantiæ. Alia est data per additamentũ q̃ potest esse ipsius accidentis, vt patet. 7. metaph. vtraq; tamen datur per verum genus & verã differẽtiam, vel per aliquid per quod circumloquimur differentiam. descripta vero diffinitio datur per aliqua accidentia propria aut communia quæ sunt notiora diffinito. Tertia etiam est diffinitio quid nominis q̃ est notior diffinito quo ad nos, & ista potest esse tam entis quam non entis, vt supra dictum est. scire igitur potest diffiniri non solum diffinitione quid nominis, sed ẽt diffinitione quidditatiua & descriptiua: qđ quidem sic patet. nã illud quod ponitur in determinato genere per illud genus & per differentiam constituẽtem ipsum, si sint nobis nominata, vel p aliqd, per quod circũloquimur differentiam illam, potest diffiniri: sed scire ponitur in determinato genere, nam si accipiatur scire pro actu scientis, sic ponitur in genere actionis: si vero accipiatur pro ipsa scientia, sic ponitur in prima specie qualitatis. ergo scire potest diffiniri. Præterea. Omnis effectus potest diffiniri per suam causam, sed scire est effectus rei scibilis loquẽdo de scire speculatiuo. ergo potest diffiniri diffinitione quidditatiua data per additamentum vel formaliter vel circumlocutiue.

Sed instabat discipulus. Nam ens rationis non ponitur in aliquo genere. sed scire est ens rationis & intellectus. ergo non ponitur in aliquo genere. Præterea. Abstractũ & cõcretũ ponuntur in eodẽ prædicamẽto: sed scientia & ipsum scire se habent sicut abstractum & concretum. ergo ponuntur in eodem prædicamento: sed scientia non ponitur in prædicamento actionis. ergo nec ipsum scire. Præterea. Scientia ponitur in prædicamento relationis, cum significet relationem realem de genere ad aliquid. ergo non ponitur in prædicamento qualitatis, quia diuersorum generum diuersæ sunt species & differentię. Dicendum primo: quod tripliciter aliquid potest dici ens rationis. vno modo. s. quia est a ratione solum, & fundamentaliter solum in ratione: sicut chimera. Alio modo quia fit a ratione, sed tamen non solum est in ratione, sed habet fundamentum in re remotum, sicut secundę intentiones, sicut genus, species &c. Tertio modo aliquid dici potest improprie ens rationis: videlicet oẽ aliud, quod est in rõne siue in intellectu: vel sicut accidens in subiecto: vel sicut effectus in sua causa. illud igitur qđ est ens rationis duobus primis modis non ponitur in prædicamento, sed bene tertio modo. scire aũt dr̃ ens rõnis tertio modo. ergo põt poni in genere. Dicẽdum scđo: quod scire & scientia nõ se habẽt sicut cõcretũ & abstractũ. nam scientia est abstractum de genere qualitatis, & eius concretum non est nominatum: sed ipsum circunloquimur per hunc terminum sciens: vnde aliquis denominatur sciens a scientia, sicut albus ab albedine. Similiter scire est concretum de genere actionis, & eius abstractum non est nobis nominatum: sed ipsum communiter per scientiam circũloquimur. Dicendum tertio negando an te-

tecedens: scientia enim non ponitur in prædicamento relationis, sed qualitatis. Et licet scientia impetret relationem de connotato, non tamen de principali significato significat relationem, sed qualitatem tantum, vnde vocatur relatiuum secundum dici: nomina enim ponuntur in prædicamento secundum eorum significatum principale, & non secundum connotata, vel secundum consequentia eorum, aliàs albus posset poni in prædicamēto substantiæ: vnde sciētiæ nomen præter relationem ex qua dicitur scientia ad scibile, dat intelligere rem quandam principaliter significatā per ipsum, licet ex consequenti importet relationem, sicut etiam dicit Doc.S. in primo sententiarum. distin. 18. q. 1. ar. 2. ad tertium. de hoc nomine donum vbi sic ait. Hoc nomen donum vel datum præter relationem ex qua dicitur donum vel datum dat intelligere rem quandam quæ datur, quamuis forte non sicut partem significationis nominis, quia subiectum non includitur in significatione nominis significantis accidēs concretiue, vt dicit Commētator quinto metaphysi. quamuis Auicen. contrarium senserit: sed ad rationem dati vel doni nihil refert, vtrum illa res data sit in hoc genere vel in illo. hęc ille. Verū tñ aliqui dicere volūt, ꝙ scientia potest accipi dupliciter. vno modo secundū ꝙ significat habitum, & sic ponitur in prędicamento qualitatis. alio modo secundum quod significat relationem, & sic ponitur in prædicamento relationis: nō enim secundū eos est inconueniens, quod vnum & idem nomen ponatur in diuersis prædicamentis secundum diuersas rationes consideratum. Sed hæc diffinitio nulla est. nam hoc nomen scientia si significaret speciem qualitatis, & speciem relationis, ita quod esset in potentia ad significandum qualitatem & relationem: aut ergo ęqualiter illa duo significaret, aut inæqualiter: si primum, sequitur quod aliquid erit vniuocum & æqualiter prædicatum de diuersis prædicamentis. si secundum, sequitur quod aliquid analogum vel ęquiuocum æquiuocans ponitur in prædicamento, quod est contra omnes expositores logicę & metaphysicæ: licet enim canis, qui est canis latrabilis, ponatur in prædicamento, nunquam tamen conceditur, quod canis in communi, vt æquiuocum æquiuocans ponatur in prędicamento: similiter licet ens quod est substātia ponatur in prædicamento substātiæ: & ens quod est quantitas ponatur in prædicamēto quātitatis, & sic de alijs: nunquam tamen conceditur, quod ens in communi ponatur in prædicamento: similiter licet corpus quod est trina dimensio ponatur in prædicamento quantitatis, & corpus quod est substantia corporalis ponat̄ in prędicamēto substantię, nō tñ corpus in cōi acceptum ponitur in prædicamento. si ergo scientia significaret illa duo analogice, non posset poni in prædicamento.

Sed dicebat prædictus cauillator: quod scientia, quæ est habitus ponitur in prædicamento qualitatis, & scientia, quę est relatio, ponitur in prædicamento relationis, & non scientia in communi. Contra. In terminis specialibus nunquam abstractum verificatur de concreto, nec econuerso: ista enim est falsa, albedo est alba, vel econuerso. cum ergo scientia sit relatiuum, ista est falsa, scientia est relatio: sicut est falsa, pater est paternitas, vel filius est filiatio: loquendo de relationibus, quę ponuntur in genere ad aliquid: secus est in relationibus diuinis: vnde falsum est dicere, quòd scientia quæ est relatio ponatur in prædicamento ad aliquid: cum hęc sit falsa, scientia est relatio. Prӕterea Prædicta responsio repugnat dictis Doct.S. nam si hoc nomen scientia esset impositum ad significandum relationem, tūc esset relatiuum secundum esse: quia ut dicit Doc.S. in de potentia, q. 57. art. penultimo. relatiua secundum esse dicuntur quando nomina imposita sunt ad significandum ipsas relationes: sed consequens est contra ipsum ibidem, vbi dicit

cit quòd scientia est relatiuum secundum dici. ergo prædicta responsio nulla.

SOLVTIO.

Ad primum igitur principale dicendum negando consequentiam: quia licet diuersorum penitus disparatorum sint diuersi fines proximi, tamen diuersorum subordinatorum potest esse vnus finis proprius: intellectus autem, & scientiæ speculatiuæ, & syllogismus demonstratiuus subordinatur, ita quòd vnum est propter alterum, videlicet demonstratio propter scientias, & scientiæ propter intellectum, cum sint perfectiones ipsius intellectus, vnde non est inconueniens, quòd omnia illa ordinentur ad scire tanquam ad finem. Et per hoc patet solutio ad secundum.

Ad tertium dicendum: quòd idem potest esse causa & effectus respectu eiusdem in diuersis tamen generibus causæ, vt patet secundo physicorum, & quinto metaphy. & in hoc primo posteriorum. vnde scire est causa demonstrationis in genere causæ finalis; sed est effectus demonstrationis in genere causæ efficientis. Ad quartum dicendum: quod sciētia potest cōsiderari dupliciter. vno modo in quātum est quędam species de genere qualitatis, & isto modo de ea potest aliquid demonstrari etiam demonstratione propter quid: & isto modo de scientia potest haberi scientia, nec tamen est procedere in infinitum: quia de hac vel illa scientia isto modo considerata non habetur scientia, sed de scientia in communi, cum scientia sit vniuersalium & nō singularium per se primo: vt infra patebit. alio modo potest considerari scientia in ratione scientiæ secundum quòd est actus conclusionis demonstrabilis, & isto modo de scientia non potest haberi scientia. Ad vltimum dicendum: quòd syllogismus demonstratiuus non est causa principalis & realis ipsius scientiæ, aut causa intrinseca, quod requiritur ad diffinitionem: vt infra patebit: sed est solum causa instrumentalis, quę non habet poni in diffinitione: vnde non oportet, quòd syllogismus demonstratiuus ponatur in diffinitioue ipsius scire.

Vbi supra in philosopho & in Doct. S.

ARTICVLVS II.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd diffinitio ipsius scire nō sufficienter à Philosopho sit tradita, in qua dicitur. Scire est rei causam &c. Nā si scire est rei causam cognoscere, sequitur quòd erit procedere in infinitum, aut quòd nihil contingit scire: sed consequens est inconueniens. ergo &c. patet consequentia. nam si debeamus scire causam ad hoc quòd sciamus rem ipsam, non poterimus illam causam scire, nisi adhuc cognoscamus eius causam. vt patet per diffinitionem ipsius scire: & iterum non poterimus scire illam causam nisi per causam, & sic in infinitum: & sic erit procedere in infinitum: vel oportebit dicere, quòd contingit aliquid scire, & non per causam.

2 Præterea. Omnis demonstratio facit scire. aliàs non esset demonstratio: sed aliqua demonstratio procedit ab effectibus ad suas causas, vt infra deducit Philosophus. ergo scire est rem per effectum aliquando cognoscere, & non semper per causam.

3 Præterea. Si sit, sequeretur quòd de his, quæ non habent causam non possumus habere scientiam: sed consequens est falsum, nam de Deo traditur scientia, videlicet metaphysica, & scientia sacræ scripturæ ergo &c.

4 Præterea. Si sit; sequeretur quòd de ente rationis non posset esse scientia. nam ens rationis vt uidetur non habet causam propter quam est: sed hoc est falsum, cum Philosophus tradat logicam, quæ est de ente rationis. ergo &c

5 Præterea. Si diffinitio esset bene data, sequeretur quòd de naturalibus non esset scientia, quia naturalia possunt aliter se habere: sed consequens est con-

tra Philosophum in sua physica, & sexto metaphysicæ. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in litera dicens. Scire autem opinamur simpliciter vnumquodque, sed non sophistico modo siue secundum accidens, cũ causam arbitramur cognoscere &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum ꝙ diffinitio ipsius scire est bene data, in qua dicitur scire esse causam rei cognoscere, propter quam res est, & quoniam illius est causa, & ꝙ non contingit aliter se habere, quam quidem diffinitionem notificat philosophus a signo: nam tam scientes quàm non scientes existimantes se aliquid scire hoc modo accipiunt scire, sicut in diffinitione dicitur. nam non scientes qui se existimant scire opinantur scire, cum causas existimant cognoscere, scientes autem non opinantur solum, sed realiter sciunt cum causas cognoscunt. ergo signum est, quòd scire est rei causam cognoscere, propter quam &c. Ex qua diffinitione infert philosophus quoddam correlarium. videlicet quòd illud de quo est scientia, oportet esse necessarium, scilicet quod non contingit aliter se habere. Eandem verò diffinitionem notificat Doct. San. per singulas particulas, nam scire aliquid est perfecte cognoscere ipsum: perfecte autem cognoscere rem, est perfecte apprehendere veritatem ipsius: sed eadem sunt principia esse rei & veritatis ipsius, vt dicitur secundo metaphysicæ. cum ergo causa sit principium esse rei, & per consequens veritatis eius, oportet scientem, si est perfecte cognoscens, cognoscere causam rei, p̄p quam res est, sed qui cognoscit cām tm̃ nō cognoscit, effectũ i actu, ꝙ est simpliciter scire, sed virtute tm̃, ꝙ est scire secũdũ quid, & per consequens per accidens. cum ergo hic diffiniatur scire simpliciter, vt dicit Philosophus, oportet scientem vt simpliciter sciat etiam cognoscere applicationem causæ ad effectum. vnde dicitur in prædicta diffinitione, & quoniã illius est causa, quia scientia est certa cognitio rei: sed quod contingit aliter se habere nullus potest per certitudinem cognoscere, ideo oportet quod illud quod scitur non possit aliter se habere: vnde additur in prædicta diffinitione, & quòd non est contingere aliter se habere. Posset etiam probari per conditiones bonæ diffinitionis, quæ sibi conueniunt. nam illa diffinitio conuenit omni contento sub diffinito, & nulli alteri: & facit ipsum diffinitum differre a quolibet alio, & euacuat totam naturam diffiniti a prima potentia vsque ad vltimum actum. ergo est bene assignata.

Considerandum est autem primo secundum Doctorem Sanctum, in lectione quod ratio quare hic Philosophus ponit ipsius scire diffinitionem, est ista. nam in omnibus quæ sunt propter finem, diffinitio quæ datur per causam finalem, est ratio diffinitionis, quę datur per causam materialem, & medium probans ipsam: propter hoc enim oportet quòd domus sit ex lapidibus & lignis, quia est operimentum prohibens nos a frigore & ęstu: quia igitur Philosophus voluit ponere duas diffinitiones demonstrationis, quarum vna sumitur ex fine demonstrationis, qui est facere scire, qui quidem finis ponitur in diffinitione eius: ideo præmisit diffinitionem ipsius scire, antequam poneret diffinitionem demonstrationis.

Aduertendum est vlterius secundum Doctorem Sanctum in præsenti lectione, & secundum Philosophum elicitiue, quòd dupliciter aliquid dicimur scire. vno modo simpliciter quando scimus aliquid in seipso: alio modo dicimur aliquid scire in alio, in quo est uel sicut pars in toto: sicut si scientes domum diceremur scire parietem, vel sicut accidens in subiecto, sicut si scientes coryscum diceremur scire venientem, vel sicut effectus in sua causa, sicut scien-

ſcientes præmiſſas ſecundum ſe diceremur ſcire concluſionem : vel quocunque alio modo , & hoc eſt ſcire per accidens , quia ſcilicet ſcito aliquo per ſe dicimur ſcire id quod accidit ei quocunque modo , & tale ſcire dicitur etiam ſcire ſophiſtico modo , quia ſophiſtæ vtuntur tali modo arguendi,cognoſco coryſcum. coryſcus eſt veniens.ergo cognoſco venientem .

Conſiderandum eſt inſuper ſecundum Doctorem San. ibidem, quòd manifeſtatio prædicta Philoſophi diffinitionis ipſius ſcire a ſigno eſt recta , & conueniens manifeſtatio . nam diffinitio eſt ratio quam ſignificat nomen , vt habetur quarto metaphyſicæ, ſed ſignificatio nominis accipienda eſt ab eo quod interdum communiter loquentes per illud nomen ſignificare intendunt,vnde & in ſecũdo topi.dicitur: ꝙ nominibus vtendum eſt vt plures . vnde ſi tam ſciente intendunt ſignificare per hoc nomen ſcire hoc ſcilicet quod eſt cauſam rei cognoſcere , ſequitur ꝙ prædicta manifeſtatio eſt ſufficiens & recta .

Aduertendum eſt etiam ſecundum Doctorem Sanctum ibidem , ꝙ prædicta diffinitio magis eſt diffinitio dicens quid nominis quam quid rei.nam ſi quis recte conſideret , illa notificatione ſeu diffinitione magis oſtenditur quid ſignificet nomen , quàm ꝙ directe aliquid ſignificetur . nam Philoſophus nõ notificat ſcientiam,de qua proprie poſſet diffinitio haberi,cum ſit ſpecies alicuius generis:ſed notificat ipſum ſcire, vnde etiam a principio dixit, ſcire opinamur,& non dixit, ſcire eſt aliquid tale vel tale. hucuſque Doc.S.in lectione quaſi de verbo ad verbum.Sed illud vltimum videtur repugnare his quæ determinata ſunt in præcedenti articulo: nam ibi dictum eſt , quod ſcire poteſt diffiniri proprie , & quòd erat ſpecies alicuius generis.hic autem videtur Doctor San. aliter innuere , videtur enim velle quòd ſcientia , quæ eſt ſpecies alicuius generis , poſſit proprie diffiniri , & non ipſum ſcire . Dicendum quod licet prędicta diffinitio ſit diffinitio dicens quid nominis , tamen non propter hoc ſequitur quòd non poſſit dari diffintio quid rei ipſius ſcire . Veruntamen ſcire poteſt dupliciter accipi . vno modo ſecundum quòd eſt effectus demonſtrationis , vt ſcilicet nominat actualem motum rationis diſcurrentis a præmiſſis ad concluſionem,& iſto modo proprie non eſt ſpecies alicuius generis , ſicut nec aliquis alius motus, alio modo accipitur abſolute ſecundum ſcilicet quòd eſt actus intelligentis in anima exiſtens, & iſto modo poteſt diffiniri etiam diffinitione proprie dicta,& eſt ſpecies alicuius generis,vt ſupra conceſſum eſt:primo autem modo accipitur hic a Doctore Sancto .

Conſiderandum eſt inſuper , quòd ſcire dicitur multis modis . vno enim modo accipitur pro quacunque cognitione ſiue perfecta ſiue imperfecta , & iſto modo non ſolum ſcire eſt per cauſam , ſed etiam per effectum : vel aliquo alio modo accipitur , vt eſt idem quòd cognoſcere aliquid per cauſam quácunque,ſiue illa cauſa ſit neceſſaria ſiue non , & iſto modo dicimur ſcire etiam contingentia. tertio modo accipitur ſcire , vt idem eſt quòd cognoſcere aliquid per cauſam neceſſariam qualitercunque, ſiue illa cauſa ſit applicata,ſiue non.quarto modo dicitur ſcire vt idem eſt quòd cognoſcere aliquid per cauſam neceſſariam applicatam ad effectum, & iſto modo proprie aliquid ſcitur per demonſtrationem propter quid, & ſic accipitur hic ſcire , quod eſt proprie & perfecte ſcire , vnde Doct.San.dicit in lectione quòd cõtingit aliquid ſcire per effectum , vt infra patebit , contingit etiam ſcire prima principia indemonſtrabilia , quorum non eſt accipere cauſam . ſed proprius & perfectus modus ipſius ſcire eſt vltimus, qui prędictus eſt.Ex quo patet quod ſcire accipitur

tur

tur quadrupliciter: communissime: communius: communiter: & proprie: sicut etiam supra tactum est.

Aduertendum est insuper, quod quadrupliciter aliquid dicimur scire proprie. vno modo dicimur scire proprie id cui intellectus assentit per demonstrationem, & isto modo conclusio demonstrabilis proprie scitur: alio modo dicimur proprie scire illud quod significatur per conclusionem, cui intellectus assentit: sicut significatum huius conclusionis: homo est risibilis: proprie scimus. tertio modo dicimur scire proprie id quod est subiectum vel prædicatum illius conclusionis demonstratæ. quarto modo dicimur scire proprie id quod significatur per tale subiectum vel prædicatum.

Aduertendum est vlterius, quod sciētia accipitur dupliciter. vno modo vt distinguitur contra intellectum, & isto modo scientia est solum conclusionum & non principiorum: alio modo accipitur scientia vt se extendit ad intellectū, & isto modo dicimur habere scientiam de præmissis & principijs demonstrationis, & talis non semper habetur per causam: vt dictum est.

Aduertendum est vlterius pro ampliori declaratione prædictorum, & eorum quæ inferius dicenda sunt, quod scientiarum plures reperiuntur diuisiones in diuersis locis doctrinę Doc. S. nam scientiarum quædam est scientia visionis: & quędam est scientia simplicis intelligentię. vt patet per Doc. S. in primo senten tiarum distin. 38. q. i. arti. 4. & in de veritate. q. secunda, art. 9 ad secundum. & in prima parte. q. 14. arti. 9. scientia autem visionis est qua aliquis cognoscit res actu existentes: & dicitur visionis ad similitudinem visus corporalis, qui intuetur res extra ipsum existentes, & hęc vocatur alio nomine scientia intuitiua: sed scientia simplicis intelligentiæ est qua aliquis cognoscit ea, q̃ possunt esse duo, tñ non sunt existētia actu, & talis alio nomine vocatur cognitio abstractiua: hi autem duo modi scientiæ non faciūt diuersitatem ex parte scientis, sed ex parte rei scitæ: vt dicit Doc. S. in de veritate vbi supra.

Item scientiarum quædam est apprahensiua: alia est comprehensiua: vt patet per Doc. S. in prima parte. q. 52. ar. 7. 2 q. 14. ar. 3. & in multis a ijs locis: scientia autem comprehensionis est qua cognoscitur aliquid ita perfecte sicut est cognoscibile, sicut conclusio demonstrabilis scitur scientia comprehensiua quādo scitur per demonstrationem, non autem quando cognoscitur per aliquam rationem probabilem: vt ibidem Doct. S. dicit. sed scientia apprehensionis est quæ cognoscitur res, non tamen omnibus modis quibus cognoscibilis est, sicut quando cognoscitur aliqua conclusio demonstrabilis, non tamen per demonstrationem, sed per aliquam rationem probabilē. puta si hoc quod est triāgulum habere tres angulos ęquales duobus rectis aliquis sciat, p demōstratioē comprehendit illud. si vero aliquis eius opinionē accipiat per hoc quod a sapiētibus vel pluribus ita dicitur, non comprehendet ipsum: quia non pertingit ad illum perfectum modum cognitionis quo cognoscibile est, sed solum cognoscet ipsum scientiā apprehensionis.

Item sciarum quædam est scientia quia est: & quædam est scientia propter quid est, vt patet per philosophum in præsenti libro: scientia quia est dicitur habitus conclusionis acquisitus per demōstrationem quia est. sed scientia propter quid dicitur habitus conclusionis acquisitus per demōstrationē propter quid: vt infra ostendetur.

Item scientiarum quædam est scientia subalternata: & quædam subalternans, ut inferius ostendit philosophus. scientia subalternata est quæ accipit sua principia a scientia subalternante: sed scientia subalternans est, quę habet probare & regulare principia inferioris scientię subalternatę: vt clarius infra patebit.

Item scientiarum alia est uniuersalis: alia particularis: alia in potentia: alia in

in habitu: & alia in actu: ut patet per Doc. S. in primo sententiarum distin. 35. q. 1. ar. vlti. scientia vniuersalis dicit qua aliquis cognoscit aliquid per medium uniuersale, siue per rationem uniuersalem, sicut metaphysica. scientia uero particularis est qua aliquis cognoscit aliquid per rationem propriam & particularem: dicitur autem sciētia particularis, ut ibidem dicit Doc. Sanc. quia est per medium cognoscendi particulare a re acceptum: sed scientia in potentia est qua aliquis aptus natus est aliquid cognoscere, quod tamen nō cognoscit: scientia vero in habitu est qua aliquis cognoscit aliquid, quod considerare potest cum uult, quod tamen actu non cōsiderat: sed scia in actu est qua aliquis cōsiderat actu rem ipsam.

Item scientiarum quædam est donum spiritus sancti: alia est habitus cōclusionis acquisitus. scientia quæ est donum, est cognitio qua aliquis iudicat de re per modum inclinationis, sicut qui habet habitum uirtutis recte iudicat de his, quæ sunt secundum virtutem agenda, inquantum ad illa facilius facienda inclinatur, ut in ethicis dicitur, quòd uirtus est mensura & regula humanorum actuum, scientia verò quæ est habitus conclusionis acquisitus, est qua aliquis iudicat de re per modum cognitionis, sicut aliquis instructus in scientia morali posset iudicare de actibus uirtutis et si habitum illarum non haberet: vt patet per Doct. S. in prima parte. q. prima art. 6. ad ultimum elicitiue.

Item scientiarum quædam est humana; & quædam diuina: vt patet per Philosophum & Doctorem S. in primo metaphy. scientia humana proprie dicitur illa, quæ est humanitus inuenta: sed scia diuina est illa, q̄ est diuinitus inspirata, sicut scientia sacræ theologiæ, vel quæ solum a Deo habetur, sicut scientia ipsius Dei, quæ est sua essentia.

Item scientiarum quædam est rationalis quæ, scilicet est de ente rationis, sicut logica: quędam vero est realis, quę scilicet de ente reali, & talis est triplex: quædam est actiua, sicut scientia moralis: quædam factiua sicut scientiæ mechanicæ. & quædam theorica, & illa est triplex, scilicet physica, quæ est de coniunctis materiæ sensibili communi secūdum rem, & rationem: alia est mathematica, quæ est de coniunctis secūdum rem materiæ sensibili, & de separatis secundum rationem: alia est metaphysica, quæ est de separatis a materia secundum rem & secundum rationem.

Item scientiarum alia est practica, alia speculatiua, vt patet secundo meta phy. scientia practica est, quæ ordinatur ad opus modo supra exposito, sed scientia speculatiua est quę ordinatur ad scire siue ad operationem intellectus, vel etiam ad operationem voluntatis, non ut operatio est, sed vt scibilis est, uel diffinibilis.

Item scientiarum quædam est naturaliter indita, sicut sciētia primorum principiorum cognitis terminis: quædā uero est infusa p gratiam, sicut declarat Doc S in prima parte. q 12. ar. vl. alia uero est acquisita per studium & exercitium.

Item scientiarum alia est infinita, sicut scientia Dei, vt dicit Doc. S. in prima parte. q. 14. ar. 12. alia uero finita, sicut scientia cuiuslibet creaturæ: idem innuit Doc. S. in primo sententiarum di. 39. q. i. ar. ult. scientia infinita dicitur cognitio, qua aliquid cognoscitur per medium infinitum: sed scientia finita dicitur illa, qua aliquid cognoscitur per medium finitum, siue per rationem cognoscendi finitam.

Item scientiarum quædam est simplex, & quędam est discursiua, ut patet per Doct. S. in prima parte q. 14. articu. 7. in corpore. scientia simplex dicitur illa, qua cognoscitur aliquid sine processu vnius ad aliud, sed scientia discursiua est triplex, quędam est discursiua secūdum successionem tantum, qua, scilicet dum cognoscimus aliquid in actu conuertimus nos ad cognoscendū aliud. alia est discursiua secundum causalitatem, scilicet quando a principiis cognitis di curri-

currimus ad sciendum conclusionem. tertia est discursiua secundum resolutionem qua, scilicet resoluimus effectus in suas cãs, & ibi cessat inquisitio.

Item scientiarum quædam est vna: & quædam plures: vt elicitur ex secundo & tertio de anima. scientia vna dicitur illa, quæ est de vno obiecto formaliter sumpto, sicut scientia metaphysicalis. scientia uerò plures dicitur illa, quę est de diuersis rebus formaliter sumptis specifice, sicut philosophia realis in communi est plures simpliciter: licet sit vnum genere generalissimo. Ex prædictis ergo patēt modi scientiarum pro maiori parte, si eis adiũgantur modi cognitionum positi supra. q. 4. ar. vlti. Qui si memoriæ diligenter cõmendentur ad ea, quæ infra dicenda sunt, maximam adducent vtilitatem.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum: ꝙ qñ scimus conclusionẽ per causam, non oportet ꝙ iterum sciamus illam cãm per aliã causam, quia de tali causa, scilicet prima non habetur scientia propria, sed magis intellectus, qui est principiorum, vt dictum est: unde non est procedere in infinitum. Ad secundum & tertium patet solutio per ea, quæ dicta sunt.

Ad quartum dicendum: quòd aliqui uolunt propter hoc argumentum dicere, quòd logica non est scientia proprie dicta. Sed isti non uolunt vti terminis vt plures quod est contra Philosophum in libro secundo topicorum, & cõtra Doc. Sanc. in præsenti lectione. nam illi qui loquuntur de scire volunt per hoc nomen scire significare hoc, scilicet aliquam propositionem necessariam cognoscere per causam applicatam, ut iã expositum est. sed manifestum est quòd aliquæ propositiones formãtur in logica necessaria, quę demonstrantur demõstratione propter quid. videlicet per diffinitionem subiecti. uerbi gratia hæc cõclusio est necessaria & per se. omne vniuersale est prædicabile: quæ demonstratur sic. omne illud quod aptum natum est esse in multis est prædicabile: sed omne vniuersale est huiusmodi. ergo &c.

Item hæc sententia est contra omnes expositores philosophiæ, qui philosophiam diuidunt in philosophiam sermocinalem & realem.

Item si non esset scientia proprie dicta, non esset habitus de genere qualitatis, quod est contra omnes Philosophos & logicos, & contra Doct. S. in principio huius libri, vbi vult quòd requiratur quædam scientia rationalis, quæ habeat dirigere rationem in suis actibus, quod non faceret si non esset quid reale in aliquo genere. Vnde dicendum est: quòd logica est scientia proprie dicta. Verum tamen si accipiatur scientia proprie siue vt pauci accipiunt, videlicet pro habitu reali, quæ est de ente reali & per diffinitionem proprie dictam & q̃d ditatiuam sic de sola substantia est sciẽtia, & isto modo logica non est scientia, scilicet proprijssime & strictissime sumpta: sed hoc nihil ad propositum. Dicendum est ergo quòd ens rationis potest habere causam suæ necessitatis: vnde probatio consequentiæ falsę assumitur. Ad vltimum dicendum quòd naturalia possunt dupliciter considerari. uno modo in particulari quantum ad esse existentiæ, & sic sunt contingentia, & isto modo de eis non est scientia. alio modo possunt considerari in vniuersali quantum ad esse essentiæ per respectũ ad suas passiones & prædicata essentialia, & sic sunt incorruptibilia, & isto modo de eis est scientia. Vel posset dici quòd licet res naturales sint corruptibiles; tamen habitudo passionis ad subiectum quam significat conclusio demonstrabilis, est necessaria & perpetua. proprie enim & per se primo de conclusione est scientia.

Vbi supra in Philosopho & in Doct. S.

ARTICVLVS III.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd causæ extrinsecæ. videlicet causa finalis & efficiens magis faciant scire quàm causæ intrinsecæ, quæ sunt

materia

materia & forma. nam illa causa magis facit scire: q̄ necessitat omnes alias cās, & quę est maxima causarum: sed finis est huiusmodi, cū sit cā causarum, vt patet secūdo phy. & primo & 5. meta. ergo finis maxime facit scire: ꝓbatio maioris quia scire est cām rei cognoscere, vt dictū est. ergo maxime scire est maximam cām rei cognoscere, quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita se habet maximum ad maximum, vt patet per maximam topicam.

2 Præterea. Illa cā maxime facit scire, quæ habet regulare omnes alias cās. sed cā finalis est huiusmodi, q̄a vt dicit Lynconiensis secūdum exigentiam finis, necesse est omnia moderari. ergo idem quod prius.

3 Præterea. Illa cā facit maxime scire, per quam fit demōstratio potissima: sed demonstratio, quæ datur per causam finalem, dicitur potissima, vt infra probatur. ergo &c.

4 Præterea. Illa cā maxime facit scire a qua maxime depēdet effect⁹ eadē sint principia essendi & cognoscendi, vt hr̄ secundo meta. sed causa efficiens est huiusmodi: quia disponit materiam & introducit formam, cōseruat ēt effectū in esse, maxime primum efficiens: ergo causa efficiens maxime facit scire.

OPPOSITVM.

Sed in contrarium arguitur. nā illa cā maxime facit scire, per quā materiale distinguitur ab immateriali, quia eadem sunt principia essendi & distinguendi, & per consequens cognoscendi. sed cā materialis est huiusmodi, vt de se notū est. ergo cā materialis maxime facit scire, & non causæ extrinsecæ. Præterea. per illud maxime aliquid scit, per quod habetur esse simpliciter: sed forma est huiusmodi. ergo forma maxime facit scire & non causæ extrinsecæ.

CONCLVSIO.

Rn̄deo dicendum ꝙ causæ pn̄t dupliciter considerari: vno modo metaphysicæ. s. ſm earū naturā. alio modo possunt cōsiderari logice ſm. s. ꝙ cadūt in apprehensione nr̄a. si ergo loquamur de causis primo modo, tunc manifestum est ꝙ cāæ extrinsecę non faciunt maxime scire, sed cāæ intrinsecę, qđ sic patet: nā diffinititio significās ꝙ q̄d est rei, est mediū in demōstratione propter q̄d cuius est facere maxime scire. ergo illæ cāæ, quæ includuntur in essentia rei, & quæ ponunt̄ in diffinitione rei, maxime faciūt scire: sed cāę intrinsecæ pertinēt ad diffinitionē & essentiā rei realiter loquēdo & nō cāæ extrinsecę. finis. n. & efficiēs non sunt partes essentię rei, nisi forte finis generationis, qui est ipsa forma rei, non tn̄ finis rei generatæ est pars essentię rei: vt patet per Doc. S. in 2. physico. lectione vltima, & per Commentatorē ibidē. ergo cāæ intrinsecę maxime faciūt scire, qđ aūt cāę intrinsecę non pertineāt ad qđ q̄d est metaphysice loquendo, licet bene logice loquendo patet ꝑ Doc. S. in fine septimi metap. ſm sn̄iam Ari. ibidem. vbi sic ait. Nā logicus considerat modum prędicandi, & non essentiā rei: unde quicquid rn̄det ad qđ quid est, siue illud sit intrinsecū, vt materia & forma: siue extrinsecum, ut finis & efficiens dicitur ꝑtinere ad qđ q̄d est, & hoc logice loquēdo. sed metaphysicus qui essentiā rerum quęrit, finem vel causam efficiētem; cum sint quędam extrinseca, non cōprehendit sub qđ quid erat esse. vnde si dicamus, ꝙ domus est aliq̄d prohibēs a frigore logice loquendo, significatur qđ quid est, non aūt ſm considerationē physicā. hęc ille formaliter. Sic ergo metaphysice & realiter loquēdo cāę extrinsecæ nō pertinēt ad quod quid est, neq; ponūtur in diffinitione q̄d ditatiua rei, ideo nō maxime faciunt scire, cum vt sic non possint esse mediū demonstrationis propter quid. si uero cāę considerentur secundo modo, sic inter omnes causas causa finalis maxime facit scire, ut uoluerunt tria prima argumenta ante in contrarium adducta & possent etiam sic corroborari. Nam illa causa ultra quam non contingit vlterius quærere, & qua habita cessat omnis quæstio fiere scibilis, illa maxime facit scire, sed causa finalis

lis est huiusmodi. vt in secundo huius dicetur. ergo causa finalis maxime facit scire.

SOLVTIO.

Ad tria igitur prima argumenta patet resolutio ex dictis, quia probant. ꝙ causa finalis logice loquendo maxime facit scire, non autem loquendo realiter & physice, ut dictum est.

Ad quartum dicendum: quod illa causa quæ est intrinseca, a qua essentialiter res dependet in esse, facit maxime scire realiter loquendo. s. causa formalis, sed illa quæ est prima in genere causarum illa facit scire simpliciter. s. causa finalis logice loquendo. vnde causa efficiens cum non sit prima causarum, cum etiã non sit causa intrinseca, non facit maxime scire, siue logice, siue metaphysice loquamur.

QVAESTIO IX.

quę habet articulos quatuor.

De distinctione syllogismi demonstratiui.

DEINDE considerandũ restat de syllogismo demonstratiuo quantum ad quod quid est, scilicet de diffinitionibus eius.

Circa quod quæruntur quatuor. Primo vtrum prima diffinitio demonstrationis sit bene data. Secundo vtrum secunda diffinitio eiusdem sit sufficiens. Tertio vtrum demonstratio propter quid debeat procedere ex prioribus & notioribus secundum naturam, & quo ad nos. Quarto vtrum illa, quæ sunt propinquiora finngularibus, sint nobis notiora.

Sequitur in philosopho & in Doc. San.

Deinde cum dicit. Dicimus autem scire.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd prima diffinitio, demonstrationis non sit bene assignata, in qua dicitur quòd syllogismus demonstratiuus est syllogismus faciẽs scire. nam intellectus agens & obiectum intelligibile faciunt scire, obiectum enim cuiuslibet sciẽtiæ est principium sciendi. ergo prædicta diffinitio conuenit alijs a diffinito, & per consequens non est bona.

2 Preterea. Si demonstratio faceret scire: aut faceret scire dum est, aut dum non est: non potest dici secundum quia quod non est, est nihil, sed nihil non facit aliquid: neque etiam potest dici primum, quia sequeretur quòd scire fieret dum esset, quod est falsum: quia quod est non fit. patet sequela: quia dum demonstratio est, ipsum scire est. si ergo demonstratio dum est, facit scire, sequitur quòd ipsum scire fiet dum est: quod fuit probandum.

3 Preterea. Scire est rei causam cognoscere, ut dictum est. sed syllogismus demonstratiuus non est causa rei, cum sit ens rationis. ergo &c.

4 Præterea. Illa quæ ponuntur in diffinitione alicuius debent prædicari in recto & in quid de diffinito. vt patet per Philosophum septimo metaphysi. sed scire non potest prædicari de syllogismo demonstratiuo in recto nec in quid, hæc enim prædicatio est falsa. [Demonstratio est scire] igitur diffinitio illa videtur insufficiens.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in littera dicens. Dicimus autem scire esse per demonstrationem intelligere, secundum nomen autem dico syllogismum apostetico n. i. syllogismum faciẽtem scire: sed aposteticon dico, secundum quem in habendo ipsum scimus].

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum: quòd syllogismus demonstratiuus conuenienter diffinitur per scire. dũ dicitur, syllogismus demonstratiuus est syllogismus faciens scire: quod sic probatur per Philosoph. & in hoc in præsenti, scilicet lectione elicitiue. nam in omnibus quæ sunt propter finẽ, ratio sumẽda est ex ipso fine: sed

ſed ſyllogiſmus demonſtratiuus eſt ꝓpter aliquem finem, vt ſupra oſtenſum eſt. ergo ratio eius ex fine ſumenda eſt. finis autem ſyllogiſmi demõſtratiui eſt ſcire, quia ſcire nihil aliud eſſe videtur quàm per demonſtrationem intelligere, vt dicit hic Philoſophus in litera. ergo ſyllogiſmus demonſtratiuus conuenienter diffinitur per hoc quod eſt facere ſcire:

Sed quærebat diſcipulus primo, qualis eſſet prædicta diffinitio, videlicet. an ſit materialis, vel formalis: nõ quidem poteſt eſſe materialis, cum non detur ꝑ cauſam materialem, neque etiam videtur quòd ſit formalis, cum non detur per cauſam formalem. omnis autẽ diffinitio vel eſt materialis, vel formalis. Dicendum ſecundum Docto. Sanctum in ſecundo huius lect. 8. quòd & ſi demonſtretur aliquid per cauſam efficiẽtem & finalem, dicẽdum erit quod ſemper cauſa ſuperior ſe habet vt formalis reſpectu inferioris. hæc ille. Idem dicitur in de veri. quæſt. 14. 5. capitulo. vnde dici poteſt, quod omnis diffinitio vel eſt formalis, vel materialis. prædicta autẽ diffinitio eſt formalis & non materialis. Sed ſciendum quòd aliqua diffinitio poteſt dici formalis dupliciter. vno modo quia datur per veram cauſam formalẽ, & ſic prædicta diffinitio non eſt formalis, neque iſto modo omnis diffinitio eſt vel materialis, vel formalis, cum quædam detur per cauſam efficientem & finalem logice loquendo, vt ſupra dictũ eſt. alio modo aliqua diffinitio dicitur formalis, quia datur per aliquid quod habet modum formæ, de ratione enim formæ eſt quòd ſit act⁹. illud ergo ꝙ habet rationem actus habet modum formæ: conſtat autem quòd finis cum ſit cauſa cauſarum eſt actus, quia mouet ipſum efficiens ad agendum, nihil enim mouet, niſi ſecundum quod habet rationem actus. Similiter ipſum efficiẽs cum agat habet rationem actus, & forma eſt ipſe actus. vnde manifeſtũ eſt quòd iſto modo diffinitio, quæ datur per cauſam finalem & efficientem formalis dici poteſt. cum ergo prædicta diffinitio detur per cauſam finalẽ, ſequitur quòd ſit formalis. Conſiderandum eſt tamen ꝙ aliqua diffinitio poteſt dici formalis dupliciter. vno modo ſimpliciter. alio modo in reſpectu: illa autem diffinitio dicitur formalis ſimpliciter, quæ datur per cauſam finalem, quia cauſa finalis non habet cauſam priorem, reſpectu cuius poſſit habere rationem potentię: illa vero diffinitio dicitur formalis in reſpectu, quę datur per cauſam formalem, vel efficientem, quia cauſa efficiẽs dicitur habere rationem actus reſpectu formæ, & materiæ, & forma reſpectu materiæ: quia tamen efficiens reſpectu finis habet rationem potentiæ, & forma reſpectu efficientis & finis, ideo diffinitiones huiuſmodi datæ dicũtur formales in reſpectu, & materiales in reſpectu, & hæc eſt ſententia Doct. San. in quarto ſententiarum circa principium.

Quærebat inſuper diſcipulus: an ꝑdicta diffinitio ſit quidditatiua & videbatur ſibi quòd non, quia finis non pertinet ad quidditatem rei, prædicta autem diffinitio datur per finem. ergo &c. In cõtrarium videbatur, quòd ſic, quia per eam reſpondetur ad interrogationem factam per quid, vt ſi quæratur q̄d eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus? conuenienter reſpondetur, quod eſt ſyllogiſmus faciens ſcire. ergo videtur quòd ſit quidditatiua. Dicendum ꝙ logice loquendo prędicta diffinitio poteſt dici quidditatiua, vt voluit argumentum in contrarium, quia logice loquendo, omnis illa diffinitio poteſt dici quidditatiua, per quam reſpõderi poteſt ad interrogationem factam per quid cæteris tribus conditionibus obſeruatis ſuperius adductis, ſed metaphyſice loquendo ipſa non eſt quidditatiua, ſed vt ſic eſt quædam deſcriptio, quia vt dictum eſt finis non pertinet ad quidditatẽ rei, cum ſit cauſa extrinſeca.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum ꝙ prędicta diffinitio non conuenit intellectui,

ctiui, neq; eius obiecto, quia genus diffiniti, quod est syllogismus, eis non conuenit, non enim intellectus est syllogismus, neque obiectum intelligibile est syllogismus. vnde dato antecedente, neganda est consequentia. Veruntamē intellectus & obiectum intelligibile non faciunt eodem modo scire, sicut syllogismus demonstratiuus. hæc enim omnia. s. sensus: fantasma: intellectus agēs res intellecta: species intelligibilis: intellectus possibilis: & ipsa anima concurrunt ad generationem scientiæ, & sic aliquo modo faciunt scire, licet diuersimode: nam ad generationē sciētiæ aliqua concurrunt dupliciter. vno modo sicut principia remota. alio modo sicut principia propinqua. primo modo contingit dupliciter. vno modo sicut principium principale, & sic anima rationalis concurrit ad generationem sciētiæ. alio modo sicut principium coadiuuās, & sic sensus concurrit ad generationē scientiæ: secundo modo contingit sex modis. vno modo effectiue, & hoc dupliciter, vel principaliter: vel instrumētaliter. primo modo concurrit intellectus agens ad generationem scientiæ. secundo modo syllogismus demonstratiuus. alio modo obiectiue, & hoc dupliciter, vel vt obiectum principale & proximum, & sic res intellecta concurrit: vel vt obiectum remotum, & sic fantasma concurrit. tertio modo materialiter, & sic concurrit intellectus possibilis. quarto modo formaliter, & sic concurrit species intelligibilis. quinto modo finaliter, & sic concurrit beatitudo. sexto modo sicut vniuersalis causa omnium, & sic concurrit prima causa ad generationem scientiæ. Ad secundum dicendum, ꝙ syllogismus demonstratiuus facit scire dum est, & licet scire sit simul tempore cum syllogismo demonstratiuo, tamen sequitur eum naturaliter, sicut effectus suam causam, & licet id quod est, quando est non fiat in his, quæ per verum motum fiūt, tamen in his, quę in instanti producūtur, id qđ fit dum fit est, & dum est fit: accipiēdo terminos proprie, illud enim quod generatur est, & illud quod sic est generatur, si accipiatur generatio vt distinguitur contra alterationem. Ad tertiū dicendum, quod cognoscere rem non est cognoscere syllogismum demōstratiuum: sed cognoscere rem est cognoscere eam per syllogismum demonstratiuum, vnde argumētum non sequitur. Ad vltimum dicendum, ꝙ illa quæ ponuntur in diffinitione quidditatiua pertinentia ad essentiam rei debent prędicari in recto de diffinito, non autem illa quę ponuntur in diffinitione tanquā principia extrinseca diffiniti: scire autem ponitur in prædicta diffinitione secundo modo, & non primo modo.

Sequitur in Doctor. S. tertio ibi, Demonstratio &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod diffinitio secūda syllogismi demonstratiui, quæ dicitur materialis non sit sufficienter tradita à Philosopho, in qua dicitur. Syllogismus demonstratiuus est, qui procedit ex primis veris &c. nam vnius rei est vnica essentia. ergo vnius rei est una diffinitio tantum, quia ipsa essentia, siue ipsum quod quid est rei, est significatum diffinitionis. cum ergo prædicta diffinitio demonstrationis, de qua dictum est in præcedenti articulo, sit bene assignata: vt patet, sequitur, quòd ista sit superflua.

2 Præterea. Prima principia non ingrediuntur formaliter demonstrationem, cum in omni demonstratione supponantur. ergo male ponitur illa particula, ex primis, in diffinitione demonstrationis.

3 Præterea. Ex falsis contingit syllogizari verum, vt patet 2. prior. ergo ex falsis potest sciri verum. cum ergo scire sit effectus demōstrationis, ut supra cōcessum est, relinquitur ꝙ demonstratio possit esse ex falsis, & sic male ponitur in diffinitione illa particula, ex veris.

4 Præterea. Propinquum & immediatum idem sunt, sed primum & immediatum opponuntur. si ergo demonstratio procedit ex primis, male adiungitur, quod procedit ex immediatis.

5 Præterea. Propositio immediata caret medio, per quod possit demonstrari, sed præmissæ demonstrationis possunt demonstrari, vt patet de præmissis scientiæ subalternatæ, quæ possunt demonstrari per principia scientiæ subalternantis. ergo demonstratio non semper procedit ex immediatis.

6 Præterea. Demonstratio procedit ex propriis, & tamen illa particula non ponitur in prædicta diffinitione: ergo non est sufficiens.

7 Præterea. Omnia prima sunt priora, & econuerso omnia illa quæ sunt propria sunt prima. ergo superflue ponitur illa particula, ex prioribus.

8 Præterea. Diffinitio prædicta non cōpetit omni cōtento sub diffinito. ergo non est bona. patet assumptum; quia demonstratio quia est, est demonstratio: & tamen non semper procedit a causis; sed aliquando ab effectibus: vt infra dicit Philosophus. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in littera dicens. Si igitur est scire, ut posuimus, demonstratiuam scientiam necesse ex ueris esse, & primis, & immediatis, notioribus, prioribus causisq; cōclusionis.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum: quòd diffinitio materialis ipsius demonstrationis est bene assignata, in qua dicitur syllogismus demonstratiuus est, qui procedit ex primis veris & immediatis prioribus notorioribus causisque conclusionis: quam quidem diffinitionem probat Philosophus dupliciter, primo probat eam secundū se totā, demonstrando eā per primā diffinitionem, nam omnis syllogismus faciens scire procedit ex primis ueris & immediatis &c. sed omnis syllogismus demonstratiuus est syllogismus faciens scire. ergo omnis syllogismus demōstratiuus procedit ex primis veris &c. Ex quibus patet quod hæc secunda diffinitio se habet ut conclusio, prima vero vt medium demonstrationis, quæ si coniungantur simul, habebunt se simul vt tota demonstratio sola positione differens. secundo probat eam per singulas particulas.

Et primo quòd sit ex ueris. nam quod non est, non contingit sciri, cum scientia sit de ente, sicut diametrum quadrati esse simetrum. i. commensurabilem costæ. s. eius lateri: sed quod non est uerum, non est ens, cum ens & verum conuertantur. ergo illud quod scitur debet esse uerum. conclusio autem demonstrabilis scitur, ergo conclusio demōstrabilis est vera: sed uerum non scitur nisi ex ueris, vt infra probabitur. ergo oportet præmissas ex quib. scitur conclusio, esse ueras.

Sed quòd demonstratio procedat ex primis, & immediatis probatur sic secundum Philosophum, nam nō contingit aliquem habere scientiam nisi habeat demonstrationem eorum, quorum est demonstratio. si ergo demonstratio in suis demonstrationibus procedat ex premissis mediatis & demonstrabilibus, aut ergo habet demonstrationem illarū præmissarum: aut non: si detur quòd nō, tunc sequitur quòd non scit illas premissas, & per consequens neque conclusionem. nam dictum est quòd non contingit aliquem habere scientiam aliquorū nisi habeat demonstrationem illorum, quorum est demonstratio. Si uero detur primum, uidelicet quod habeat talium præmissarum demonstrationem, tunc uel est procedere in infinitum in demōstrationibus: uel est status. Nota primū, quia non contingit infinita pertransire, & per consequens nihil sciretur, ut infra dicetur. relinquitur ergo secundum scilicet quòd deueniendum est ad aliquas præmissas primas: & īmediatas: & indemonstrabiles: & sic oportet quòd demonstratio ex immediatis procedat vel statim, vel per aliqua mediata vt patet.

Deinde probat Philosophus quòd procedat ex causis per diffinitionem ipsius

sius scire, nam scire est rei causam cognoscere, sed demonstratio facit scire, vt patet per primam eius diffinitionē. ergo procedit ex causis.

Vlterius probat quòd procedat ex prioribus & notioribus, quia omnis cā naturaliter prior est suo effectu & notior, sed demonstratio procedit ex causis, vt iam dictum est. ergo procedit ex prioribus & notioribus non solum quātum ad cognitionem quid est, vt dicit hic Doc.S. sed etiam quantum ad cognitionem quia est. non enim ad sciendum quòd eclypsis solis fit, sufficit scire quid est eclypsis. s. quòd est interpositio lunę inter solem & terram, sed oportet etiā scire, quod luna interponatur. Et quia aliquid dicitur prius altero dupliciter, vno modo simpliciter & secundum naturam, alio modo quo ad nos, ideo formaliter Philosophus ostendit ꝙ demonstratio procedit ex prioribus & notioribus simpliciter & secūdum naturam: nam illa quę sunt remotiora a sensu, sunt notiora simpliciter: sed vniuersalia sunt huiusmodi. singularia enim sunt ꝓpinquissima sensui, quę opponūtur vniuersalibus. cum ergo demonstratio procedat ex vniuersalibus & non ex singularibus, sequitur quòd procedat ex notioribus secundum naturam. Hæc omnia Doct. S. in lectione & Philosophus sententialiter.

Sed contra aliqua quæ dicta sunt instabat discipulus. Nā primum & immediatum idem sunt, quia illa ꝓpositio dr̄ prima, quæ non potest demonstrari, q̄a si demonstraretur non esse primæ: similiter illa propositio dicitur immediata, quæ non potest demonstrari. frustra ergo in prædicta diffinitione adiungitur ex immediatis.

Præterea. Contingit aliquē scire cōclusionem per pręmissas demonstrabiles, quarum tñ demonstrationem ignorabit, sicut patet in scientijs subalternatis. ergo nō oportet ꝙ q̄cūq; hēt sciētiā aliquorum ꝙ hēat demonstrationem omnium, quorum est demonstratio.

Præterea. De p̄missis nō p̄cognoscit̄ q̄d sunt, vt supra dictū est. ergo male dictum est ꝙ oportet demonstrationē ꝓcedere ex notioribus quātū ad q̄d est & quia est. modo illa ex quibus procedit demonstratio sunt pręmissę. ergo &c.

Præterea Id q̄d ĩcludit̄ in essentia alterius, aut in intellectu q̄dditatiuo eius nō hēt oppositionē ad ipsū, sed vniuersale includit̄ in intellectu singulariū per se & essentialiter, sicut superius in suo inferiori. ergo male dictum est, quòd vniuersale opponitur singulari.

Dicēdum primo ꝙ licet primū & immediatū sint idē s̄m rē, differunt tñ s̄m rōnem, vt dicit hic Doc. S. Nam p̄missę dñr immediatæ inquantum carēt medio demonstrante, & dñr primæ per respectum ad alias propositiones, quæ per eas probantur.

Dicendū secundo ꝙ nō contingit aliquem scire conclusionem aliquam p p̄missas demonstrabiles vt demonstrabiles sunt, sed bene ut accipit illas vt immediatas & indemōstrabiles, & hoc loquendo per se & non secundum accidens, vt dicit Philosophus in litera.

Dicendum tertio ꝙ demōstratio ꝓcedit ex aliquibus dupliciter, vno modo tanq̄ ex cōplexis, & sic procedit ex pręmissis, de q̄bus nō est quid, ut supra dictū est. alio modo tanq̄ ex incōplexis, & isto modo ꝓcedit ex tribus terminis, & isto mō nō refert p̄cognoscere q̄d est de his, ex q̄bus procedit demonstratio.

Dicendum quarto, ꝙ vniuersale non opponit̄ singulari s̄m rē, sed solum s̄m oppositionē prioris & posterioris, aut ꝓpinqui & remoti, vt dicit Do. S. in lectione. vnde ratio non sequitur.

SOLVTIO.

Ad primum igitur principale dicendum, ꝙ duplex est diffinitio. s. descriptiua & quidditatiua. vnius rei possunt esse plures diffinitiones descriptiuæ, non q̄dem s̄m unam rōnem sed s̄m ꝙ diuersimode illa res consideratur. Sed ꝙ vnius rei possint esse plures diffinitiones q̄dditatiuæ, hoc potest dupliciter intelligi, quia duplex est diffinitio quidditatiua, q̄dā est metaphysica, & q̄dā logica. vni⁹ rei

rei non possunt esse plures diffinitiones quidditatiuę metaphysice loquendo, quia diffinitio quidditatiua datur per ea, quæ sunt de essentia rei, vt supra dictū est, sed essentia vnius rei est vna tantum. Vnius autem rei possunt esse plures diffinitiones quidditatiuæ logice loquendo, quia cā efficiens & finalis pertinent ad quidditatē rei ſm logicos. Istę autem diffinitiones non sunt quidditatiuæ, sed descriptiuæ, nisi logice loquēdo, igitur argumentum nullum. Ad secundum dicendum, ꝙ principia possunt dici prima dupliciter. vno modo ordine compositionis, alio modo ordine resolutionis. Præmissę igitur demonstrationis sunt principia prima ordine resolutionis, nō autem ordine compositionis. hinc est ꝙ supra dictum est in præsenti articulo. s. ꝙ dicuntur prima per respectum ad illas propositiones, quę per ea demonstrantͨ. vel posset clarius dici ꝙ aliquid pōt dici primum dupliciter. vno modo simpliciter, alio modo in respectu, verum est ꝙ illa principia, quæ dñr prima simpliciter, nō ingrediuntur demōstrationē formaliter, illa uero principia, quæ dñr prima in respectu, bene ingrediuntur demonstrationem, ꝑmissę verò dñr prima principia in respectu & non simpliciter, ideo argumentū nihil concludit. Ad tertium negatur consequentia ſm Philosophum in litera, qa licet prædictæ conditiones non requirūtur ad syllogismum in cōi, requiruntur tamē ad syllogismum demōstratiuum, qui facit scire, cuius ratio infra patebit. Ad quartum dicendum, quòd licet illud quod est primum per viam diuisionis & descensus dicatur remotum, & non propinquum: illud tamen quod est propinquum siue primum per viam resolutionis & ascensus dr̃ propinquum, siue ꝓximum, vt potest exemplificari in arbore Porphyrij. Principia autē ex quibus procedit demonstratio sunt prima via resolutionis, vt dictum est. Ad quintum dicendum, quòd præmissæ demonstrationis possunt dupliciter cōsiderari. uno do inquantum pręmissæ sunt, & sic non possunt demonstrari. alio modo vt sunt conclusiones, & sic bene possunt demōstrari: sicut principia scientiæ subalternatæ possunt demonstrari, per principia sciētiæ subalternantis, non quidem vt principia, quod eēt ea demōstrari in eodem genere terminorū, sed vt cōclusiones. Ad sextum dicendum secundum Philosophum in littera, quod illa particula ex proprijs intelligitur per hoc, ꝙ demonstratio procedit ex causis. nam si propositiones demonstrationis sunt causę conclusionis, necesse est eas esse proprias. nam oportet causas esse proportionatas suis effectibus, vt habetur ex secundo physicorum. per hoc etiam ꝙ demonstratio procedit ex primis, datur intelligi etiā quod sit ex principijs. primum enim & principium idem uidētur esse, quia primum in vnoquoque genere est causa & principium omnium quæ sunt post, ut dicitur in secundo metaphysi. Ad septimum dicendum, quòd licet primum & prius sint idem secundum rem, differunt tamen secūdum rōnem, quia prius importat ordinē ad posterius in suo modo significandi, nō autem primum. Ad ultimum dicendum, ꝙ prædicta diffinitio datur solum de demonstratione propter quid, & non de demonstratione in communi. unde non oportet, quòd competat demonstrationi, quia alias competeret alijs diffinitio.

Sequitur in Doct. S. Videtur autem contrarium.

ARTICVLVS III.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd uniuersalia non sint notiora simpliciter, & singularia quo ad nos. nā ut arguit Doc. S. in lec. in primo physicorū dr̃, ꝙ uniuersalia sunt nobis notiora singularibus, sed eadē non sunt nobis nota & naturæ: vt ibidem dicitur. ergo male dicitur hic, quòd vniuersalia sunt notiora secundum naturam.

2 Pręterea. Demonstratio facit scire, & per cõsequens ostendit aliquid ignotum: sed ignotum non potest fieri nobis notum nisi per id, quod est nobis magis notum, vt hic dicit Doct. San. ergo demonstratio quælibet procedit ex notioribus nobis. cum igitur demõstratio procedat ex vniuersalibus, sequitur ꝙ vniuersalia sint notiora nobis & non singularia.

3 Præterea. Illud est notius quo ad nos, quod prius occurrit intellectui nostro: sed maxime vniuersale scilicet ens prius inter omnia prædicata occurrit intellectui nostro, vt dicit Auicen. in principio suæ metaphy. ergo maxime vniuersalia sunt nobis notiora.

4 Præterea. Illud quod intelligitur directe, est nobis notius eo, quod intelligitur reflexe, quia illud quod intelligit solũ reflexe, intelligitur ad intellectionem illius, quod directe intelligitur: sed vniuersale intelligitur directe, singulare vero reflexe. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed cõtra est Philosophus in litera dicens, ꝙ priora & notiora simpliciter sunt illa, quæ sunt remotiora a sensu vt vniuersalia, priora autẽ & notiora quo ad nos sunt proxima sensui, scilicet singularia.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, ꝙ duplex est singulare. videlicet, singulare simpliciter. vt Sor. & Pla. & singulare in respectu, quod dicit minus vniuersale, sicut homo dicitur singulare respectu animalis, & animal respectu corporis. Duplex etiam est vniuersale, scilicet vniuersale in prædicãdo, vt animal: & vniuersale, in causando, sicut Deus & cælum. Similiter duplex est cognitio. s. sensitiua sicut cognitio per visum vel auditum: alia est cognitio intellectiua, & illa est duplex, quædam est confusa, qua. s. aliquid intelligitur imperfecte, & quædã est cognitio determinata, qua. s. aliquid intelligitur perfecte. Vniuersalia ergo esse magis uel minus nota singularibus hic potest intelligi dupliciter, uel de singularibus simpliciter, vel de singularibus in respectu. Si loquamur de singularibus simpliciter, hoc potest intelligi dupliciter, vel comparando cognitionem intellectiuam ad sensitiuam, ita ꝙ vniuersalia cognoscantur cognitione intellectiua, & singularia cognitione sensitiua, & isto modo sunt nobis notiora singularia vniuersalibus, quia vt supra dictũ est, oĩs nostra cognitio intellectiua ortũ hẽt a sensitiua: igitur singularia, quæ in nobis cadũt sub sensu, sũt nobis prius nota, hinc est ꝙ deficiẽte sẽsu deficit sciẽtia de sensibilibus illius sẽsus, ut ĩfra dicit Philosophus, & sic loqtur hic Philosophus, vel cõparãdo cognitionẽ intellectiuã ad intellectiuã, vt si loquamur de cognitione intellectiua tã vniuersaliũ q̃ singulariũ simpliciter, & isto modo vniuersalia sunt nobis notiora, quia ĩtelligunt̃ directe, singularia vero simpliciter ĩtelligunt̃ reflexe solũ. Et per hoc patet solutio ad vltimum argumẽtũ. Si vero loquamur de singularibus ĩ respectu, q̃ dñr minus vniuersalia, sic magis vniuersalia esse notiora singularibus põt dupl̃r ĩtelligi, vel loquẽdo de vniuersalibus ĩ cãndo, vel de vniuersalibus in p̃dicãdo. si primo modo, sic maxime uniuersalia sunt difficillimę cognitionis ex parte nr̃a, q̃a sunt remotissima a sensu, vnde isto modo singularia. i. minus vniuersalia sũt notiora quo ad nos, & magis vniuersalia sunt notiora s̃m naturã, q̃a sũt maxime in actu vt vult Philosophus in primo meta. si secũdo modo. hoc põt intelligi dupl̃r, vel cõsiderãdo magis vniuersalia s̃m ꝙ sunt principia diffinitiua minus uniuersaliũ, uel accipiendo magis uniuersalia s̃m ꝙ sũt uniuersalia & s̃m se. si primo, & hoc dupliciter uel cõparãdo unam partem alteri, & sic genus in nobis est magis notum quàm differẽtia, vt animal quam rationale: vel cõparando ambas partes ipsi diffinito, & sic magis vniuersalia sunt magis nota secundum naturam & non quo ad nos: quia vt sic habent rationem partis, & minus vniuersale habet rationem totius diffiniti. Totum autem ma-

gis est notum nobis suis partibus, vt vult Philosophus primo physicorum: & omnes partes se habet ad totum secundum rationem materiæ, vt patet secundo physico: si secundo modo hoc potest intelligi dupliciter, vel loquendo de cognitione confusa, vel de cognitione determinata. si primo modo, sic magis vniuersalia sunt nobis notiora, vt vult Philosophus in primo physi. quod sic probat Doc.S. in præsenti lectione. Nam in omni generatione id quod est in potentia est prius tẽpore & posterius natura, quod autem est completum in actu, est prius natura & posterius tẽpore: cognitio autem generis est quasi potentialis in cõparatione ad cognitionem speciei, in qua actu sciuntur omnia essentialia rei: vnde in generatione scientię nostræ prius est cognoscere magis commune quam minus commune. hæc ille. Si vero loquamur de cognitione determinata; sic minus vniuersalia sunt nobis notiora, quia pauciora requiruntur ad cognitionem determinatam minus vniuersalis quàm magis vniuersalis.

SOLVTIO.

Ad primum igitur principale dicendum, sicut dicit Doc.S. in lectione, quòd Philosophus hic loquitur de ordine vniuersalis ad singulare simpliciter, quorum ordinem oportet accipere secundum ordinem cognitionis intellectiuæ ad sensitiuam. in nobis enim cognitio sensitiua est prior intellectiua, vnde & singulare est prius & notius quo ad nos quàm vniuersale. sed in primo physicorum non ponitur ordo singularis ad vniuersale simpliciter, sed ordo magis vniuersalis ad minus vniuersale, vt puta animalis ad hominem: & sic oportet quòd quo ad nos vniuersalius sit prius & magis notum. hæc ille. vnde nulla est contradictio. Ad secundum dicendum sicut dicit Doc.S. in lectione, quòd in omni demonstratione oportet procedere ex notioribus nobis, non quidem singularbus, sed vniuersalibus: quia non potest nobis aliquid notum fieri, nisi per id q̃d est magis notũ nobis. Sed considerandum est quod quædam sunt demõstrationes mathematicę, quæ procedunt ex notioribus nobis & secundum naturam, in mathematicis enim propter abstractionem a materia sensibili non fiunt demonstrationes nisi ex principijs formalibus, quæ sunt notiora & secundum naturam & quo ad nos. Alię sunt demonstrationes physicę, quæ vt plurimum fiunt per effectus, & tales procedunt ex notioribus quo ad nos & non secundum naturam: in naturalibus enim essentiæ & virtutes rerum propter hoc quòd sunt in materia, sunt occultæ, sed innotescunt nobis per ea, quæ exterius de ipsis apparent: inde est quod in talibus vt in pluribus demonstrationes procedunt per effectus. Sed dicebat discipulus. Omnis demonstratio procedit ex notioribus nobis. ergo vniuersalia sunt nobis notiora: & sic argumentum remanet in robore suo. Dicendum quod comparando cognitionem intellectiuam ad intellectiuam, concessum est, quod vniuersalia sunt nobis notiora: & sic intelligendum est, quod omnis demonstratio procedit ex notioribus nobis. Si vero comparetur cognitio intellectiua ad sensitiuam, sic vniuersalia non sunt nobis notiora: nec sic oportet quod demonstratio procedat ex notioribus nobis. & licet in naturalibus eadem non sint nota nobis & naturę secundum eandem considerationem, tamen in mathematicis eadem sunt nobis nota & naturæ. Ad tertium & quartum patet solutio in corpore articuli.

Vbi supra impertinenter.

ARTICVLVS IIII.

AD quartũ sic procedit. Vr̃ q̃ singularia simpliciter sint nobis prius nota secundum intellectum quàm vniuersalia. Nam illud est prius notum intellectui, a quo prius fit abstractio: sed singulare simpliciter est huiusmodi. igitur est primo notum intellectui. maior pa-

ret:quia si illud a quo fit abstractio non esset prius notum, sequeretur quòd intellectus non magis abstraheret ab uno quàm ab alio: quod tamen est falsum.

2 Præterea. Sicut aliquid se habet in sensu, ita se habet in intellectu. ergo illud, quod est prius sensatum, est prius intellectum: sed singulare simpliciter est prius sensatum. ergo idem quod prius.

3 Præterea. Illa quæ sunt propinquiora sensui sunt nobis notiora, vt dicit hic Philosophus. sed singularia sunt huiusmodi. ergo &c.

4 Præterea. Illud quod est vnum numero positiue prius intelligitur, quàm illud quod est vnum numero priuatiue. cum habitus prius intelligatur priuatione: sed singulare est vnum numero positiue: vniuersale verò priuatiue. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed in contrarium arguitur. nam primum quod occurrit intellectui nostro est ens: sed ens est vniuersalissimum prædicatorum. ergo vniuersale est a nobis prius intellectum.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quòd singularia non sunt prius nota nobis cognitione intellectiua, quod sic patet. nam illud quod solũ intelligitur reflexe, non põt esse prius intellectum: quia actus reflexus pręsupponit actum directum: sed singularia non possunt intelligi nisi per reflexionem quandam intellectus ad imaginationem & sensum: dum. s. intellectus speciem vl̃em, quam a singularibus abstrahit, applicat formę singulari ĩ imaginatione seruatę, vt dicit Doc. S. in secundo sententiarũ. dist. 3. ar. 1. & 4. ergo singularia non mouent primo intellectũ: neq; sunt prius intellecta. Præterea. Intellectus intelligit per abstractionem a fantasmatibus; ut patet per Philosophũ tertio de anima. si ergo singulare esset prius intellectum, sequeretur quòd singulare esset abstractũ a fantasmatibus, & per consequens a singularibus, & sic singulare non esset singulare, sed vniuersale. Præterea. Ad intellectionem necessario requiritur intellectus agens. si ergo singulare prius intelligeretur quàm uniuersale non requireretur intellectus agens: cũ nõ requiratur nisi propter illã strationem specierum a fantasmatibus abstractarum. Præterea. Illud quod primo apprehenditur ab intellectu est suũ obiectum: sed obiectum per se ipsius intellectus est quidditas rei materialis. ergo &c.

Sed instabat discipulus: nam propriũ ipsius intellectus nostri est intelligere formã in materia indiuiduali existentẽ, vt dicit Doc. S. infra lectione. 33. in fine. vbi sic ait. Nos. n. intẽdimus de huiusmodi rebus: de quibus in nobis scientia per demonstrationem acquiritur: & huiusmodi sunt res in materia existentes nobis notę: de quibus fiunt demonstrationes. hæc ille. Et hoc idem dicit in prima parte. q. 12. ar. 4. in corpore. vbi sic ait. Vnde per intellectum connaturale est nobis cognoscere naturas; quę quidem non habent esse nisi in materia indiuiduali. hęc ille. Et idem dicit in prima parte. q. 75. ar. primo. in corpore. s. intelligere formam existentem in materia indiuiduali est intelligere singulare. ergo &c. Dicendum quòd vt ibidem dicit Doctor Sanctus proprium est intellectus nostri intelligere formam in materia indiuidualiter existentem: non tamen prout est in tali materia quod est abstrahere a fantasmatibus: intelligere autem formam in materia existentem, non prout in materia existit, est intelligere uniuersale & non singulare: de quo alias plenius disputandum restat.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendũ negando maiorẽ immo necesse est qđ illud: a quo abstractio fit nõ intelligat in ipsa abstractione: nam abstrahere vniuersale ab ipsis particularibus nihil aliud est quàm intelligere vniuersale non intelligendo particulare, vnde intelligere rem per abstractionem a fantasmati-

bus

bus est intelligere rem non intelligendo fantasmata, aut singularia, quorum sunt fantasmata, & intelligere rem per conuersionem ad fantasmata est intelligere rem in fantasmatibus, vel in ma materia existentem. vnde patet, ꝙ maior est falsa. Ad hoc autem quòd magis abstrahat intellectus speciẽ ab vno quã ab alio, sufficit cognitio sensitiua: quia singulare prius cognoscitur quàm vniuersale. Ad secundum dicendum, ꝙ illa propositio. sicut aliquid se habet in sensu ita se habet in intellectu, potest intelligi dupliciter: vno modo vt sit sensus, ꝙ nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu, & sic est vera: alio modo vt sit sensus, ꝙ aliquid est in intellectu eodẽ modo, sicut in sensu, & sic est falsa. vnde non oportet ꝙ illud, quod est prius sensatum, sit primo intellectum. Ad tertium dicẽdum, quòd singularia quia sunt propinquiora sensui, sunt prius nota cognitione sensitiua, non autem oportet ꝙ sint prius nota cognitione intellectiua, de qua nõ loquimur. Ad quartum dicendum, ꝙ ad hoc ꝙ aliquid intelligatur, non requirit ꝙ sit vnum numero numerositate suppositi, sed ꝙ sit vnum numero numerositate essentię, & requiritur quòd tale vnum sit illustratum per intellectum agentem. vnde argumentum supponit falsum.

LECTIO V.

De diffinitione & diuisione propositionis immediatę & eiusdem S.D.lec.v.

QVAESTIO X.

QVia verò superius Philosophus dixit ꝙ demõstratio procedit ex primis & immediatis, consequenter cõsiderandum restat de propositione immediata. Circa qđ duplex occurrit consideratio. primo namque considerandum est de propositione immediata diffinitiue & diuisiue. secundo quomodo oporteat huiusmodi propositiones esse notiores conclusione. ibi. [Quoniam autem oportet credere &c.] Circa primum quærũtur duo. primo vtrum diffinitio ꝓpositionis immediatę sit conuenienter a Philosopho assignata, secundo vtrum conuenienter à Philosopho in littera diuidatur.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S.

Est autem principium.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ diffinitio propositionis immediatę non sit conueniens, in qua dicitur, propositio immediata est, qua non est altera prior neque notior: nam hæc propositio est immediata. Deus est. cum prædicatum sit de ratione subiecti. Deus enim est suum esse: sed constat ꝙ ista aliqua alia sit notior, cum sit demõstrabilis, vt patet per Doct. S. in prima par. q. 2. ar. 2. ergo male dicitur, ꝙ propõ immediata est qua ñ est altera prior.

2 Præterea. Hæc etiam est propositio immediata. homo est risibilis, & tamen ea est altera prior, aliàs non posset demonstrari. ergo &c. probatio ma. qa omne prædicabile prędicatur immediate de suis subijcibilibus. sed risibile est prædicabile respectu hominis. ergo immediate prædicatur de homine, & sic ista est immediata. homo est risibilis.

3 Præterea. Hęc etiam est propositio immediata. omnis homo est animal rationale. aliàs non posset esse præmissa demonstrationis, sed tamen ea est altera prior. potest enim probari per istam omne animal risibile est rationale animal. ergo omnis homo est animal rationale, vt patet per locum a descriptione ad descriptum, ergo &c.

4 Præterea. Primũ principiũ est notissimũ. ergo est omnibus alijs notius. sed multę sunt propositiones immediatę. ergo aliquæ propositiones immediatę hñt aliq̃ propõnẽ eis notiorẽ & priorẽ.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in littera di. Est aūt principium demonstrationis ꝓpō immediata. propositio aūt immediata est qua non est altera prior &c.

CONCLVSIO.

Rn̄deo dicēdū ꝙ propositio immediata est qua nō est altera prior neq; notior: rō est: quia si ea esset altera prior, tunc posset demonstrari per eam, quia demō stratio procedit ex prioribus. sed illa ꝓpositio quæ potest demonstrari, est propositio mediata, habens, scilicet mediū per quod possit demonstrari. ergo si propositio immediata haberet aliquā priorem, per quā posset demonstrari, tūc propositio immediata esset mediata inquātum huiusmodi. hoc autem est inconueniens. ergo propositio immediata est qua non est altera prior. Hanc autē rationem innuit Doct. S. in lec. cum dicit. Huius autem notificationis rō ex prædictis apparet: dictū est. n. supra, quòd demonstratio est ex prioribus. quandocūque ergo aliqua propositio mediata. i. habens mediū per quod demōstrat̄ prædicatum de subiecto, oportet ꝙ priores ea sint propōnes, ex q̃bus demōstratur. nam prædicatū conclusionis ꝑ prius inest medio quàm subiecto, cui etiam per prius inest medium, quā pdicatū. relinquitur ergo ꝙ illa propositio, qua nō est altera prior, sit propositio immediata. hæc ille. Sed instabat discipulus: nihil notius est diffinito quā sua diffinitio. ergo probatio concludens diffinitionem de diffinito peccat ſm fallaciā petitionis principii, vt probat Philosophus infra in secundo huius. q̃a probat notum per ignotum. Dicendum ꝙ aliq̃s dr̄ esse notius dupliciter: vno modo ſm naturam, alio modo quo ad nos. uerū est quòd nihil notius conuenit diffinito, q̄ sua diffinitio ſm naturā & simpl̄r, tñ aliq̃d notius pōt cōuenire diffinito quoad nos quā sua diffinitio, & hoc cōsiderando diffinitionē ut diffō est, ut patet in procemio phy. & sic est in proposito.

Aduertendum est aūt ꝙ quia propositio, ponit in diffinitione propositionis immediatę: & enūciatio in diffinitione propositionis, & cōtradictio in diffōne enunciationis, & affirmatio vel negatio in diffinitione contradictionis. ideo philosophus in ꝑsenti passu diffinit propōnē, enūciationem, ꝯdictionē, affirmationē, & negationem, ne. s. procederet ex ignotis. propō ergo ſm Philosophum est altera pars enunciationis, in qua prędicatur unū de uno. per hoc. n. ꝙ dr̄ altera pars enunciationis separatur propō a problemate. habet. n. enunciatio duas partes, vt hic dicit Doc. S. videlicet affirmationem & negōnem. oportet autem ꝙ omnis syllogizās alteram earum proponat, nō autem vtrāque sicut facit qui mouet problema, per hoc autem ꝙ dr̄ in prædicta diffōne: in qua prędicatur vnū de uno separatur propō ab enunciatione, quæ dr̄ plures, sed enūciatio est quæ complectitur vtranque partem contradictionis. contradictio vero est oppositio, cuius secundum se non est dare medium. & licet priuatione opposita & aliqua sint contraria immediata, inter quæ non cadit medium per participationem, tamen inter omnia contraria cadit medium per abnegationē, inter contradictoria uero nullum cadit medium. Considerandū vlterius est secundo ſm Philosophum hic, quòd contradictionis duæ sunt partes, videlicet affirmatio & negatio. affirmatio est quæ prædicat aliquid de aliquo: negatio vero est, quæ remouet aliquid ab aliquo & hoc potissime loquendo de negatione negante, aliud autem est de negatione priuante aut infinitante.

Considerandum ulterius est tertio, quòd ꝓpositio dicitur immediata dupliciter. unō modo immediata simpliciter. alio modo in genere alicuius scientiæ, si simpliciter, sic de ea ait Doc. San. in lec. 5. Quarundam propositionum termini sunt tales, quod sunt in notitia omniū, sicut ens & unum, & alia quæ sunt entis inquantum sunt ens. nam ens est prima conceptio intellectus. unde oportet quod tales propositiones non solum in se, sed ēt quo ad omnes quasi ꝑ se

se notę habeantur: sicut ꝙ non contingit idem esse & non esse. hæc ille. Ex quibus patet quod tales sunt propositiones immediatæ simpliciter: quia componuntur ex terminis communibus: & sic non habent medium: per quod probentur secundum Doc. S. lect. 44. vbi sic ait. Duplex est genus immediatarum propositionum: quædam enim sunt immediatę propositiones primę: & quædam secundæ: ita quod accipiatur ordo immediatarum propositionum secundum ordinem terminorum. hęc ille. Si autem sit propositio immediata in genere alterius scientię scilicet quæ est ex terminis minus cōmunibus: hoc est dupliciter. vel est propositio immediata affirmatiua: vel negatiua. si negatiua. hoc est dupliciter: vel neutrum extremum est in aliquo toto, ita quod non habeat medium, per quod probetur: vel ambo extrema sunt in aliquo toto. si primū, sic dicitur de ea in lec. 26. secundum Doc. S. ostendit quomodo propositio negatiua sit immediata dicens: quòd si neutris sit in toto aliquo. s. neq; a. neq; b. cum a. non sit in b. necesse est quod hæc sit immediata. nullum b. est. a. hæc ille. sicut ista propositio est immediata. nulla substātia est quantitas. Si vero ambo termini sint in quodā toto: sic de ea ait ibidem. Si enim sint in eodem toto, est propositio immediata: sicut nullū rationale est irrōnale: & nullū bipes est quadrupes: hęc ille. Si vero sit affirmatiua. hoc est dupliciter: vel est necessaria: vel contingens: si secundum. sic de ea ait Doc. S. in lec. 44. vbi sic ait. Et ad exponendū q̄d sit opīo subiūgit: ꝙ opīo est acceptatio. i. existimatio q̄dā imediatę ꝓpōnis nō necessarię quod p̄t duobus modis intelligi. vno mō sic. ꝙ ꝓpositio īmediata in se q̄dē sit necessaria sed ab opināte accipiatur vt nō necessaria. alio mō vt in se sit cōtingens. d̄r. n. immediata propositio quęcūq; p̄ aliq̄d mediū ꝓbari nō pōt, siue sit necessaria siue nō necessaria. ostensum est. n. supra ꝙ nō est ꝓcedere in infinitū in p̄dicationibus, neq; quantū ad media, neq; quantū ad extrema. si igitur sit aliqua propositio cōtingēs mediata, oportet ꝙ reducatur ad aliquas īmediatas, nō aūt reducitur ad īmediatas necessarias, q̄a necessaria nō sunt ꝓpria principia cōtingētiū, nec ex necessarijs pōt cōcludi cōtingēs vnde reliquitur quòd sit aliqua propositio immediata cōtingens, sicut hæc. hō non currit, est mediata. pōt. n. ꝓbari per hoc mediū. hō nō mouetur, q̄ ēt est contingens, sed īmediata, sed p̄ hoc non excluditur, quin ēt acceptio ꝓpōnis cōtingētis īmediatę sit opīo, sic. n. se hēt opīo circa cōtingētia, sicut intelł's & scīa circa necessaria. hæc ille. Et idem dicendū est de immediatis contingentibus affirmatiuis quantum ad reductionem.

Sed ꝯtra p̄dicta instabat discipulus cōtra dictū Philosophi. Nā aīal rōnale cū sit diffinitio est principiū īmediatū, &tn̄ nō est ꝓpō, cū nō significet esse vel nō esse. ergo insufficiēter dicitur in textu, quòd principium immediatum est propositio. Præterea. Nā nihil cognoscit, cum non habeat intellectum. ergo male dictum est, quòd aliquid est notius naturę. Dicēdū primo ꝙ duplex est principium immediatū. videlicet incōplexū & complexū. Philosophus ergo ibi loquitur de principio complexo in textu allegato, & non de principio incomplexo, diffinitio autem non est principium complexum, sed incomplexum. vnde instantia nulla. Dicendum secundo quod aliquid dicitur esse notius naturæ, non quia natura cognoscat, sed quia ipsum quod cognoscitur est magis cognoscibile secundum suam propriam naturam & entitatem. vnde ratio supponit falsum: & laborat in ęquiuoco.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicēdum quod illa propositio. Deus est: dicitur per se nota & immediata secundum naturam, non autem quo ad nos. vnde potest demonstrari per effectus & a posteriori secundum naturam, & a priori quo ad nos, nō autem a priori secundum naturam & simpliciter: vt ibidē per doctores saniori mō patet. Ad 2m dicēdū ꝙ duplex est

imme-

immediatio vt infra dicitur. videlicet immediatio prædicationis siue subiecti: & immediatio causalitatis. illa igitur propositio. homo est risibilis. est immediata immediatione prædicationis siue subiecti: non autem immediatione causalitatis. vnde habet medium, per quod potest demonstrari. Ad tertium dicendum: quod illa propō. homo est animal rationale: est bene immediata immediatione causæ in genere causæ formalis, non autem simpliciter. vnde in eodem genere causæ non habet aliquam priorem, per quam possit demonstrari: licet simpliciter loquendo per aliud genus causæ possit demonstrari: quando autē dicitur quod propositio immediata est, qua non est altera prior neque notior: intelligendum est in eodem genere causæ & non simpliciter: nisi loquēdo de primo principio simpliciter seu de propositione immediata simpliciter. Et per hoc patet solutio ad quartum.

Sequitur in Philosopho & Doct. S. ibi.

Deinde cum dicit. principij autem immediati.

ARTICVLVS II.

AD secundum si proceditur. Videtur ꝙ diuisio principij immediati cum sub diuisione positionis non sit sufficiens. nam omne principium immediatum, siue omns ꝓpō immediata est ꝓpō per se nota, sed positio non est propositio per se nota: cum non sit necesse quē libet docendum eam habere: vt habetur in textu. ergo positio non est propositio immediata, neq; principium immediatum.

2 Præterea. Dignitas debet esse nota omnibus. sed nulla propositio est huiusmodi, cum quælibet possit negari: vt patet quarto metaphy. de primis principijs: quæ aliqui Philosophorum negauerunt. ergo nulla propositio est dignitas.

3 Præterea. Positio ifra diuiditur lect. 19. in quatuor species. videlicet in suppōnem: quęstionem: petitionem: & diffinitionem. ergo male diuiditur hic in duas species tantum, videlicet. in suppositionem & diffinitionem.

4 Præterea. Omnis positio est propositio immediata aliter aliud erit diffinitum & diuisum. sed diffinitio non est propositio immediata cum non dicat esse. ergo diffinitio non est positio: & per consequens non est suppositio. vt patet per locum a superiori ad inferius negatiue.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in textu ibi. [Principij autem immediati positionem dico &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum: quod postquā Philosophus in hoc secundo capitulo huius primi tractatus determinauit de principio immediato diffinitiue, hic determinat de principio immediato diuisiue. & hæc est secunda conclusio huius secundi capituli: quæ est responsiua ad quæsitum. videlicet. quod principium immediatum conuenienter diuidit in positionem & dignitatem: & positio conuenienter subdiuiditur in suppositionem & diffinitionem. Pręterea. Pars huius conclusionis sic probatur secundum Philosophum elicitiue. nam omne principium immediatū est idemōstrabile: aliter non esset immediatum. aut ergo tale principium nō contingit demonstrari: & non est necesse ipsum quēlibet docendum habere: vel nō contingit ipsum demonstrari, & necesse est quēlibet docendum habere. si primum. sic est positio. si secundum: sic est dignitas. Ex quibus patet quid sit dignitas: & quid sit positio: est enim dignitas propositio immediata, quam non contingit demonstrari: & necesse est eam quēlibet docendum habere. positio vero est propositio immediata quam non contingit demonstrari: & non est necesse eam quē libet docendum habere. Potest etiam prędicta prima pars conclusionis sic aliter probari secundun Docto. S. Nam oē principiū immediatū est per se notū: aut

aut ergo est cõpositũ ex terminis cõib⁹ & per se est omnibus notum, aut non. si primum sic est dignitas, si secundum sic est positio. Secunda pars eiusdem conclusionis sic probatur. nam omnis positio est principium immediatũ. vel ergo est principium complexum significans esse vel non esse. vel est principium incomplexum non significans esse vel non esse. si primum, sic est suppositio. si secundum, sic est diffinitio. Ex quibus patet, ꝙ suppositio est principium immediatum esse uel non esse significans, sed diffinitio est principium immediatũ non significans esse uel non esse.

Considerandum est autem secũdum Doc. S. ꝙ propositio illa dicitur esse per se nota, cuius prædicatum est de ratione subiecti, quantum est in se, & hoc loquẽdo de propositionibus affirmatiuis, sed propositiones immediatę, & per se notę sunt in duplici differentia. nam q̃dam sunt quæ sunt per se notę secũdum se & quasi quo ad omnes: quarum s. termini sunt in notitia omnium, ut sunt illę propositiones, quæ constituuntur ex terminis communibus siue transcẽdẽtibus, ut sunt ens vnũ & bonũ, & omnes quę sunt passiones entis inquantum est ens sicut ista propositio non contingit idem simul esse & non esse, & omne totũ est maius sua parte. aliæ vero sunt propositiones per se notę secũdum se, non tamen quo ad nos, quæ uidelicet componuntur ex terminis specialibus, quorum notitia non habetur ab omnibus, sicut hæc, omnes recti anguli sunt æquales. Considerandum vlterius est secũdo quòd quędam propositiones sũt, quæ non possunt probari nisi per principia alterius scientiæ, & ideo oportet ꝙ in illa scientia supponantur licet probentur per principia alterius scientiæ: sicut ꝙ a puncto ad punctum contingit rectam lineam ducere supponit geometra, & probat naturalis ostendens quòd inter quælibet duo puncta est linea media. hæc omnia Doctor. San. in lectione.

SOLVTIO.

Ad primum igitur patet solutio ex dictis. Ad secundum dicendum, quòd dignitas non potest negari mẽte, licet antiq. Philosophi proteruiter voce, & nõ ratione negauerint. Ad tertium dicẽdũ, ꝙ licet de quæstione hic non fiat mentio explicite, tamen implicite continetur sub suppositione, ut infra clarius patebit lect. 19. Ad quartum dicendum secundum Doct. S. quòd licet diffinitio non sit positio, quæ dicitur propositio immediata: est tamen principium immediatum: Philosophus autem in prædicta subdiuisione non subdiuidit siue resumit propositionem immediatam, sed immediatum principium.

Vel potest dici quòd licet diffinitio non sit positio actu: est tamen virtualiter propositio, quia cognita diffinitione apparet manifeste diffinitionem de diffinito vere prædicari. non ergo omnis positio est actu propositio immediata, sed bene est principium immediatum. Vel dicendum quòd esse accipitur tripliciter. vno modo accipitur pro actuali existentia rei, quod communiter solet vocari esse actualis existentiæ, quandoque etiam solet vocari esse in effectu, quandoque autem vocatur actus naturæ, & illud esse non dicit diffinitio. alio modo accipitur pro ipsa rei essentia seu quidditate, & hoc modo accipitur in diffinitione diffinitionis: cum dicitur in primo topicorum, quòd diffinitio est oratio quod est esse rei significans: nec tamen propter hoc sequitur quod significet rem esse. aliud est enim significare rem esse rei, & significare rem esse. tertio modo potest accipi esse pro ipsa compositione extremorum scilicet prædicati & subiecti quam facere videtur intellectus & quam sine extremis non est intelligere, & hoc esse significatur per propositionem, & vocatur esse uerum, & tale esse non significat diffinitio in actu, sed virtualiter.

LECTIO VI.

De preeminentia cognitionis premissarum in ordine ad conclusionem, & est lec.6.S.Doc.

QVAESTIO XI.

que habet articulos duos.

DEINDE cõsiderandum est de cognitione præmissarũ in ordine ad cognitionem conclusionis. Circa quod quæruntur duo. Primo vtrum magis credendum sit principijs quam conclusioni. Secundo vtrum hæc propositio sit vera. Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

Sequitur in Philosopho, & Doctore Sancto, Quoniam autem oportet.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod non magis credendum sit principijs quam conclusioni. nam illi magis credendum est quod certiori modo cognoscitur: sed conclusio certiori modo cognoscitur quam præmissę, cum cognoscatur per demonstrationem, scire enim vt dictum est, dicitur effectus demõstrationis, præmissę autem non cognoscũtur per demonstrationẽ, ergo &c.

2 Præterea. Illi magis credendum est quod est magis scibile quam illi, quod non est scibile, neque scitur: sed conclusio est scibilis, cum scientia sit tantum habitus conclusionum, præmissæ vero non sunt scibiles, cum habitus earum sit intellectus & non scientia. ergo &cęt.

3 Præterea. Illa quæ simul tempore cognoscuntur sic se habent, quòd vnũ nõ magis cognoscitur quam reliquum: nec vni magis est credendum quam reliquo, sed pręmissę & conclusio simul tẽpore cognoscũtur, & vno actu, vt supra concessum est. ergo &c. probatio maioris. nam inter illa quę simul tempore cognoscuntur nõ est discursus, sed ab his quæ magis cognoscuntur ad ea quæ minus cognoscũtur est discursus, cum discurrere nihil aliud sit quam procedere a magis noto ad minus notum. ergo illa quæ simul tempore, & eodem actu cognoscuntur sic se habent, quòd vnum nõ magis cognoscitur quam reliquum: nec vni est magis credendum quam reliquo quod fuit probandum.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in textu ibi. [Quoniam autẽ oportet credere & scire magis &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum quod istud est tertium capitulum huius primi tractatus, in quo Philosophus determinando de præeminẽtia cognitionis principiorum respectu cognitionis cõclusionum vt ostendendo ꝙ demonstratio procedit ex notioribus, ponit vnam conclusionem inferendo vnum correlarium, quæ quidem conclusio, quæ est responsiua ad quæsitum est talis, oportet magis credere principijs siue præmissis q̃ conclusioni. Hanc conclusionem probat Philosophus duabus rationibus. videlicet vna ratione ostensiua, altera vero ducente ad impossibile, siue ad incõueniens manifestum. Prima ratio talis est. nam propter quod vnumquodque tale, & illud magis est, vt si diligim⁹ magistrum propter discipulum, magis discipulum diligimus: sed nos scimus cõclusiones, & eis credimus propter principia. ergo principia magis scimus & magis eis credimus. Secunda ratio est talis. nam si principia non magis sciũtur quam conclusio, sequitur quòd homo sciens vel melius dispositus, quam sciens non magis cognosceret ea q̃ nouit q̃ ea q̃ ñ nouit. hoc aũt est ĩcõueniẽs cũ q̃libet nr̃a cognitio ꝓcedat ex notitia

tia noti ad ignoti notitiam.patet sequela.nam principia possunt prius tempore cognosci ipsa conclusione: vt ex supra dictis patet. in illo ergo priori conclusio est nobis ignota,& premisse siue principia sunt nota.si ergo principia nõ magis scirentur quam conclusio in illo priori, sequeretur quod non magis sciremus ea quę nouimus,q̃ ea quæ ignoramus.

Considerandum est autem hic primo secundum Albertum magnum: quod magis scire est aliquid per se scire.nam illud magis scitur quod per se scitur quã illud quod scitur per aliud: cum ergo principia siue præmissæ sciantur per se, cõclusio vero per alterum videlicet per præmissas, relinquitur quod principia magis sciuntur quam conclusio. Considerandum vlterius est secundo secundũ Philosophum in textu, quod quando dicitur quod necesse est credere magis principijs omnibus,aut quibusdam quã conclusioni, intelligendum est de illo qui acquirit scientiam per demonstrationem, si autem conclusio aliunde esset nota,vt puta per sensum non esset necesse principia esse magis nota q̃ sit cõclo. Considerandum vlterius est tertio hic secundum Doc.S.& Egidium quod hoc quod Philosophus infra dicit quod oportet magis credere principijs, aut omnibus,aut quibusdam, potest intelligi quadrupliciter secundum quatuor diuersitates, quæ reperiuntur in demonstratione, quarum prima est diuersitas principiorum. nam quædam sunt principia cõmunia,& quædam propria.principia autem communia sunt omnia nobis magis nota quam conclusio cognitis terminis, sed principia propria non semper sunt omnia nobis magis nota, quam conclusio.dicit ergo Philosophus quod oportet magis credere principijs aut oĩbus propter principia cõia, aut quibusdam propter principia propria.Secũda diuersitas est præmissarum. nam præmissarũ altera est maior, & altera minor. maior autem prius tempore aliqñ cognoscitur quam conclusio.minor vero debite subsumpta, & applicata ad conclusionem in ratione minoris simul tempore cognoscitur cum cõclusione, vnde ad hoc demonstrandum dicit Philosophus, aut oĩbus,aut quibusdã. Tertia vero diuersitas est modorũ cognoscẽdi.nã aliqua cognoscũtur per sensum, aliqua vero per intellectum,vnde qñ cõclusio est nobis nota ad sensum,vt supra dictũ est in secũdo notabili,non oportet ꝙ principia illius cõclusionis sint magis nobis nota q̃ cõclusio,ideo Philosophus dicit,aut oĩbus aut quibusdã. Sed quarta diuersitas est sciarũ.nã quędam ẽ scĩa subalternãs & quædã est scĩa subalternata, vt infra declarabitur.principia aũt scientiæ subalternatę aliqñ probãtur per principia scientiæ subalternãtis, vnde anteq̃ probẽtur,nõ sunt magis nota ipsa cõclusione. dicit ergo Philosophus [aut oĩbus, aut quibusdã],ppter prædictas diuersitates.Cõsiderandũ vlterius est hic quarto, ꝙ ex prædicta cõclusione infert Philosophus vnũ correlariũ videlicet. ꝙ non solum oportet magis credere principiis, quam conclusioni,sed etiam oportet ꝙ nihil sit certius quã ꝙ opposita principiis sint falsa,cuius rõ est, quia quicunq; dubitat de falsitate vnius oppositorũ, non põt firmiter adhærere alteri opposito:quia semp formidat de veritate alterius,sed oportet illum qui accipit scĩam conclusionis per demõstrationẽ non solũ magis credere prĩcipijs q̃ cõclusioni, sed etiam firmissime adhærere eis vt dictum est. ergo nihil ei debet esse certius quam ꝙ opposita principijs sint falsa.

SOLVTIO

Ad primũ igitur dicendũ negando minorem,& ad eius probationẽ dicendũ, ꝙ qñ aliqua duo apta nata sunt cognosci per demonstrationem, verũ est ꝙ illud certius cognoscitur quod per demõstrationem cognoscitur,q̃ illud quod cognoscitur non per demõstrationem,sed si aliqua duo sint, quorũ vnũ est cognoscibile per demonstrationẽ, alterũ vero non:sed altiori modo & certiori habitu: sic non est verum quod illud quod cognoscitur per demonstrationem certius cognoscatur, quam illud quod cognosci

tur

tur nõ per demonstrationem. principia autem cognoscuntur per habitum intellectus non per demonstrationem: habitus autem intellectus certior est quam habitus scientię: vt infra probat Philosophus, vt etiam adductum est supra. q.7. ar.primo.ad secundam instantiam discipuli: vnde probatio nulla. Ad secundum dicendum: quod scibile accipitur dupliciter. vno modo secundum quòd scibile dicitur ad scientiam prout sciẽtia distinguitur contra alios habitus intellectuales, videlicet, prout scientia est tantum habitus conclusionis: & isto modo principia non sunt scibilia nisi virtualiter. alio modo accipitur communiter scientia, videlicet pro oĩ certitudinali cognitione. & isto modo principia magis sciũtur quam conclusio, & hoc modo accipitur hic. Ad tertium patet solutio ex dictis supra.q. 6.ar. primo. ad secundum.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S. ubi supra impertinenter tamen.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videt̃ quod illa propositio non sit vera. Propter quod vnumquodq; tale: & illud magis est. nam mobile efficitur calidum propter motum localem: & tamen motus localis non est magis calidus. ergo propositio illa est falsa.

2 Præterea. Sortes genitus est homo ꝑpter Platonem generantem: & tñ Plato generans non est magis homo, q̃ Sortes genitus. cum substãtia vt patet in prædicamentis non suscipiat magis & minus. ergo &c.

3 Pręterea. Ignis genitus est ignis: & est calidus propter ignem generantem: & tamen ignis generans non est magis ignis, aut calidus quam ignis genitus. ergo &c.

4 Præterea. Aliquod subiectum est albũ propter albedinem, & tamen albedo nõ est magis alba, quia vt dicitur secundo topicorum. albedo non est colorata. ergo nec alba. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in textu vbi supra.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quòd causarũ quædã sunt cãæ per se. quędam vero per accidens: vt patet secundo Physicorum. prædicta vero propositio non habet veritatem in causis per accidens vt voluit secundum argumentum. Causarum vero per se quædam sunt intrinsecæ, quædam vero extrinsecæ. prædicta autem propositio non verificatur in causis per se extrinsecis. nõ enim sequitur. paries est albus propter albedinem. ergo albedo est magis alba vt voluit quartum argumentum. Causarum vero per se extrinsecarum, quædam sunt causæ efficiẽtes, quædam vero finales. in causis autẽ finalibus semper tenet, si sint vnius ordinis, si autem non sint vnius ordinis non semper tenet, non enim sequitur. homo post cęnam deambulat propter sanitatem. ergo sanitas magis deambulat. Causarum vero efficientium quædam sunt principales, quædam vero minus principales. in causis autem minus principalibus non tenet prædicta propositio. non enim sequitur. hoc est calidum propter calorem ignis. ergo calor est magis calidus. Causarum vero efficientium principalium quædam sunt equiuocæ, quæ .s. non conueniunt in nomine & ratione cum suo effectu. Alię vero sunt vniuocę, & hoc dupliciter, vel in prædicationibus vniuocis essentialibus, & sic non tenet: vt dicitur in primo notabili & sequentibus. uel in prædicationibus uniuocis accidentalibus siue denominatiuis, & sic tenet, ut patebit ibidem. Causæ uero efficientes ęquiuocæ sunt in duplici differentia: nam quędam sunt per se, & essentialiter subordinatæ, scilicet quando una non potest agere, nisi in uirtute alterius, scilicet quando intentio primæ respicit omnes causas medias usque ad ultimum effectum. aliæ uero sunt accidentaliter subordinatę, sicut diuersæ circulationes ipsius cęli, quarũ

una

vna nō agit in virtute alterius. prædicta aũt propositio habet veritatem in causis efficiẽtibus principalibus per se æquiuocis.i. analogicis essentialiter subordinatis solũ ẜm aliquos doctores, & nō in æquiuocis accidẽtialibus, nec in causis vniuocis essentialibus propter secundum argumentum.

Sed cōtra prædicta instabat discipulus: Nã nō sequitur, filius in diuinis hoc q̃ est principiũ spiritus sancti habet a patre. ergo pater est magis principiũ spiritus sancti quã filius. Preterea. Nō sequit. res aliȩ cognoscunt̃ ab aĩa propter habitus & propter spẽs intelligibiles. ergo ista magis per seipsa ab anima cognoscuntur. Præterea. Non sequitur corpora inferiora afficiũtur pp motũ corporũ superiorũ. ergo corpora sũpiora magis afficiũtur illis qualitatibus. s. calore & frigore: cum hoc sit cōtra Philosophũ: & sic vr̃ quòd corpora superiora non sint causa motuũ & alterationũ ad illas formas: omne aũt agens agit sibi simile, vt patet primo de generatione. Præterea. Non sequitur. mulier ducta in matrimoniũ efficitur affinis cōsanguineorũ uiri. ergo efficitur magis affinis viro: vel quia mulier ducta in matrimonium non coniungitur alicui de consanguinitate viri nisi ratione viri si nō fiat uiro affinis. ergo nec alicui consanguineorũ affinis erit. Præterea. Non sequitur: vna candela accẽditur pp aliã candelam accensam. ergo illa alia est magis accensa. Præterea. Non sequitur. ignis est cã caloris in ferro. ergo ignis est magis calidus quã ferrũ ignitũ. Preterea. Non sequitur. Intellectus noster cognoscit alia uera propter primã veritatẽ, quæ est lux uera, quæ illuminat omnẽ hominẽ &c. ergo primã veritatem, quȩ deus est magis cognoscit. Dicendũ primo ẜm Doc. S. in primo sententiarũ dist. 12. ar. 2. ad ẜm. quòd dictum Philosophi verificatur quando illud quod conuenit alicui propter aliquid aliud est diuersum in vtroque, & præcipue quando vnum est causa alterius essentiali ordine: tunc enim causalitas sua extenditur respectu totius speciei, & non respectu vnius indiuidui tantum, vt dicit Auicen. sicut calor est magis in igne, quàm in corpore mixto, quia propter ignem est in corpore mixto, sed quamuis filius habeat a patre hoc quòd spirat spiritum sanctum, nihilominus tamen non est hoc diuersum in patre & filio, quia eandem virtutem spiratiuam, quam pater habet, filio communicat, & ideo per illam ęqualiter spiritum sanctum spirant: & si etiam non esset vna virtus numero, sed specie tantum ratio non ualeret, sicut patet in omnibus uniuocis generationibus: non enim pater Sortis plus influit in filium Sortis quàm Sortes. hæc ille. Idem dicit in secundo sententiarum distinctio. 13. articu. quinto. primum. Ex quibus patet, quòd illud prædicatum, quod conuenit causæ & effectui, oportet quod sit diuersum numero in vtroque. In diuinis autem non est aliquid diuersum numero in diuersis personis: ideo ibi non tenet prædicta propositio. Patet etiam ex his quòd non tenet in uniuocis & essentialibus generationibus, sed in æquiuocis; cum generans vniuocum oporteat esse quasi agens instrumentale respectu causæ primariæ totius speciei. vt etiam patet per Doct. San. in secundo contra gentiles c. 21. ad quartum.

Dicendum secundo secundum Doct. Sanct. in prima parte quæstio. 87. articulo secundo, ad tertium. & quol. 10. quęstione quarta: secundum. quod illa propositio ueritatem habet si intelligatur in his quæ sunt unius ordinis, puta in uno genere causæ, puta si dicatur quod sanitas est desiderabilis propter uitam, sequitur quod uita sit magis desiderabilis. Si autem accipiantur ea quæ sunt diuersorum ordinum, non habet ueritatem, vt si dicatur quod sanitas est propter medicinam, non ideo sequitur quòd medicina sit magis desiderabilis, quia sanitas est in ordine finium, medicina autem in ordine causarum efficientium.

Sic igitur si accipiamus duo, quorũ vtrũque sit per se in ordine obiectorum cognitionis, illud propter quod aliud cognoscitur erit magis notũ: sicut principia conclusionibus. sed habitus non est de ordine obiectorum inquãtum est habitus: nec propter habitum aliqua cognoscuntur sicut propter obiectum cognitum, sed sicut propter dispositioné vel formam. qua cognoscés cognoscit, & ideo ratio non sequitur. hæc ille. Ex quibus patet, quòd prædicta propositio non solum tenet in causis efficientibus, sed etiam in genere causarum finalium. Sed sciendum quòd dupliciter est aliqd in genere causarum efficientium: uno modo directe, alio modo reductiue. finis ergo est in genere causæ efficientis non directe, sed reductiue secundum Doc. S. in libro de causis. lec. 1. co. 3. & 4. vbi sic ait. In causis etiam finalibus manifestum est verificari omnia prædicta: nam propter vltimum finem, qui est vniuersalis, alii fines appetũtur, quorum appetitus aduenit post appetitum vltimi finis, & ante ipsum cessat. Et huius ordinis ratio ad genus causæ efficientis reducitur: nam finis in tantum est causa, inquantum mouet efficientem ad agendũ: & sic prout habet rationem mouentis pertinet quodammodo ad causæ efficiẽtis genus. hæc ille.

Dicendum tertio. secundum Doc. S. in secundo sententiarum dist. in. 15. q. 12. ad quartum. quòd similia sunt quę in eadẽ forma communicant: sed contingit ꝙ illã formam non vniformiter participãt quædam, quia quod est in uno diffinitũ, in altero est eminentius, & hoc oportet inueniri secundum Dionysium in omnibus causis essentialibus: & ideo ipse dicit, quòd sol uniformiter accipit in se ea, quæ diuisim per eius actionem in aliis causantur. Et secundum hoc dico quòd calor & frigus, & huiusmodi inueniũtur in corporibus cęlestibus nobiliori modo quàm in elementis, non quod istis qualitatibus afficiantur & denominentur, sed sunt in eis sicut in uirtute actiua, & talis similitudo sufficit ad actionem agentis non vniuoci. hæc ille. Et effectus est in causa vniuoca secundum similitudinem formæ eiusdem speciei, in causa vero ęquiuoca secundum similitudinem formæ eccellentioris secundum Doct. S. de malo. q. 4. art. 3. & in prima parte. q. 4. ar. 2. & de potentia. q. 7. ar. primo, & 8. & super Dionysium lec. 3. co. 3. Ex quibus patet: quòd prędicta propositio ĩtelligitur; quòd propter qđ vnum quodque tale, & illud magis. s. formaliter: vel virtualiter.

Dicendum quarto secundum Doct. S. in quarto sententiarum. di. 4. 1. q. 1. ar. 1. ad primum; quòd quamuis causa sit potior suo effectu, nõ tamen oportet quòd semper nomen idem effectui & causæ conueniat, quia quandocunque illud, quod est in effectu inuenitur in causa non eodem modo sed altiori, & ideo nõ conuenit causæ & effectui per idem nomen: neque per eandem rationem: sicut patet in omnibus causis ęquiuoce agentibus. Et hoc modo coniunctio viri & vxoris est potior quàm coniunctio vxoris ad consanguineos viri; non tamẽ debet dici affinitas, sed matrimonium, qđ est vnitas quędã: sicut homo sibi ipsi est idem non consanguineus. hęc ille. Ex quibus patet, quòd prædicta propositio non semper veritatem habet secundum idem nomen, & eandem rationem: sed secundum diuersum nomen, & secundum diuersam rationem: & secundum aliquid nobilius aliquando tenet, sicut in æquiuocis: ut etiam patet per Doc. S. hic in secundo metaphysicę. lec. 2. in principio in secundo sententiarum. dist. 15. q. 1. ar. 2 ad quartum. sicut etiam adductum est ad tertiã instantiam discipuli supra.

Dicendum quinto secundum Doct. S. in libro de causis. lec. prima co. 3. & 4. quòd si quæratur in unoquoque genere causarum, utrum prædicta verificentur in omnibus causis quomodolibet ordinatis manifestum est quòd non. Inuenimus enim causas ordinari dupliciter, uno modo per se, alio modo per accidens. per se quidem quando intentio pri-

mę

mæ causæ respicit vsque ad vltimum effectum per omnes medias causas: sicut cum ars fabrilis mouet manum: & manus martellum qui ferrum perustum extendit: ad quod fertur intentio. Per accidens autem quando intentio causæ non procedit nisi ad proximum effectum. Quod autem ab illo effectu efficiatur iterum aliud est prçter intentionem primi efficientis, sicut cum aliquis accendit candelam, præter intentionem eius est, quod iterum accensa accendat aliam, & illa aliam. quod autem præter intentionem est, sunt omnes causæ per accidens. In causis igitur per se ordinatis hæc propositio habet veritatem, in quibus causa prima mouet omnes causas medias ad effectum. In causis autem ordinatis per accidens est econuerso, nam effectus, qui per se producitur a causa proxima, per accidens producitur a causa prima præter intentionem eius existens. Quod autem est per se, potius est eo, quod est per accidens, & propter hoc significandum dicit Proclus. Causa vniuersalis per se. hæc ille.

Et causa per accidens est duplex, quædam est nihil operans ad effectum, & quædam est operans ad effectum præter intentionem. Et hæc est duplex. quædam est attingens effectum, sicut casus & fortuna, & quædam est aliquid ei coniunctum, sicut occasio secundum Doct. S. in primo sententiarum distin. quadragesimasexta, articulo secundo, ad tertium. & in secundo sententiarum distin. prima, quæstione prima, articulo primo, ad secundum. Ex quibus patet, quod prædicta propositio verficatur in causis per se essentialiter ordinatis, non autem in causis accidentaliter ordinatis, ut etiam patet per Doct. S. in primo sententiarum distin. duodecima, articulo secundo, ad secundum.

Dicendum sexto: quod licet aliquod ferrum sit magis calidum quam aliquis ignis per accidens videlicet propter maiorem impressionem in materia ferri: quæ est condensa: & multum retentiua caloris: tamen simpliciter & per se ignis est magis calidus quam ferrũ ignitum.

Dicendum septimo, secundum Doct. S. in prima parte. quostio. 88. articulo, tertio ad secundum, quod dictum Philosophi intelligendum est in his quæ sunt vnius ordinis: vt supra dictum est. Propter Deum autem alia cogoscuntur: non sicut propter primum cognitum: sed sicut propter primam virtutis cognoscitiuç causam: hæc ille. Vel dicendum secundum Doct. S. in prima parte. q. 16. ar. 6. ad primum. quod anima non iudicat de omnibus rebus secundum quancunque veritatem, sed secundum primam: inquantum resultat in anima sicut in speculo secundum prima intelligibilia. Ex quibus patet: quod dictum Philosophi verificatur in his quæ sunt vnius ordinis causæ, vt etiam supra dictum est ad secundam instantiam discipuli.

Considerandum est autem hic primo secundũ Doc. S. in prçsenti passu, & in secundo metaphysicæ: lectione secunda in principio: si verba eius diligẽter cõsiderentur: ꝙ prædicta propositio nõ solum verificatur in causis çquocis per se essentialiter subordinatis: sed etiam veritatẽ habet in causis vniuocis. Dicit enim sic in præsenti, ꝙ cã semper est potior suo effectu, qñ ergo causa & effectus conueniunt in nomine: tunc illud nomen magis prædicatur de causa, quam de effectu: sicut ignis est magis calidus quam ea: quæ per ignem calefiunt. Quandoque uero, causa & effectus non conueniunt in nomine: & tunc licet nomen effectus conueniat causæ, tamen ei conuenit aliquid dignius: sicut & si in sole non sit calor: est tamen virtus in eo quædam quæ est principium caloris. hæc ille. Ex quibus patet, quod secundum ipsum prç dicta propositio Philosophi, etiam veritatem habet in causis vniuocis, videlicet, in causis conuenientibus in nomine cum suo effectu: non quidem in prædicationibus vniuocis essentiali-

bus: vt dictum est ad primam instantiam discipuli: sed in prædicationibus vniuocis denominatiuis. Bene enim sequitur. Aqua est calida propter ignem. ergo ignis est magis calidus: quia ibi est prædicatio vniuoca accidentalis: seu denominatiua: sed non sequitur. Ignis genitus est ignis propter ignem generantem: ergo ignis generans est magis ignis: quia ibi est prædicatio vniuoca essentialis, in qua prædicta propositio non tenet: aliter vt voluit argumentum secundum substantia susciperet magis, & minus.

Considerandum vlterius est secundo secundum Doct. S. in secundo metaphysicę. lec. secunda, in principio: & secundum Philosophum ibidē: quòd ista propositio Vnumquodque inter alia dicitur maxime tale, ex quo causatur in aliis aliquod vniuoce prædicatum de eis: intelligitur in vniuocis & per se. Vnde Philosophus notanter facit mentionem de vniuocatione: quia quandoque contingit, quòd effectus non peruenit ad similitudinem causę secundum eandem rationem speciei propter excellentiam causę: vt dicit ibidem Doc. San. sicut sol est causa caloris in istis inferioribus, nec tamen inferiora corpora possunt recipere impressionem solis, aut aliorum corporum cęlestium secundum eandem rationem speciei cū non communicent in materia. Et propter hoc non dicimus solem esse calidissimum, sicut ignem: sed dicimus solem esse aliquid amplius, scilicet quia in eo est virtus quædam excellentior ipso calore.

Considerandum vlterius est tertio secundum Philosophum & Doct. S. ibidem: quòd ista propositio. Prima causa est maxime vera: & est causa aliorum verorum. debet intelligi, quòd verum conuenit vtrisque formaliter & non solum virtualiter. Nā omnes res alię adeo non sunt verę vna veritate. s. ueritate Dei, sicut principio effectiuo & exemplari: sed sunt veræ multis veritatibus formaliter secundum Docto. S. in primo sententiarum. distin. 19. q. 5. arti. secundo. & in prima parte. q. 16. arti. 6. & de veri. q. 1. ar. quarto. & quæst. 27. articu. 1. ad septimum.

Sed contra hoc instabat discipulus. Nam si prima causa est illud: ex quo causatur verum in omnibus aliis rebus creatis: aut ergo illud verum, quod conuenit primę causę, & omnibus aliis rebus creatis vniuoce eis conuenit: aut non. non primum, quia sic necessarium esset scotizare, videlicet ponere aliquid vniuocum Deo & creaturis: si secundum, tunc probatio Philosophi ibi nulla erit, quia sicut in præcedenti notabili dictum est, prima propositio etiam ibi intelligitur in vniuocis, & non in æquiuocis solum. Si dicatur quòd sufficit quòd illud, quod producitur a causa in effectum, sit eis commune secundum commune nomen, & secūdum eandem rationem communem. Contra. Sol enim & ista inferiora conueniunt secundum nomen commune, & secūdum rationem cōmunem. videlicet secundū rationem entis, & tamen non vniuoce in eo conueniunt. Præterea. secundum Doct. S. ibidem. ad hoc quòd illa prima auctoritas habeat ueritatem in uniuocis, oportet ꝙ effectus perueniat ad similitudinem causę secundum eandem rationem speciei. ergo non sufficit, ꝙ cōueniant in ratione communi. dicendum ꝙ uerum quod dicitur de prima causa & creaturis conuenit deo & creaturis uniuoce.

Pro cuius declaratione considerandū est quarto, ꝙ aliquid prędicari uniuoce de pluribus potest intelligi dupliciter. Vno modo accipiendo uniuocationem proprie & stricte. uidelicet quando aliquid prædicatur secundum unum nomen & eandem rationē æqualiter participatam, & sic uerum non dicitur uniuoce de Deo & creaturis: sicut nec ens, ut innuit Philosophus in quarto metaphysicæ. & Doct. S. in primo libro contra gentiles. capitulo, 32. 33. & 34. Alio modo accipiendo

do vniuocationem large. videlicet pro analogia: ita tamen ꝙ ratio analogi cōueniat vtrique formaliter, & non solum virtualiter, & sic verum bene dicitur vniuoce de Deo & creaturis: hoc est non dicitur pure æquiuoce, nec pure vniuoce, sed analogicæ, & hoc sufficit ad vniuocationem, de qua loquitur Philosophus in secundo metaphysicæ.

Considerandum vlterius est quinto ꝙ si illud, quod causatur ab aliqua cā in aliquo tertio fuerit nomē speciei, oportet ꝙ tam cā quam illud tertium côueniant in causato secundum eandem rōnem specificā, ad hoc ꝙ prędicta prima auctoritas Philosophi habeat veritatē. verbi gratia. Ignis est causa caloris in vno tertio. s. in aqua, oportet ꝙ tam calor ignis quam calor aquæ conueniant secundum idem nomen caloris, & ſm eandem rationem specificam ipsius caloris, sed si illud, quod causatur ab aliqua causa in aliquo tertio sit nomen cōmune, & non nomen proprium alicujus speciei sufficit quòd tam causa quam illud tertium conueniant in ratione communi illius effectus. Cum ergo verū non sit nomē proprium alicuius speciei, sed se habeat communiter ad omnia entia, si illud quod est causa ueritatis in alijs, sit causa communicans cum effectu in nomine, & in ratione communi ipsius veri, sequitur ꝙ erit verissimum. Sed manifestum est, ꝙ prima causa, & creaturę conueniunt in nomine, & in ratione cō muni ipsius ueri, sicut conueniunt in nomine & in ratione communi ipsius entis, ideo ibi a Philosopho sufficiēter probatum est, quòd prima causa est verissima: quæ est causa omnium veritatum.

Ex quibus patet, ꝙ illa ꝑpositio Philosophi. s. Propter quod vnumquodque tale, & illud magis: potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd ibi sit aliquis terminus specialis & non transcendens: quem participant aliqua duo, & vnum participat ipsum per aliud, vt calor, qui est in aqua calida per ignem est in igne veriori modo, & verius habet esse in igne quam in aqua, & sic tenet propositio. Alio modo quòd sit terminus transcendens vt verum, quod est commune rebus materialibus, & immaterialibus, etiam Deo, & sic bene tenet, sed non sequitur. Veritas in rebus materialibus est intelligibilis a nobis propter primam ueritatem. ergo prima veritas est magis a nobis intelligibilis. Non enim valet consequentia, quia intelligibile a nobis est terminus specialis, & non est terminus transcedens & analogus. Et propter primam veritatem alia cognoscuntur, non sicut propter primum a nobis cognitum in ordine obiectorum, sed sicut propter primā uirtutis cognoscitiuæ causam, sicut etiam adductum est supra ad secundam & ad septimam instantiam discipuli.

Ex quibus etiam patet, ꝙ prædicta propositio tenet quando idem prædicatur de duobus per se ordinatis, quod inest eis vel formaliter, vel uirtualiter. vnde bene ualet. Aer est calidus propter solē. ergo sol est magis calidus, non quidem formaliter sed virtualiter, vel ista est vera secundum veritatem rei, non autem secundum veritatem prædicationis, ut probatum est in quinto metaphysicæ. quæstione vigesimaquarta, articulo 2. notabili. 3.

Considerandū vlterius est sexto. ꝙ ſm aliquos modernos expositores, sensus prædictæ propositionis est talis. Propter quod vnumquodque tale, & illud magis est tale: uel magis quam tale, & isto modo secundum eos etiam veritatem habet in prædicationibus essentialibus. vnde bene sequitur. sortes genitus est homo propter Platonem generantem. ergo Plato est homo vel magis quam homo. Sed ista expositio est minus decens, & est magis uoluntaria, quam consona intentioni Philosophi.

Considerandum vlterius est septimo, quòd elicitur ex uerbis Doctoris S. quòd prędicta propositio potest dupliciter intelligi: vno modo in per se

essentialiter ordinatis: alio modo in accidentaliter ordinatis, si secundum, sic non tenet, ut patuit ad quintam instantiam discipuli. Si vero primum: hoc est dupliciter. vno modo per se in genere causæ directę: alio modo per se in genere causæ reductiuæ, si secundum, sic tenet: vt patuit supra, ad secundam instantiam discipuli in fine. Si vero primum, hoc est dupliciter: vno modo in his, quæ sunt vnius ordinis, puta vnius ordinis causæ: alio modo in his, quæ sunt diuersorum ordinum. si secundum: sic non tenet: vt patuit supra ad secundam instantiam discipuli. Si vero primum, hoc est dupliciter. vno modo in causis extrinsecis: alio modo in causis intrinsecis. si secundum: sic non tenet formaliter loquendo, vt supra patuit in principio corporis articuli. Si uerò primum, hoc est dupliciter: uno modo in causis efficientibus: alio modo in causis finalibus, si secundum: sic tenet, vt patuit supra ad secundam instantiam discipuli, Si vero primum, hoc est dupliciter. vno modo in causis principalibus, alio modo in causis minus principalibus. si secundum, sic non tenet, vt patuit in principio articuli. Si vero primum, hoc est dupliciter, uno modo in causis æquiuocis, alio modo in causis uniuocis. si secundum: uel secundum idem nomen proprium, & secundum eandem rationem essentialem, & sic non tenet, ut supra patuit ad primam instantiam discipuli, & in primo, quarto & quinto notabili, uel secundum idem nomen commune, & sic etiam tenet ibidem. Si autem in causis ęquiuocis siue analogis. hoc est dupliciter: uno modo, quia res importata per prædicatum est diuersa in utroque, alio modo quia non est diuersa. si secundum, sic non tenet: ut supra patuit ad primam instantiam discipuli: Si uero primum hoc est dupliciter, uno modo quando unum est causa alterius essentiali ordine: alio modo accidentali ordine. si secundum: sic non tenet, ut patuit ad primam instantiam discipuli. Si uero primum, hoc est dupliciter, uno modo quando prædicatum est terminus specialis: alio modo quando prædicatum est terminus transcendens. si secundum sic tenet. Si uero primum: hoc est dupliciter, uno modo secundum formam eiusdem rationis; & sic non tenet. alio modo secundum formam alterius rationis, & sic tenet, ut patet per Doctor. San. in secundo sententiarum. distinctione uigesima septima, quæstione prima, articulo primo, ad primum. ubi sic ait. Aliter est in nominibus illis, quæ exprimunt formas generales, & quæ exprimunt formas speciales. Forma enim specialis, quæ informat aliquod subiectum, non informatur alia forma eiusdem rationis, sicut color non informatur colore, sed forte luce. Vnde non potest dici coloratus, sed forte clarus, nec similiter albedo colorata. Contingit autem quòd illud, quod est perfectio unius secundum unam rationem, sit perfectum ab alio secundum aliam rationem, sicut lux perficit colorem, & color perficit superficiem, & superficies corpus, cuius est terminus. Et ideo perfectio potest dici perfecta, & similiter in omnibus alijs, quę exprimunt perfectionem in communi: sicut est hoc nomen bonum. Et inde est, quòd uirtus, quę dicitur bonitas animæ secundum quòd perficit eam, etiam potest dici bona secundum quòd est perfecta a quodam alio in ordine ad finem, & regula rationis a quibus formam habet, & in speciem trahitur. hæc ille.

Ex quibus patet, quòd cum Doctor San. dicit in prima secundæ quæstione quinquagesima quinta art. 4. ad primũ. Et in de uirtu. quæstio. prima articu. 2. ad primum & ad septimum, quòd uirtus est bona seipsa, & non per aliam bonitatem, & in secundo senten-

tiarum ubi supra, quòd uirtus est bona alio, scilicet ordine, ratione, & mensura rationis, quòd in primo dicto loquitur de alietate reali, sed in secundo dicto de alietate rationis, sicut etiam lux est perfectio coloris, cum tamē color sit essentialiter lux secundum Arist. in libro de sensu & sensato, quia lux est tota hypostasis colorum. Et Doct. San. dicit in primo sententiarum distinct.15. quæstio.7. articu.primo, quòd color est lux incorporata. Vel potest dici quòd in primo dicto intelligit, quòd virtus non est bona alia bonitate formaliter & intrinsece, in secundo autem dicto intelligit, quòd virtus est bona originaliter & extrinsece ordine rationis. De formis autem transcendentibus patet, quod seipsas denominant secundum Doct. S. in potentia. quęstio. 9. articulo 7. circa finem.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum, quod licet motus localis non habeat calorem in se formaliter, habet tamen in se calorem virtualiter, siue in ipso est virtus quædam, uel aliquid excellentius ipso calore, vt in sole est lux, siue aliqua alia qualitas, quæ est principium caloris, & similiter in motu locali est uirtus, per quam est quodammodo primum omnium motuum.

Primum autem in unoquoque genere est principium, & per se causa omnium aliorum in illo genere, ut dicitur secundo metaphysicæ, vnde motus localis est per se causa cuiuslibet alterationis. Et quia calefactio est prima alteratio, sicut caliditas inter omnes qualitates alteratiuas est prima, ideo motus localis est per se causa caloris.

Ad secundum dicendum, quòd inter ea, quæ sunt eiusdem speciei, non est ordo essentialis, sed solum ordo accidentalis, nam secunda causa inquantum causat, non dependet à causa prima, licet dependeat à prima in fieri, non tamen in conseruari, vel in esse suo, vel in aliquo altero, filius enim potest causare mortuo patre, & præter intentionem eius, & sic in proposito illa propositio non habet ueritatem, vt patuit etiam ad primam & ad quintam instantiam discipuli.

Ad tertium dicendum sicut ad secundum. Ad quartum dicendum, quòd licet albedo non sit alba, habet tamen secundum modum prædicandi uel significandi aliquid perfectius albo in hoc quòd abstractum, quod significat per modum substantiæ, perfectius est quam concretum quod significat per modum alteri adiacentis, & sic bene sequitur, hoc album est album propter albedinem. ergo albedo est potior & excellentior ipso albo quantum ad hoc, quod dictum est, & logice. Sed hoc est secundum modum significandi & logice, sed non secundum rem, vnde hæc responsio non est ita consona intentioni Philosophi, vt dictum est in sexto notabili: licet prędicatio essentialis sit dignior denominatiua.

LECTIO VII.

De errore quorundam dicentium nullius rei esse scientiam, & est lectio septima Doct. S.

QVAESTIO XII.

quę habet articulos duos.

CONSEQVENTER considerandum est de erroribus aliquorum, qui proueniebant ex prædicta determinata veritate. Circa quod duo occurrunt consideranda, nam primo considerandum est de errore illorum, qui dicebant quòd nullius rei esset scientia.

Secundo de errore illorum, qui dicebant oppositum, uidelicet quód omnium rerum potest esse scientia & demonstratio.

Circa primum quæruntur duo. Primo utrum alicuius rei possit esse scientia. Secundo, utrum cognitio principiorum sit principium siue causa cognitionis conclusionis.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S. quibus quidam.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod nullius rei possit esse scientia, & hoc rationibus aliquorum antiquorum. Nam principia demonstrationis aut procedunt in infinitum, aut in eis est status. si primum igitur in eis non est accipere prima cum infinita non contingat pertransire, ut ad primum perueniatur: & ita non contingit primum cognoscere, & per consequens nihil contingit cognoscere, nam posteriora non possunt cognosci ignoratis primis: Si autem est status in principiis, oportet, ꝙ principia non sciantur, quia scire est aliquid cognoscere per demonstrationem, ut patet per primam diffinitionem demõstrationis. Prima autem principia non habent aliqua priora, per quæ possint demonstrari. ergo prima principia non sciuntur, & per consequens neque posteriora, & sic nullius rei erit sciẽtia.

2 Præterea. Si alicuius rei esset scientia, oporteret dicere, quod aliqua esset scientia, quæ non haberetur per demonstrationem. Sed consequens est falsum, cum scientia supra dictum est, sit habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus. Patet sequela, nam si aliqua conclusio scitur, necesse est & principia sciri, immo ea magis sciri quam conclusionem, ut supra probatum est: sed principia non sciuntur per demonstrationem. ergo aliqua sciuntur non per demonstrationem.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in textu ibi [Quibusdam igitur propter hoc, ꝙ oportet prima scire, non uidetur scienti am esse &c.]

CONCLVSIO.

Rñdeo dicendũ, ꝙ istud est quartum capĩm huius primi tractatus, in quo Philosophus remouendo unã opinionẽ falsam ponit unã conclusionem contra suppositum opinatum, ex qua sequitur conclusio responsiua ad quæsitum. Pro cuius declaratione considerandum est primo, quod supra ostensum est, quod oportet principia demonstrationis sciri, ideo quibusdam Philosophis uisum est, quod nullius rei possit esse scientia propter rationes adductas in principio articuli. Supponebant autem, quod omnis scientia haberetur per demonstrationem, cum ergo prima principia non possint demonstrari, dicebant, quod principiorum non est scientia, & per consequens neque conclusionum. Contra vero istud suppositum Philosohus adducit unam conclusionem, uidelicet quod non omnium est scientia per demonstrationem accepta, sed aliquorum uidelicet conclusionum est scientia per demonstrationem acquisita, aliquorum autem uidelicet primorũ principiorum est scĩa indemonstrabilis, quę quidẽ conclusio sic probatur secũdũ Philosophũ. Nam necesse est scire. i. certitudinaliter cognoscere priora ex quibus est demonstratio, quia ignoratis prioribus omnia alia ignorantur. sed talia contingit aliquando ad immediata reducere, aliter inter duo extrema, uidelicet inter subiectum & prædicatum essent infinta media actu, quod infra improbabitur, immediata autem cum sint priora, sunt indemonstrabilia. ergo necesse est aliquorum scientiam esse per demonstrationem, & aliquorum esse scientiam sine demonstratione. Ex quo sequitur conclusio responsiua ad quæsitum, uidelicet quod alicuius rei est scientia. nam principiorum est scientia sine demonstratione, cõclusionũ uero est scĩa per demonstrationem acquisita, ut dictum est. ergo alicuius rei est sciẽtia, aliter sequeretur, quod syllogismus demonstratiuus esset frustra, cum finis eius sit facere scire, ut in procemio hu-

ius

huius declaratum est. Sequeretur etiam quod genus studij esset inane, & quòd desiderium humanũ esset frustra, cum omnes homines natura scire desiderẽt, vt patet in principio metaphysicæ. Considerandum ulterius est secundo secundum Doctorem San. in litera sicut etiam supra quæst.1.art.1.dictum est, ꝙ scientia accipitur dupliciter, vno modo proprie.s. pro habitu conclusionis, pro vt distinguitur contra intellectum ut patet sexto ethicorum, & isto modo quælibet scientia habetur per demonstrationem. alio modo accipitur scientia communiter, non tamen communissime, sed communiter, videlicet pro omni certitudinali cognitione. Et isto modo necesse est, quod aliquorum sit scientia absque demonstratione, vt de principijs dictum est, quæ considerata vt principia sunt, demonstrari non possunt, aliter principiorum essent principia. Considerandum vlterius est tertio secundum Philosophum in textu, ꝙ non solum immediatorum principiorum est sciẽtia, immo eorum cognitio est principiũ quoddam totius scientiæ. Nam ex congnitione principiorum deriuatur cognitio conclusionum, quarum proprie est scientia. Ipsa vero principia immediata nõ per aliquod extrinsecum medium cognoscuntur, sed per cognitionem propriorum terminorum. Cũ ergo illud, quod est per se, sit causa & principiũ illius, quod est per aliud, rationabiliter dicitur, quod principia sunt causa cognitionis conclusionis, vt infra declarabitur. Hæc omnia Doctor San. in lectione.

S O L V T I O.

Ad primum igitur dicendum, ꝙ in principijs demonstrationis est status q̃ quidem sciuntur idest certitudinaliter cognoscuntur, cognitis terminis, & nõ per demonstrationem, non enim necesse est omnium esse scientiam per demõstrationem, ut declaratum est. Ad secũdum patet solutio in secundo notabili.

Vbi supra in Philosopho & Doct. S. potißime ibi, Hæc igitur sic dicimus &c.

A R T I C V L V S II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd cognitio principiorum non sit causa siue principium cognitionis conclusionum. Nam aut esset causa intrinseca, puta materia & forma, aut esset causa extrinseca. videlicet efficiẽs vel finis. non primum, quia non est pars ipsius conclusionis, cum medium non intrat conclusionem, neque secundum, quia sequeretur, quòd in mathematicis idem esset efficiens & finis, cum in eis sint principia demonstrationis certissima, quod est contra Philosophum, tertio metaphisicæ. ergo nullo modo prĩcipia siue præmissæ sunt causa cognitionis conclusionum.

2 Præterea. Illa qualitas, per quam aliquid agit producẽdo sibi simile est qualitas actiua. si ergo cognitio principiorum esset causa cognitionis conclusionũ, sequeretur, quod cognitio siue sciẽtia eorũ esset qualitas actiua, quod est falsum. ergo &c.

3 Præterea. Lumen intelligibile, & species intelligilis, & doctor exterior sunt causæ cognitionis conclusionum in discipulo. ergo non principia, siue ꝑmissæ.

O P P O S I T V M.

Sed contra est Philosophus vbi supra potissime circa finem lectionis dicens. Hoc igitur si dicimus non solum scientiam esse, sed principium scientiæ quoddam esse dicimus, inquantum terminos cognoscimus &c.

C O N C L V S I O.

Respondeo dicendum, quòd cognitio principiorum, siue præmissarum est causa cognitionis ipsarum conclusionum, quod patet secundum Doctorem Sanctum, in lectione, & secundum Philosophum elicitiue tali ratione. Nã sẽper illud, quod est per se, est causa il-

lius: quod eſt per aliud, vt patet ſecundo phyſi.& ſecundo metaphy. ſed principia cognoſcuntur per ſe, & non per aliquod medium extrinſecū, vt dictum eſt. ſed cognitis terminis immediate ſunt per ſe nota.concl'o vero cognoſcitur per aliud videlicet per principia.ergo cognitio principiorum eſt cauſa cognitionis concluſionum. Sed inſtabat diſcipulus.Nam illud cuius cognitio dependet ex prę exiſtēti cognitione, non cognoſcitur per ſe, ſed per aliud. ſed cognitione principiorum dependet ex præexiſtenti cognitione, videlicet, ex cognitione intellectiua terminorum. vt ſupra conceſſum eſt. ergo principia non cognoſcuntur per ſe: quod eſt contra prædicta. Dicendum ad minorem: quod licet cognitio principiorum dependeat ex præexiſtenti cognitione incomplexa, videlicet ipſorum terminorum, non tamen fit ex præexiſtenti cognitone complexa, quæ videlicet acquiritur per diſcurſum. Conſiderandum eſt autem hoc primo pro ampliori declaratione prædictæ concluſionis ſecundum Doct.S.in prima parte.quęſtio. antepenultima, articulo primo, quod effectuum, qui ſunt ab exteriori principiò, quidam ſunt ab exteriori principio tantum, ſicut forma domus cauſatur in materia ſolum ab arte artificis: alij vero ſunt, qui quandoque ſunt ab exteriori principio, & quandoque ab interiori, ſicut ſanitas quandoque cauſatur in infirmo ab exteriori principio, ſcilicet ab arte medicinæ: quandoque vero ab interiori principio, videlicet cum aliquis ſanatur per virtutem naturalē. Scientia autem eſt de numero illorum effectuum, qui fiunt quādoq; ab exteriori, & quandoq; ab interiori principio.Cauſatur autem ſcientia concluſionis in diſcipulo quandoque per inuentionem ab interiori principio, videlicet a lumine naturali intellectus agentis: quandoque vero cauſatur in eo per acquiſitionem ab exteriori principio, videlicet a magiſtro docente, & proponente diſcipulo ordinem principiorum ad concluſionem.Conſiderandum vlterius eſt ſecundo ſecundum eundem ibidem, quod quando aliquis effectus fit tam a principio exteriori quam interiori, tunc principium exterius non operatur ſicut principale agens, ſed ſicut principium coadiuuans principale agens, quod eſt principium interius, videlicet confortando ipſum & miniſtrando ei inſtrumēta & auxilia, quibus vtat̄ ad effectum producendum, ſicut ars medicinę confortat naturam. Vnde ars medicinæ non operatur tanquam principale agens, ſed tanquam principium coadiuuans ipſam naturam confortando. Cum igitur ſcientia ſit a magiſtro tanquam ab exteriori principio, & a lumine naturali intellectus agentis tanquam a principio interiori, relinquitur quod magiſter docens erit principium coadiuuans, & non principale agens. Ipſum vero lumen intellectus agentis erit agens principale, principia vero ſiue pręmiſſæ erunt cauſæ inſtrumentales cognitionis ipſius concluſionis in diſcipulo. Species vero intelligibilis erit principium, quo formatur conceptio concluſionis, cuius ſigna ſibi proponuntur exterius, ex quo patet ſolutio ad tertium argumentum.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum: quod duplex eſt efficiens ſcilicet reale, quod quidem agit per naturalem tranſmutationem, ſiue per motum phyſicum: & efficiens rationis. Licet ergo in mathematicis non ſit efficiens primo modo dictum. bene tamen eſt ibi efficiens ſecundo modo: præmiſſę autem demonſtrationis non ſunt huiuſmodi principia realia, ſed rationis: vnde non ſequitur. Vel dicendum ſecundum Doct.S. in tertio metaphyſicę, lectio. quarta.quod licet in mathematicis quantum ad formalem rationem conſiderandi nō ſit efficiēs & finis, cū talis cōſideratio abſtrahat ab omni motu, tamen

realiter

realiter in eis est efficiens, cum in eis reperiatur bonum. Vel dicendum: quòd licet abstrahant ab omni motu physico siue naturali, ñ tamẽ abstrahũt ab omni motu metaphysico, qualis est motus a principijs ad conclusionem. Ad secundum dicendum secundum Doct.S. in prima parte vbi supra ad secundum, quòd duplex est qualitas, per quã agens agit. Nam quædam est, per quam agens agit per modum agentis naturalis, & talis dicitur qualitas actiua. Alia est qualitas, per quam agens dirigitur in operando, & talis non semper est qualitas actiua, vt accidit in proposito de scientia. Magister enim docens non causat scientiam in discipulo per scientiam principiorum per modum agentis naturalis, vt Commentator obijcit: sed est principium quo aliquis dirigitur in operando. Vnde non oportet, quòd sciẽtia sit qualitas actiua, sed est principium, quo aliquis dirigitur in docendo: sicut agens naturale est principium, quo aliquis dirigitur in operando. Ad tertium patet solutio ex dictis in secundo notabili.

LECTIO VIII.

De errore dicentium, omnium rerum posse esse scientiam. & est lec.8.Doct.S.

QVAESTIO XIII.

quę habet articulos duos.

DEINDE oportet considerare de alio errore philosophorum, qui propter demonstrata dicebãt, omnium rerum esse scientiã etiam per demonstrationem, quia secundum eos demonstratio circularis erat possibilis. Circa quod quæruntur duo. Primo vtrum demonstratio circularis sit possibilis. Secundo vtrum syllogismus circularis sit possibilis.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S.

Circulo quoque.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd demonstratio circularis sit possibilis. Nã syllogismus circularis est possibilis, vt patet secundo posteriorũ, cum ergo demonstratio sit syllogismus; videtur quòd pari ratione demonstratio circularis sit possibilis.

2 Præterea. Effectus potest demõstrari per causam. & causa per effectum: vt infra probabitur. ergo demõstratio circularis est possibilis.

3 Præterea. Illud quod est notum per aliud, potest probari per illud. aliud ergo pari ratione illud, quod est notum per se potest probari per se. sed cõstat aliquam propositionem esse per se notam. ergo talis propositio poterit per se ipsam probari, & per consequens non erit inconueniens idem demõstrari per idem. & sic demonstratio circularis erit possibilis.

4 Præterea. Idem potest esse causa, & effectus: vt patet secundo physicorum de deambulatione post cęnam respectu sanitatis. ergo idem potest esse notius & ignotius: prius & posterius respectu eiusdem. & sic demonstratio circularis erit possibilis.

5 Præterea. Illa demonstratio, qua vere vtitur philosophus, est possibilis. sed demonstratio circularis est huiusmodi. vt patet per Philosophũ in hoc primo libro lec. 14. & per Doc.S. ibidem: vbi sic ait. [Videtur autem quòd Arist. vtatur demonstratione circulari, quam supra improbauit. ostẽderat enim supra quòd demonstratio est necessariorum ex hoc quòd est eorum, quę sunt per se. Nunc autem econuerso ostendit, quòd demõstratio est eorum, quæ sunt per se, quia est necessariorum.] hæc ille. igitur &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in textu dicens. [Circulo quoque quòd impossibile sit demonstrare manifestum est.]

CON-

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quòd istud est quintum capitulum & vltimum huius modi primi tractatus, in quo philosophus remouendo errorem quorundam Philosophorum dicentium, omnium esse scientiam per demonstrationem, videlicet circularem, ponit tantum vnā conclusionem, quæ est responsiua ad quæsitum. uidelicet quòd circulo demōstrare est impossibile, quam conclusionem probat philosophus tribus rationibus, quarum prima talis est. Nam si demonstratio circularis esset possibilis, sequeretur quòd idem esset prius & posterius, notius & ignotius respectu eiusdem: eodem modo & simpliciter. sed cōsequens est impossibile. ergo & illud ex quo sequitur. patet sequela. Nam principium demonstrationis est prius & notius ipsa conclusione, ut ex supradictis patet. In syllogismo autem circulari idem est principium & conclusio, quia quod in primo discursu accipitur pro principio, in secundo discursu accipitur pro conclusione, & est conclusio eius. ergo principium erit notius conclusione in primo discursu, & ignotius in secundo discursu cum cōclusio primi discursus efficiatur principiū in secundo discursu. Secunda ratio est talis. Nam si demonstratio circularis esset possibilis, sequeretur, quòd idem demonstratiue probaretur per idem. sed consequens est inconueniens, quia isto modo tam sciens quàm ignorans faciliter demonstraret, & syllogismus demonstratiuus nō esset generatiuus scientiæ. probatio consequentiæ. Nam quando tertium sequitur ad secundum, secūdum, quòd secundum sequitur ad primum, necessario tertium sequitur ad primum, quia quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ sequitur etiā ad eius antecedens, ut patet per Philos. in 1. prio. vnde bene sequitur, si hoc est homo, est rationale, sed si est rationale, est risibile. ergo si est homo est risibile. Si igitur ad principiū sequitur cōclusio, & ad eādem conclusionem sequitur idē principium circulariter, tunc idem principium sequitur ad ipsum principium, & sic idem demonstrabitur per idem, quod fuit probandum. verbi gratia. Si ad a.i. ad hominem, sequitur. b. i. rationale, & ad b.i. ad rationale, sequitur. c.i. risibile, necesse est quòd ad.a.i. ad hominem sequatur. c.i. risibile. vt patet per regulam prioristicam adductam. Similiter si ad a. i. ad principium, sequitur. b. i. conclusio, & ad b.i. ad conclusionem. sequitur. a. i. principium per demonstrationem circularem. & ponatur vltimum a. in loco tertio. videlicet loco ipsius. c. necesse est quòd. a. i. ad principium, sequatur. a. i. ipsum principium per eandem ~~regulam~~, sicut ad. a. sequebatur. c. Tertia ratio talis. Nam si omnia possūt demonstratione circulari demonstrari, sequitur quòd in tali demōstratione posset concludi vtraque præmissarum. hoc autem uniuersaliter est falsum, quia hoc solum potest fieri, dummodo termini sint conuertibiles, ut patet in secundo priorum, sicut in sequenti artic. declarabitur. sed manifeste constat, quòd nō omnes propositiones componuntur ex terminis conuertibilibus. ergo vanum est propter hoc dicere, quòd omnia possunt demonstratiue sciri per demōstrationem circularem.

Considerandum autem est hic primo pro ampliori declaratione præsentis conclusionis secundum Doct. San. in præsenti lectione, quod syllogismus circularis dr̄ quando ex conclusione, & altera præmissarum conuersa concludit reliqua præmissa, sicut si fiat talis syllogismus. omne animal rationale est risibile, sed omnis homo est animal rationale. ergo omnis homo est risibilis. Assumatur igitur conclusio tanquam pręmissa, siue principium, & adiungatur ei minor, & inferatur maior hoc modo. omnis homo est risibilis. omne animal rationale est homo, sequitur ergo omne animal rationale est risibile: quę erat maior primi syllogismi.

Considerandum ulterius est secundo quod demonstrationem circularem esse

esse possibilem potest intelligi dupliciter. Vno modo uariando demonstrationis genus, id est, mutando demonstrationem quia est in demonstratione propter quid, & econuerso, & isto modo demonstratio circularis est possibilis. Alio modo seruãdo idem genus demonstrationis, videlicet propter quid, & isto modo demonstratio circularis est impossibilis, potissime in eodem genere causę.

Considerandum vlterius tertio, ꝙ prędictus primus modus demonstrandi uidelicet variando demonstrationis genus, non est proprie circularis, quia demonstratio dicitur metaphorice circularis, ad similitudinem figuræ circularis, ad quam requiritur, quod fiat processus vniformis, videlicet ab eodem puncto ad idem punctum. Quando vero variatur genus demonstrationis vel genus causæ non obseruatur vniformitas. Vnde talis demonstratio non dicitur circularis proprie loquendo. Simpliciter igitur & proprie loquendo dicendum est quod demonstratio circularis nullo modo est possibilis.

SOLVTIO

Ad primum igitur dicendum negando consequentiam, quia idem potest esse magis probabile, & minus probabile apud diuersos. Syllogismus igitur probabilis siue dialecticus procedit ex probabilibus, iõ syllogismus circularis est possibilis, non autem demonstratio circularis, quia demonstratio ut dictum est proprie loquendo procedit ex prioribus & notioribus simpliciter respectu eiusdem, etiam apud diuersos: vt patet in seqũeti articulo ad primum: unde nõ est simile. Ad secundum patet solutio ex dictis in secundo & tertio nota. Ad tertium dicendum negando consequentiã, quia probatio importat discursum: discursus autem non est eiusdem ad seipsum, sed est de uno ad aliud, ideo illud, quod est notum per aliud, potest ꝓbari per illud aliud: non tamen illud, quod est notum per se, potest probari per se. Ad quartum dicendum sicut ad secundum. Ad quintum dicendum secundum Doc. S. ibidem: quod supra. s. lec. 13. ostendit Arist. demonstrationem esse, necessariorum non solum propter hoc, quod est eorum quæ sunt per se, sed etiã ex diffinitione eius: quod est scire. & hic fuit uerus demonstrationis modus. Quod autem ostendit demonstrationẽ necessariam esse propter hoc ꝙ est eorum, quæ sunt per se, non est uera demõstratio, sed est ostensio ad hominem, apud quem notum est, quod demonstratio sit eorum, quę sunt per se. Hęc ille.

Vbi supra in Doc. S. & pręcipue ibi, ex his autem apparet &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd syllogismus circularis non sit possibilis. Nam syllogismus differt ab inductione, ut patet per Philosophum in proœmio huius ex eo quòd syllogismus procedit ex notioribus simpliciter, inductio vero ex notioribus nobis. Si igitur syllogismus circularis esset possibilis, sequeretur ꝙ idẽ esset notius & ignotius: causa & effectus, prius & posterius: simpliciter & respectu eiusdem, sicut probatum est de demonstratione circulari: sed hoc est inconueniens, ut concessum est. ergo syllogismus circularis non est possibilis.

2 Præterea. Quando idem probatur per idem causatur fallacia petitionis principii, ut patet primo elenchorum. sed in syllogismo circulari idem probatur per idem. ergo talis syllogismus est sophisticus & non verus. & sic idẽ quod prius.

3 Præterea. Si sic, aut talis syllogismus fieret in omni figura, aut in aliqua tantum. non est dicendum primum, ut patet per Philosophum secundo priorum. & per Doct. San. in præsenti lectione. neque etiam est dicendum secundũ, quia non est maior ratio, quòd possit fieri in una figura magis quàm in alia, uel detur talis differentiæ ratio. ergo talis syl-

logismus

logismus non est possibilis.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in secundo priorum.& Doc.S. in præsenti lectione ibi. Ex his igitur apparet, quod dialecticus syllogismus potest eē circularis. procedit enim ex probabilibus & ex his quæ sunt magis nota nobis.]Contingit enim idem esse magis, & minus notum apud diuersos.hæc ille.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quòd syllogismus circularis est possibilis, vt patet secundo priorum.quod sic probatur secundum Doc. San.Nam ex conclusione cum altera pręmissarum conuersa, potest concludi reliqua. ergo syllogismus circularis est possibilis. patet consequētia per locum a diffinitione ad diffinitū. Nam syllogismus circularis, vt dictum est in præcedenti articulo secundum Do.S.dr̄ processiuus syllogismus,in quo ex cōclusione & cōuertente vnius pręmissarū infert altera p̄missa.antecedens probatur.Nam ex conclusione istius syllogismi,omne animal rationale est risibile.omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis. cum conuertente minoris potest inferri maior in barbara sic syllogizando. omnis homo est risibilis; omne animal rationale est homo: ergo omne animal rationale est risibile. Ista autem conclusio erat maior processus primi,vt etiam in præcedenti articulo exemplificatum est. Ex quo patet, quòd ipsius syllogismi circularis est duplex processus,unus a præmissis ad conclusionem, secundus a conclusione ad alteram præmissarum.

Considerandum autem est hic primo quod syllogismus circularis habet fieri in terminis conuertibilibus, aliter præmissa vniuersalis affirmatiua nō posset circulariter concludi, quod est contra Philosophum secundo Priorum. quod sic patet.Nam aut ambæ præmissæ sunt vniuersales:aut alia particularis: quia ex puris particularibus nihil sequitur.Si secundum sic conclusio erit particularis per unam regulam prioristicā, videlicet si vna præmissarum est particularis, conclusio debet esse particularis.cuius ratio est, quia extremitates syllogismi vniuntur in conclusione virtute vnionis earum cum medio in præmissis. sed cum aliqua præmissarum est particularis, & alia uniuersalis, extremitates vniuntur cum medio particulariter tantum, quia quamuis vna earum vniatur cum medio vniuersaliter, alia tamen unitur particulariter solum cum ipso medio.ergo tales extremitates solum particulariter in conclusione debent uniri. Item in tali dispositione præmissa vniuersalis & præmissa particularis, se habent sicut causa uniuersalis & causa particularis effectiua in naturalibus:sed in naturalibus effectus magis assimilatur causæ particulari, quàm uniuersali. ergo similiter in prædictis conclusio magis debet assimilari præmissæ particulari quàm vniuersali. Ex conclusione enim particulari cum conuertente præmissa particulari non potest concludi uniuersalis:ut patet per regulam eandem. Si autem primum, tunc nulla pręmissarum poterit conuerti in uniuersalem,nisi constituatur ex terminis conuertibilibus. conuertetur ergo per accidens in particularem, quæ conuertens cum conclusione nō poterit inferre uniuersalem propter rationem iam dictam & assignatam. Patet ergo quod syllogismus circularis debet esse ex terminis conuertibilibus ad concludendum circulariter præmissarum uniuersalem affirmatiuam.

Considerandum vlterius est secundo quod in modis concludentibus conclusionem negatiuam, præmissa affirmatiua non potest circulariter syllogizari, quia conclusio negatiua nunquam poterit accipi pro præmissa ad concludendum affirmatiuam, quia si vna pręmissarum est negatiua conclusio erit negatiua,ut patet per unam regulam prioristicam.Cuius ratio est, quia unio uel separatio extremitatum in conclusione sequitur propter unionem uel separationem earum in præmissis, sed quando

una

præmissarum est affirmatiua, & alia negatiua, duę extremitates separantur ab inuicem per hoc, quod una coniungitur cum medio in præmissa affirmatiua; & alia separatur a medio in præmissa negatiua. ergo oportet ipsas extremitates separari ab inuicem in conclusione. ergo quandocunque aliqua præmissarum est negatiua oportet conclusionem esse negatiuam.

Ex puris etiam negatiuis nihil sequitur, quia propter separationem aliquorum extremorum ab uno tertio non sequitur separatio eorum inter se, sicut propter separationem hominis & risibilis a lapide non sequitur separatio hominis & risibilis ab inuicem. sed quando præmissæ sunt ambæ negatiuæ, denotatur ibi separatio duarum extremitatum ab uno tertio, scilicet a medio. ergo non sequitur separatio duarum extremitatum inter se. ideo ex puris negatiuis nunquam formaliter sequitur aliqua conclusio, nec in aliqua figura potest ex eis fieri bonus syllogismus. Ex conclusione igitur negatiua cum altera præmissarum negatiua non potest concludi præmissa affirmatiua. Ex quo patet, quod in secunda figura non potest aliqua præmissa affirmatiua syllogizari circulariter, quia omnes eiusmodi concludunt conclusionem negatiuam.

Considerandum ulterius est tertio, quod in modis concludentibus conclusionem particularem non potest circulariter concludi præmissa uniuersalis, quia in syllogismo circulari, ut dictum est. conclusio accipitur pro una præmissarum: præmissa autem particularis non potest inferre uniuersalem per regulam supradictam in primo notabili, quia si una præmissarum erit particularis necesse est cõclusionẽ esse particularem. Ex quo patet, quod in tertia figura non potest circulariter concludi uniuersalis, quia omnes modi eius concludunt particulariter. Patet etiam ex prędictis, quod uniuersalis affirmatiua non potest circulariter concludi nisi in primo modo primæ figuræ. Non enim põt concludi in celarent, aut in modis secundæ figurę, quia est affirmatiua, neque in darii, uel ferio uel in aliquo modo tertiæ figuræ, quia est vniuersalis.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum: quod syllogismus dicitur procedere ex notioribus simpliciter, quia procedit ex notioribus secundum intellectum, cum procedat ex uniuersalibus non autem quia procedat ex notioribus simpliciter, idest ex notioribus secundum materiam. inductio uero procedit ex notioribus sensui, cum procedat ex singularibus. unde non est secundum idem simpliciter secundum Docto. Sanct. in secundo huius lect. 12. co. prima in principio. ubi sic ait. Quia uidemus esse quandam generationem in his, quæ circulo generantur, in his etiam contingit obseruari hoc, quod supradictum est, scilicet quod syllogizetur a posteriori, si hoc modo accipiantur termini demonstrationis quod medium & extremi termini se inuicem consequantur: quia in his quæ sic generantur, est quædam conuersio circularis, dum, scilicet a primo generato deuenitur ad ultimum, & ab ultimo reditur ad primum non idem numero, sed idem specie, ut patet in secundo de generatione. & ita non sequitur, quod idem numero sit prius & posterius effectus. & causa. Et hoc ipsum competit progressui demonstrationis, eo quod in præsenti dictum est quod quandoque conclusiones conuertuntur vt ex eis, scilicet syllogizentur aliqua præmissarum. hoc enim est circulo demonstrare. Quod quamuis non competat, si omnino sit unũ & idem, quod prius fuit conclusio, & postea est principium respectu eiusdem numero, ne sit notius & minus notum, si tamen non sit omnino idem, sicut accidit in his, quæ circulo generantur, nullum inconueniens est. Hęc ille. Idem dicit lec. 14. in principio.

Ad secundũ dicẽdũ, ꝙ nihil prohibet eũ

dem

dem syllogismum esse dialecticum quo ad nos, sophisticum simpliciter, sicut etiam secundum Doc.S. in prima parte. q.58.ar.7.ad tertium, quòd aliquid cognoscatur per duo media, quorum unũ est perfectius, & aliud imperfectius nihil repugnans habet, sicut ad eandem conclusionem habere possumus & medium demonstratiuum, & dialecticum. hæc ille. de quo etiam ad longum disputatum est in quæstionibus fallaciarum. Ad tertium dicendum, quod syllogismus circularis potest fieri in omni figura, sed diuersimode. in prima enim figura potest concludi circulariter tam affirmatiua quàm negatiua, tam uniuersalis quàm particularis. sed in secunda figura potest concludi circulariter negatiua tantum. in tertia vero figura potest concludi circulariter tantum particularis.

LECTIO IX.

De dici de omni, & dici de nullo. & est lect. nona San. Doct.

QVAESTIO XIIII. *quæ habet articulos duos.*

Consequenter considerandum est de his quibus demóstrator dirigitur, & utitur in sua demonstratione. Circa quod quatuor occurrunt consideranda. Primo considerãdum est de dici de omni, & de dici de nullo. Secundo de modis perseitatis. Tertio considerandum est de ipso vniuersali. Quarto considerandum est de erroribus, qui contingere possunt in assignatione ipsius uniuersalis. Circa primum quæruntur duo. Primo utrum diffinitio ipsius de omni sit in textu a Philosopho bene assignata. Secundo vtrũ ad ipsum de omni requiratur tam vniuersalitas suppositorum quàm uniuersalitas temporum.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S. Quoniam autem impossibile.

ARTICVLVS I.

AD primũ sic ꝓceditur. Vr q̃ diffõ ipsius de omni nõ sit sufficiẽs ĩ qua dicitur. De omni est quod quid est inest, non in quibusdam quidem sic, & in quibusdam quidem non, neque aliquãdo q. dem sic, & aliquando quidem non: sed de omni, & per se semper. Nam ista propositio est de omni, omnis homo currit: cum nihil sit subsumere sub subiecto, de quo non denotetur uerificari prędicatum, & tamen prædicatum non conuenit semper subiecto. non enim omnes homines semper currunt. ergo ista diffinitio non est sufficiens.

2 Præterea. Ista diffinitio conuenit alijs a diffinito. ergo non est sufficiens, probatio antecededentis. Nam conuenit his quæ dicuntur per se, quia illud quod dicitur per se conuenit subiecto pro omni supposito eius & semper: sed de omni & per se differunt, vt dicitur hic in textu Philosophi. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in textu dicens. De omni quidem igitur hoc dico, quod vtique est, non in quibusdam quidem sic, in quibusdam autem non, neque aliquando quidem sic &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quòd iste est secundus tractatus primi libri posteriorum, in quo Philosophus summarie determinat de his, quibus demonstrator dirigitur, & quibus utitur in sua demonstratione. qui quidem tractatus continet in se quattuor capitula. in primo capitulo determinat philosophus de dici de omni posterioristico. in secundo vero capitulo quod incipit ibi. [per se autem &c.] determinat de modis perseitatis. in tertio autem capitulo. quod incipit ibi. [vniuersale dico &c.] determinat de vniuersali posterioristico, siue de secundum quod ipsum, uel primo.

sed

sed in quarto capitulo quod incipit ibi. [Oportet autem non latere &c.] determinat de quibusdam erroribus, qui contingere possunt in assignatione ipsius uniuersalis posterioristici. Primum ergo capitulum continet solum vnam conclusionem, quæ est responsiua ad quæsitum. uidelicet quòd prædicta diffinitio ipsius dici de omni, est bene assignata, quam conclusionem probat Philosophus à signo. Nam non fertur instantia contra diffinitionem, vel contra probationem aliquam, nisi quia deficit aliquid quod per diffinitionem importatur & significatur, sed dum quæritur, utrum aliquid prædicetur de omni, dupliciter fertur instantia. uidelicet uel quia in quodam eorum, quæ continentur sub subiecto, non inest prædicatum. uel quia aliquando non inest. ergo signum est, quòd de omni utrunque prædictorum requiritur; quæ per diffinitionem eius importantur. ergo prædicta diffinitio est bene assignata. vel sic. Nam nos non inferimus instantiam contra propositionem uniuersalem, nisi uel quia prædicatum non inest alicui supposito subiecti, uel quia prædicatum non semper inest subiecto. & ideo est signum, quòd de omni posterioristico utrunque imponat. Considerandum autem est hic primo secundum Philosophum in textu, quod quia illud quod scitur, impossibile est aliter se habere, ut patuit per diffinitionē ipsius scire: ideo illud quod scitur per demonstrationē, debet esse necessarium, sed necessarium sciri nō potest demonstratiue, nisi ex necessariis, ut infra probabitur. ergo oportet demonstrationem ex necessariis procedere. Et ideo nūc determinandum est, ex quibus & qualibus necessariis procedunt demonstrationes. primo determinando quid intelligendum est per dici de omni, & quid per se, & quid per secundum quod ipsum, vel primo.

Considerandum ulterius est hic secundo secundum Doctorem S. in lec. ꝙ tria prædicta sunt idem secundum rem, sed differunt secundum rationem, sicut superius & inferius: habent enim se ad inuicem ex additione. Nam omne quod prædicatur primo, siue ſm quod ipsum prædicatur per se, & de omni, sed non econuerso: & omne quod prædicatur per se, prædicatur de omni, sed non ecō uerso. sic ergo se habent in ordine adinuicem, sicut homo & animal, & corpus animatum. Ista enim est de omni, sed non per se, videlicet omnis homo est in loco. & ista est per se, sed non secūdum quod ipsum, videlicet omnis homo est substantia. ex quo patet ordo & numerus trium prædictorum.

Considerandum vlterius est hic tertio secundum eundem ibidem, quòd aliquid dicitur prædicari de omni per comparationem ad ea quę sunt sub subiecto. Tūc enim aliquid prædicatur de omni, quando nihil est subsumere sub subiecto, de quo non dicatur prædicatum, vt patet primo priorum. sed per se dicitur aliquid prędicari per cōparationem ad ipsum subiectum, quia subiectum ponitur in eius diffinitione, vel econtra: vt infra patebit. Aliquid vero videtur primum, siue secundum quod ipsum prædicari de altero per comparationem ad ea, quæ sunt priora subiecto, & sunt continentia ipsum subiectum, nam risibile dicitur de sorte non primo, quia prius prædicatur de homine.

Considerandum vlterius est hic quarto secundum eundem ibidem, quod de omni, vt hic sumitur, addit supra de omni prout sumitur in primo libro priorum. Nam in primo libro priorum accipitur de omni communiter, videlicet vt vtitur eo dialecticus & demonstrator. & ideo ibi non ponitur in eius diffinitione, nisi, ꝙ prędicatum insit cuilibet eorū, q̄ continentur sub subiecto. Quod contingit dupliciter, vel vt nunc idest in aliquo tempore, & sic eo vtitur quandoque dialecticus. vel simpliciter, idest quantum ad omne tempus, & sic solum eo vtitur semper demonstrator. ideo in diffinitione ipsius de omni Philosophus duo po

nit.

nit. Quorum vnum est, quod nihil sit sub sumere sub subiecto, de quo non verificetur prædicatum, quod significat per hoc quod dicit. [Non in quodã sic, & in quodam non.] Aliud est: quod non sit accipere aliquid tempus, in quo prædicatum non conueniat subiecto pro quolibet eius supposito, quod quidẽ designatur per hoc ꝙ dicitur. [Nec aliquando sic, & aliquando non.]

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod illa propositio est bene de omni prioristico, non autem posterioristico, de quo est hic solum ad propositum. Quid autẽ sit dici de omni prioristico, in sequenti articulo plenius declarabitur. Ad secundum dicendum, quod de omni & per se differunt secundum rationem, sicut dictum est in secundo notabili: quia per se est inferius, & se habet ex additione ad de omni, vnde continetur sub de omni, sicut contentum sub diffinito: vnde non sequitur, quod dicta diffinitio conueniat alijs a diffinito, sed magis sequitur, ꝙ si non conueniret his, quæ sunt per se, ꝙ non conueniret omni contento sub diffinito.

Vbi supra in Doc. S. impertinenter.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod ad de omni non requiratur vniuersitas suppositorum & temporum. Nam hæc propositio est de omni. homo est risibilis: cum prædicatum conueniat omni supposito subiecti & semper. & tamen non est vniuersalis: sed indefinita. & sic in ea non est vniuersalitas suppositorum. ergo &c.

2 Præterea. Hæc propositio est de omni. omnis homo est bonus: cum sit propositio vniuersalis & affirmatiua, vt patet primo priorum. & tamen ibi non est vniuersalitas temporum, quia prædicatum non conuenit necessario subiecto pro qualibet dña temporis. ergo &c.

3 Præterea. Ista propositio est per se, homo est animal: cum prædicatum sit de diffõe subiecti, vt infra patebit. ergo est de omni, quia vt concessum est, omnis propositio per se est de omni: & tamen est ibi vniuersalitas suppositorum, cum ista propositio non sit vniuersalis. ergo ad de omni non requiritur vniuersalitas suppositorum.

4 Præterea. hæc propositio est de omni. omnis homo currit. & tamen est aliquid sumere sub subiecto. de quo non dicitur prædicatum, quia ibi, currit, non verificatur de Adam, vel de Antechristo. ergo &c.

5 Præterea. In ista propositione. omnis equus currit. est dici de omni, & tamen est aliquid sumere sub subiecto, de quo non dicitur prædicatum: quia potest sumi sub equo pes, vel caput, de quo non dicitur cursus. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus hic in textu: qui per diffinitionem de omni, quam ponit innuit vniuersalitatem suppositorum, cum dicit. [Non in quodam quidem sic & in quodam non:] & vniuersalitatem temporum, cum dicit. [Et non aliquando quidem sic: aliquando non &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo. dicendum quod ad dici de omni posterioristicum requiritur tã vniuersalitas suppositorum quam vlitas temporum. cuius ratio est quia ad ipsum (vt per eius diffinitionem patet) requiritur quod prædicatum conueniat subiecto pro omni supposito eius, ergo ad ipsum requiritur vniuersalitas suppositorum. & similiter ad ipsum requiritur, ꝙ prędicatum cõueniat subiecto semper, & pro qualibet differentia temporis. ergo ad ipsum requiritur vniuersalitas tẽporum. vniuersalitas autem suppositorum dicitur esse, quando prædicatum cõuenit subiecto pro quolibet eius supposito, sed vniuersalitas temporum dicitur esse, quando prædicatum conuenit subiecto, & eius suppositis semper & pro qualibet differentia temporis.

Considerandum autem est hoc primo pro ampliori declaratione prædi-

ctorum

ctorum, quod triplex est vniuersalitas: nam quædam est vniuersalitas secundum modum enunciandi tantum.s.quando prædicatum ostenditur conuenire omni supposito subiecti per signum vniuersale, & tamen realiter sic ei non conuenit, vt hic.omnis hō est bonus: omnis hō est albus: & sic de similibus. Alia est vl̄itas suppositorum, secundum rem significatam tantum.s.qn̄ prædicatum realr cōuenit omni supposito subiecti, & tn̄ ibi nō ostenditur cōuenire secundū modum enunciandi pro omni supposito p̄ signū vniuersale.vt hic. homo est rationalis: hō est risibilis: & sic de similibus. tertia vniuersalitas est vl̄itas suppositorum secundum modum enunciandi, & s̄m rem significatam simul.s. qn̄ prædicatum per signū vl̄e denotatur inesse cuilibet supposito subiecti, & realiter, sicut denotatur sibi conuenire, ita ei cōuenit, vt omnis homo est risibilis.

Considerandum vlterius est secundo ꝙ duplex est dici de oī, videlicet prioristicum & posterioristicū. dici de omni prioristicum est, qn̄ nihil est subsumere sub subiecto, de quo non dicatur prædicatum. & ad ipsum sufficit & requiritur necessario vniuersalitas suppositorum s̄m modū enunciandi tm̄, & non secundum rem significatam, neq; vl̄itas tēporū, sed dici de oī posteristicū est illud quod hic diffinitū est, & ad ipsum sufficit & requiritur necessario vniuersalitas suppositorum secūdum rē significatā, & vl̄itas temporū. Ex quo patet ꝙ hic est dici de oī prioristicum & non posterioristicū. oīs homo est bonus.sed hic est dici de oī posterioristicum & nō prioristicū.hō est risibilis. hic aūt est dici de oī vtroque mō.oīs hō est risibilis.

Cōsiderandū vlterius est tertio ꝙ dici de oī est conditio prędicati in ordine ad subiectū: dici seu prædicari est conditio prædicati & non subiecti. Et licet esse in toto, siue ipsa distributio sit conditio subiecti quod distribuitur, tamen dici de omni seu prædicari de subiecto distributo est conditio prædicati. & per hoc differunt dici de omni & esse in toto, eo ꝙ dici de omni importat habitudinem prædicati ab subiectum, & ad supposita subiecti, & est conditio prædicati.sed esse in toto, est cōditio subiecti in ordine ad prædicatum, quia subiectum est in prædicato, sicut pars subiectiua est in suo toto vniuersali.

Sed instabat discipulus. nam hic Philosophus non determinat de dici de nullo. ergo pari ratione non debet determinare de dici de omni. Dicendum, ꝙ oppositorum eadem est disciplina.ideo per oppositum ad dici de omni, poterit faciliter haberi cognitio ipsius dici de nullo: de quo tamen determinauit in libro priorū. si.n.in aliqua propositione deficit aut vl̄itas suppositorū, aut vl̄itas tporū, ibi erit dici de nullo posterioristicū, & loquēdo largo modo de dici de nullo.si aūt deficit vl̄itas suppositorum & tēporum s̄m rem s̄m modū significādi simul, ibi erit dici de nullo prioristicū, & diffinitur sic. Dici de nullo posterioristicum est, quando prædicatum remouetur a subiecto, non a quodam quidem sic, & a quodam non: aut aliquādo quidem sic, & aliquando non, sed omni & semper. & dici de nullo prioristicum diffinitur sic. Dici de nullo est, quando nihil est subsumere sub subiecto, a quo non remoueatur prædicatum, vt hic, nullus homo currit. Cuius ratio est, quia tunc in aliqua propositione est dici de nullo, quando prædicatum negatur de subiecto distributo per signū vniuersale pro omnibus suis suppositis, & quando nulli supposito inest.sed quando prædicatum negatum taliter dicitur de subiecto nihil est sumere sub subiecto, a quo non remoueatur prædicatum.igitur diffinitio eius est bona. Vel dicendum ad instantiam discipuli, quod Philosophus principaliter determinat in isto libro de demonstratione ostensiua affirmatiua, quæ semper vtitur propositionibus de omni, ideo nullam expressā mētionē hic facit de dici de nullo. Quia vero syll'us simpliciter dict⁹, de quo Philosophus pricipaliter tractat in li.priorū, indifferēter p̄cedit tā ex veris quam

quam ex falsis: tam ex affirmatiuis quam ex negatiuis. ideo ibi expressam mentionem fecit de dici de omni, & de dici de nullo simul.

Considerandum vlterius est quarto: ꝙ dici de omni & dici de nullo sunt hoc modo principia regulatiua syllorum, quia per dici de omni intelligitur ista maxima. Quicquid dicitur de subiecto distributo, dr etiam de quolibet supposito eius sumpto sub ipso: per quam possunt probari omnes syllogismi affirmatiui, vt facto isto syllogismo, omne animal currit. omnis homo est animal. ergo omnis homo currit. ibi currit in maiori dicitur de animali distributo, ergo affirmatur de quolibet supposito animalis. sed homo ĩ minori subsumitur sub animali. ergo currit de homine prædicatur. Et similiter per dici de nullo si intelligatur ista maxima. Quicquid negatur de subiecto distributo, negatur et de quolibet supposito eius. & per istam maximam probantur omnes syllogismi negatiui, sicut affirmatiui per aliam. Vnde omnes syllogismi perfecti, qui sunt directe concludentes in prima figura per se primo regulantur per dici de omni, & per dici de nullo. sed alij syllogismi imperfecti regulantur per hæc indirecte, & ex consequenti, inquantum reducuntur ad syllogismos perfectos.

Sed instabat discipulus. Nã nulla regula ingreditur suum regulatũ, nec est de cõpositione eius. sed dici de omni, & dici de nullo ingrediuntur cõpositionẽ syllogismi, quia in omni propositione affirmatiua & vniuersali est dici de omni: & in vniuersali negatiua est dici de nullo. ergo ipsa non sunt principia regulatiua syllogismorum. Dicendum ꝙ licet dici de oĩ, & dici de nullo per accidens & virtualiter ingrediantur cõpositionem syllogismi tãquã dispositiones materię eius, inquãtũ aliqua pręmissarũ est uniuersalis, nõ tñ ingrediuntur per se tanꝙ partes materiales actualiter cõponẽtes syllogismũ. Et nõ est inconueniens, ꝙ regula alicuius virtualiter, vel per accidens ingrediatur compositionẽ ipsius regulati, vt etiam inferius declarabitur.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum: ꝙ licet ista propositio. homo est risibilis: nõ sit vlis secundum modum enunciandi, est tamen vniuersalis secundum rem significatam, quia licet ibi prædicatum non dicatur de subiecto, & de quolibet supposito eius vniuersaliter secundũ modũ enunciandi & in actu per signũ vniuersale, dum tamen de eo vniuersaliter secundum rem & in aptitudine: ideo ibi non est dici de omni prioristicum, sed posterioristicum.

Ad secundum patet solutio ex dictis in secundo notabili. Ad tertium dicendum sicut ad primum. Ad quartum dicẽdum: quod in ista propositione. omnis homo currit: homo solum ibi distribuit pro oĩbus pñtibus, ad quos restringit ratione illius verbi pręsentis temporis: currit. & de illis non est aliquid accipere sub subiecto, de quo non dicatur prædicatum. Vnde Adam & Antichristus non continentur sub homine ibi pro præsentibus distributo vt patet.

Ad quintum dicendum: quod licet pes, vel caput equi possit subsumi sub equo, tanquam pars integralis eius, nõ tamen tanꝙ pars subiectiua eius, & tanquam suppositum eiu, de qua subsumptione est solum hic ad propositum in dici de omni. Similiter ad dici de nullo præsupponitur quod possit aliquid sub sumi sub subiecto, & quod a quolibet supposito eius remoueatur prædicatum. Vnde sub Sorte simpliciter nihil est subsumere, eo quod non habet suppositum. ideo si sic arguatur in ista propositione. Sortes non currit: nihil est subsumere sub subiecto, a quo non remoueatur pręedicatum: & tamen ibi non est dici de nullo, cum sit propositio singularis. ergo diffinitio conuenit alijs a diffinito. Dicendum: quod in ista propositione. Sortes non currit: nõ est dici de nullo: eo quod Sortes non habet supposita.

LECTIO X.

De modis perseitatis, & est lect. 10. S. Doct.

QVAESTIO XV.

quę habet articulos duos.

DEinde cõsiderandum restat de his, quæ prædicãtur ꝑ se, & de modis pseitatis. Circa ꝙ quæruntur duo. Primo utrum quattuor modi perseitatis sint in textu conueniẽter a philosopho assignati. Secũdo vtrũ secundus & quartus modus perseitatis reperiantur in conclusione, & in minori præmissa demonstrationis.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S.

Per se autem.

ARTICVLVS I.

AD primuum sic proceditur. Videtur quòd modi perseitatis quatuor non sint conuenienter in textu a Philosopho assignati. Nam tripliciter solũ dr̃ aliquid prædicari per accidens: ut patet infra, & in quinto metaphysicæ, uidelicet qñ subiectũ ꝑdicat̃ de accidente, & accidens de subiecto, & accidens de accidente. ergo tripliciter tm̃ aliq̃d dr̃ per se. & per ꝯñs male ponunt̃ quatuor modi perseitatis. Patet ꝯña, quia tot modis dr̃ vnum oppositorũ, quot modis dr̃ & reliquum, ut patet primo topicorum.

2 Præterea. Quando accidens ꝑdicat̃ de subiecto, est ꝑdicatio per accidẽs, ut in argumento pręcedenti assumptũ est. sed hic homo est risibilis, ꝑdicat̃ accidẽs de suo subiecto. ergo est ibi ꝑdicatio ꝑ accidens, & tñ subiectũ ibi est de diffinitione ꝑdicati, quia subiectum est de diffinitione propriæ passionis, ut hic, & in septimo metaphysicæ a philosopho dr̃. ergo secundus modus perseitatis est inconuenienter assignatus.

3 Præterea. Ista propõ est per se de secundo mõ perseitatis. sortes est risibilis, & tñ subiectũ ibi nõ est de diffinitione ꝑdicati, minus. n. cõe nõ est de diffinitione magis cõis. ergo contra s̃m modum.

4 Pręterea. Ista est per se de secũdo mõ perseitatis. homo est animal, cũ non sit per se primo mõ, quia ꝑdicatum primo non cõuenit subiecto, cũ sibi cõuertibiliter non conueniat, & tñ subiectum nõ est de diffinitione prædicati, sed potius econtra. ergo idem quod prius.

5 Præterea. Illud quod accidit alicui non conuenit sibi per se. sed calefacere accidit igni, cum non sit essentia eius. ergo ista propositio non est per se. ignis calefacit per calorem, & per consequẽs quartus modus perseitatis est insufficiens.

6 Præterea. Illud quod est per aliud, non est per se. prima autem substãtia. ut sortes, est per aliud, uidelicet per causas tam intrinsecas quam extrinsecas. ergo prima substantia nõ est per se, qđ est contra tertium modum perseitatis.

7 Præterea. A prima substantia nulla est ꝑdicatio, ut patet per Porphyriũ. ergo prima substantia non potest dici per se, quia dici idem est quod prædicari, ut patet in prædicamentis, & sic idem quod prius.

8 Præterea. Ista est per se. homo est homo, cum non sit per accidens, & tamen non est in aliquo quatuor modorum ꝑseitatis, ut patet discurrẽdo per omnes. ergo tales modi non sunt sufficienter assignati.

9 Præterea. Philosophus ĩ quinto metaphysicę capitulo de ꝑ se sufficiẽter determinat de modis perseitatis. ergo superflue de eis hic determinat.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in textu ibi. [Per se autem sunt quæcunque in eo quod quid est, ut triangulo inest linea, & lineę punctum &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, ꝙ illud est s̃m capitulum huius secundi tractatus, in quo Philosophus determinando de modis perseitatis ponit duas conclusiones. Quarum prima est, ꝙ tantum sunt quatuor modi perseitatis, ex qua infertur ꝯclusio responsiua ad quæsitum. Secunda conclusio est, quòd in con-

clusione demonstrationis est secũdus & quartus modus perseitatis, de quo in sequẽti ar. videbitur. Prima ergo cõclusio talis est, Tm̃ sunt quattuor modi ꝑseitatis, quæ probatur a Philosopho tali rõne ſm Doct. Sanctum. Nam illa præpositio per, aut dicit solitudinem, aut dicit habitudinem alicuius causę: si primum, sic est tertius modus. Si secundum, hoc est dupliciter, quia vel dicit habitudinẽ causæ extrinsecę, vel causæ intrinsecę. si primum, est quartus modus. Si secũdũ hoc est dupliciter, quia vel dicit habitudinem causæ formalis, & sic est primus modus. vel dicit habitudinem causæ materialis in qua, & sic est secũdus modus. Ex quo patet cõclusio responsiua ad q̃sitũ, videlicet ꝙ modi perseitatis quattuor conueniẽter assignãtur hic a Philosopho, cũ nõ sint plures neq; pauciores.

Cõsiderandum autem est hic primo pro declaratione pręcedentium secundum Philosophum in textu, & secundũ Doctorem Sanctum in pręsenti lectione, ꝙ primus modus perseitatis est, quãdo prædicatum est de diffinitione quiditatiua vel essentiali ipsius subiecti. vt homo est animal: homo est rationalis: & sic de similibus, sed secundus modus per se est, quando subiectum est de diffinitiõe prædicati, videlicet quãdo propria passio prædicatur de suo proprio subiecto aut de inferiori eius. vt homo est risibilis, equus est hinnibilis &c. Tertius vero modus, qui dicit modus per se essendi est quãdo aliquid per se existit, & nõ in alio, sicut accidens in subiecto, vel sicut superius in suo inferiori. & isto modo quælibet prima substãtia dicitur per se scilicet solitarie. Quartus modus perseitatis qui dicitur modus causandi est, quãdo aliquid attribuitur per se alicui effectiue inquantum tale, & non per accidens, sicut medicus per se sanat, quia sanat inquantum medicus, non inquantum albus vel musicus, similiter interficiens per se interficit, quia inquantum interficiens est hoc facit. Ex prædictis patet quod quattuor sunt modi perseitatis, quorum duo primi modi sunt modi dicendi per se. Tertius vero est modus per se essendi. Quartus autem est modus per se causandi effectiue: non igitur sunt quattuor modi dicendi ꝑ se, sed duo tm̃: licet quatuor sint modi perseitatis. Patet et ex prædictis ſm Philosophum in textu, quod quicquid prædicatur, & non prædicatur altero duorum primorum modorum, prædicatur per accidens, & non per se. Cum autem omnia accidentia communia de prima substantia prædicentur, & non altero illorum duorum modorum: relinquitur quod prædicentur de ea per accidens.

Considerandum vlterius est secundo secundum Doctorem Sanctum in secundo de anima lectione. 14. vbi sic ait. Per se autem dicitur dupliciter, vno enim modo dicitur propositio per se, cuius prædicatum cadit in diffinitione subiecti, sicut ista. homo est animal: animal enim cadit in diffinitione hominis. Et quia id, quod est in diffinitione alicuius est aliquo modo causa ei, in his, quæ sic per se dicuntur prædicatum est causa subiecti. Alio modo dicitur propositio per se, cuius econtrario subiectum ponitur in diffinitione prędicati, sicut si dicatur: nasus est simus: vel numerus est par. simus enim nihil aliud est quam nasus curuus. & par nihil aliud est quam numerus medietatem habens. & in istis subiectum est causa prædicati. Intelligẽdũ ergo, quod color est visibilis per se secundo modo, & non primo. nam visibilitas est quædam passio. Et hoc est qđ dicit, quod color est secundum se visibile, non ratione, idest non ita quod visibile ponatur in eius diffinitione: sed qa in seipso habet causam vt sit visibile, sicut subiectũ in seipso hẽt causã ꝓpriæ passionis, qđ probat ꝑ hoc: ꝙ oĩs color est motiuus diaphani ſm actũ. Hæc ille.

Considerandum vlterius est tertio, ꝙ in primo modo dicendi per se aliquid dicitur per se primo. vt homo est rationalis. & aliquid dicitur per se non primo, sed per se secundo. vt Sortes est rõnalis. Illud autem dr̃ prædicari per se primo in primo modo, quod con-

uertibiliter prędicatur de aliquo, & est de diffinitione eius. sed illud dr̄ prædicari per se non primo, sed per se secundo in primo modo, quando prędicatum est de diffinitione subiecti, non tamen de eo conuertibiliter prædicatur. vt homo est substantia. similiter idem dicendum est de secundo modo dicendi per se. Nā aliquid prædicatur per se primo in secū dò modo: vt homo est risibilis. Aliquid vero prædicatur per se non primo, sed per se secundo in secundo modo. vt sortes est risibilis. Quandocunque ergo accidens proprium prædicatur conuertibiliter de suo proprio subiecto, tunc p̄dicatur per se primo in secundo modo. Qñ vero prædicatur de inferioribus subiecti, & non conuertibiliter, prædicatur per se non primo, sed per se secundo in secundo modo dicendi per se.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, ꝙ tot modis dicitur vnum oppositorum, quot modis dicitur & reliquum, tenet tantum in oppositis, in quibus est eadem rō multiplicationis, videlicet dum modo vtrunq; oppositorum diuidatur per differētias aut species immediatas: & hoc potissime loquēdo de vere & ꝓprie oppositis secundū Doc.S.in.2.secū dę.q.92.ar.2.ad primum. Diuisio aūt ipsius per se, & per accidens nō est per differentias immediatas, vel per species immediatas, neque inter ea est eadem ratio multiplicationis, neque etiam vere & proprie opponuntur. vnde ratio non sequitur. Ad secundum dicendum, quod quando accidens commune, siue accidens per accidens prædicatur de subiecto inhęsionis, est prædicatio per accidens, vt dictum est in primo notabili. non autem quando accidens proprium prædicatur de aliquo subiecto inhæsionis, sicut risibile. vnde ratio laborabat in ęquiuoco. Ad tertium dicendum, quod illa prædicatio est per se secundo & non primo in secundo modo. Vnde non oportet quod subiectum ponatur in diffinitione prædicati, sed sufficit ꝙ superius eius .s. homo ponatur in eius diffinitione. Ad quartū dicēdum, quod ista propositio, homo est animal: est in primo mō per se secūdo, sed nō primo. Aliud.n.est p̄dicari ꝑ se primo: & aliud p̄dicari per se secūdo, & non primo in primo mō, vt declaratū est in tertio notabili. Ad quintū dicendum, ꝙ licet calefacere accidat igni cōsiderato secundū se.s. vt ignis est substātia tm̄, & in sensu diuiso: non tñ sibi accidit, vt calefaciēs est, & in sensu cōposito. Vel dicendū est facilius, ꝙ ista prædicatio: ignis calefacit: nō est prædicatio per se, licet calefactio per se cōueniat igni q̄tum ad causalitatem, non tñ sibi conuenit per se quātum ad prædicationem. vnde bene dictum est, quod ille quartus modus est modus per se causalitatis, & non p̄dicationis per se. Ad sextum dicendum, ꝙ per se accipitur dupliciter. Vno modo vt distinguitur contra esse ab alio, aut cum alio, aut per aliquod. & isto modo non accipitur hic in proposito, vt bene voluit argumentum. Alio modo accipitur, vt distinguitur contra esse in alio, sicut accidens in subiecto, aut sicut superius in suo inferiori: & isto modo substantia prima est per se, vt in proposito accipitur. Ad septimū dicendum, quòd licet prima substantia non prædicatur ordinate & directe ꝑ se de aliquo alio, tamen per se est & existit. Dictum est enim quod ille tertius modus est modus per se essendi, & non prædicandi. Ad octauum dicendum, quod ista propositio. homo est homo. est virtualiter in primo modo dicendi per se: quia subiectū non potest intelligi de conceptu quiditatiuo siue prędicato licet non sit in primo mō formaliter, cū idē non sit in seipso. Ad vltmum dicendum negando cōsequentiā, quia Philosophus quinto metaphy. determinat de ꝑ se inquātum est conditio entis inquantum ens. Hic vero determinat de per se inquantum regulatur eo demonstrator & in sua demonstratione vtitur eo. Non est autem inconueniens, quod idem diuersis rationibus in diuersis scientijs consideretur.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S. ibi; Quæ vero dicuntur in simpliciter &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd in conclusione demonstrationis non sit secundus & quartus modus perseitatis. Nam distincta & opposita non reperiūtur in eodem, sed secūdus & quartus modus perseitatis sūt distincti ab inuicem, cum sint membra diuidentia. ergo non reperiuntur simul in conclusione.

2 Præterea. In minori præmissa non reperiuntur illi duo modi, ergo pari ratione nec in conclusione, cum non sit maior ratio de vno quàm de alio; aliàs detur. ergo &c.

3 Præterea. In conclusione prędicatur propria passio de proprio suo subiecto, sed subiectum non est causa passionis, ergo cum quartus modus non reperiatur in conclusione demonstrationis. maior patet, sed minor probatur. Nam quando aliqua duo simul generantur, vnum non est causa productiua alterius, cum productio non sit nisi in tēpore. sed subiectum & propria passio simul generantur. ergo &c.

4 Præterea. Effectus non potest prædicari in recto de sua causa efficiente vniuoca. vnde ista est falsa. Domificator est domus, sed propria passio prædicatur in recto de suo subiecto, vt hæc. homo est risibilis. ergo subiectum non est causa passionis, & sic idem quòd prius.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in textu ibi. [Quæ vero dicuntur in simpliciter scibilibus per se sunt in esse &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quòd secunda conclusio huius capituli, quæ est responsiua ad quæsitum est ista. Conclusio demonstrationis propter quid, videlicet in qua concluditur demonstratiue propria passio de suo proprio subiecto, est in secundo & quarto modo perseitatis. Propterea pars huius conclusionis sic patet secundum Philosophum. Nam subiectum est de diffinitione prædicati, videlicet proprię passionis. ergo conclusio est in secundo modo dicēdi per se, patet consequentia per locum a diffinitione ad diffinitum. Secunda pars eiusdem sic patet. Nam subiectum est causa actiua per se passionis, ut patet septimo metaphysicæ. ergo est in quarto modo perseitatis. Sed instabat discipulus primo. Nam subiectum est causa materialis ipsius passionis, cum passio sit in eo subiectiue. ergo nō est causa eius effectiua, patet consequentia, quia materia & efficiens non coincidunt, ut patet secundo physicorum. Secundo. Nam essentiæ prædicamentorum sunt impermixtæ. ergo subiectū nō est cā proprię passionis, cū subiectū & propria passio sint res diuersorum prædicamentorum. Tertio. Nam idem non est causa sui ipsius præsertim effectiua. sed subiectū & propria passio sunt idem realiter, quia quarto metaphysicæ eadem generatione generantur, & eadem corruptione corrumpuntur. ergo &c. Quarto. Nam eclypsis lunæ est passio lunæ, cum de ipsa sit demonstrabilis, & tamen luna non est causa eclypsis, sed interpositio terræ inter Solem & Lunam. ergo &cęte.

Dicendum ad primam instantiam, quod subiectum est causa effectiua ipsius passionis & materialis, pro cuius declaratione considerādum est primo, quod duplex est materia s. materia ex qua aliquid fit vt paries dr materia domus, alia ē materia ī qua aliqd est subiectiue, ut anima dr materia in qua ipsius scientię, & paries ipsius albedinis, quę est in eo subiectiue. Materia igitur ex qua nō potest dici causa efficiēs eius, cuius est materia, sed materia in qua bene potest dici causa efficiens. Subiectum aūt dr materia in qua suæ passionis, & non materia ex qua. vnde potest esse causa effectiua & materialis ipsius passionis, & sic

patet

patet ſolutio ad primam inſtantiam. Sed replicabat idem diſcipulus contra doc. Nam cauſa efficiēs tempore pręcedit ſuum effectum, ſed ſubiectum non præcedit tempore ſuam paſſionem propriam. ergo non eſt eius cauſa efficiens.

Pro quo conſiderandum eſt ſecundo ꝙ duplex eſt cauſa efficiens. Nam quædam eſt, quæ producit ſuum effectum per realem trāſmutationem, ſicut ignis dicit̄ cauſa effectiua caloris aquæ. Alia eſt cauſa efficiens, quæ producit ſuum effectum per naturalem concomitantiam, videlicet quia ad ipſam neceſſario ſequitur ſuus effectus, & ipſa poſita uel remota, neceſſario ponitur aut remouetur effectus. Cauſa igitur efficiens primo modo dicta tempore præcedit ſuum effectum, nō autem ſecundo modo ſumpta, quo quidem modo ſubiectum eſt cā efficiens ipſius paſſionis, vt patet per Doctorem Sanctum in prima parte quæſtione 77. articulo ſexto, ad ſecundum, unde illa replicatio laborabat in æquiuoco.

Conſiderandum eſt tertio, quòd prędicamenta eſſe impermixta poteſt intelligi dupliciter. Vno modo formaliter ſiue eſſentialiter, & ſic eſſentię prædicamentorum ſunt impermixtę, quia unum prædicamentum non eſt cauſa formalis alterius, vt clarius in ſummulis declaratum eſt. Alio modo poteſt intelligi effectiue, & ſic eſſentiæ prædicamētorum non ſunt impermixtæ, quia unum eſt cā effectiua alterius, ut patet de ſubſtantia reſpectu accidentis in ſeptimo metaphyſicæ, & per hoc patet ſolutio ad ſecundam inſtantiam. Dicendum ad tertiā inſtantiam, quòd ſubiectum & propria paſſio realiter differunt, & licet generentur eadem generatione, non tamen eodem modo, quia ſubiectum generatur ſicut id quod generatur, & per ſe & primo. ſed propria paſſio generatur per aliud ex naturali conſequentia, & concomitatiue. Dicendum ad quartam inſtantiam, quòd non omnes paſſiones cauſantur a ſuis ſubiectis, ſed ſolum illæ, quæ ſunt operationes ſubiecti, uel neceſſario conſequentes illas operationes, & ipſum ſubiectum. eclypſis autem nō eſt propria paſſio lunæ, neque eam neceſſario conſequitur, vnde ratio non ſequitur, aliud tamē eſt de eclypſabili, ut infra patebit. Cōſiderandum eſt tñ hic ſm philoſophum in textu, ꝙ paſſiones ſunt in duplici differentia, nam quædam ſūt, quæ ſimpliciter prædicantur de ſuis ſubiectis, ſicut riſibile prędicatur de homine, quædam vero prędicantur diſiunctim, ut par uel impar de numero.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod prædicti modi diſtinguuntur ſecundum rationem, unde non eſt inconueniens quòd una propoſitio ſecundum rem collocetur in diuerſis modis perſeitatis ſecundum tamen diuerſas rationes.

Ad ſecundum dicendum negando conſequētiam, quia ibi in minori ſubiectum non eſt cauſa prædicati demonſtrando in prima figura, quia diffinitum non eſt cauſa effectiua diffinitionis. vnde nō eſt ſimile de minori & concluſione.

Ad tertium & ad quartum patet ſolutio per ea, quæ dicta ſunt in 2. notabili.

LECTIO XI.

De vniuerſali, ſiue ſecundum quòd ipſum, & eſt lectio ſecunda. S. Doc.

QVAESTIO XIX.

quę habet articulos duos.

CONSEQVENTER determinandum eſt de ipſo vniuerſali poſterioriſtico: circa quod quæruntur duo. Primo utrum diffinitio vniuerſalis à Philoſopho ſit ſufficienter aſſignata. Secundo utrum concluſio ipſius demonſtrationis ſit uniuerſalis uel non.

Sequitur in philosopho & in Doct. San.

Vniuersale dico.

ARTICVLVS I.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod diffinitio ipsius vniuersalis, quæ tangit in textu, nõ sit sufficiens, in qua dicitur. Vniuersale est quod inest de omni, & de per se, & secundum ꝙ ipsum. Nam animal est vniuersale, cum sit genus, vt patet in porphyrio, & tamen animal non inest suis inferioribus ſm ꝙ ipsum, cum non conuertibiliter prædicetur de ipsis.

2 Præterea. Album est vniuersale & ꝓdicabile, quod est accidẽs, vt ibidem patet, & tñ album nõ inest per se. ergo diffinitio mala.

3 Præterea. Vniuersale vel sumitur pro propositione uniuersali, vel pro termino vniuersali. si primum, sequitur ꝙ ꝓdicta diffinitio non est sufficiens. quia sic hęc propositio est vniuersalis: omnis homo currit, & tamen ista non est prædicatio per se, si secundum ẽt idem sequitur, quia homo respectu fortis est terminus vniuersalis, & tamen non conuenit forti secundum ꝙ ipsum, cum non conuertibiliter prædicetur de eo. ergo &c.

4 Præterea. Ipsius vniuersalis est alia bona diffinitio a Porphyrio data. ergo ista est insufficiens.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in textu ibi: vniuersale dico, quod est de omni, de per se, & secundum ꝙ ipsum inest, manifestum est, igitur, ꝙ quæcunque uniuersalia sunt ex necessitate insunt &c.

CONCLVSIO.

Respondeo, dicendum ꝙ istud est tertium capitulum huius secundi tractatus, in quo ponuntur duæ conclusiones, quarum prima est respõsiua ad quęsitũ, videlicet ꝙ diffinitio vniuersalis est bene assignata. Secunda est, quod per se loquendo & proprie cuiuslibet demonstrationis conclusio est uniuersalis, de qua in sequenti articulo tractabitur. Est ergo prima conclusio talis. Diffinitio ipsius uniuersalis in textu posita est bene assignata, in qua dicit. Vniuersale est quod inest omni, per se, & secundum ꝙ ipsum, quæ conclusio probatur tali ratione philosophi elicitiue. Nã vniuersale est quod primo prædicatur idest quod non inueniẽ extra subiectum, neque econuerso. sed esse tale prædicatum inest de omni, per se, & secundum quod ipsum. ergo prædicta diffinitio est sufficiens, quia explicat totam naturam vniuersalis, & omni cõtento sub ipso conuenit, & sibi, & soli.

Sed instabat discipulus dupliciter. Primo quia philosophus in textu dicit, quod per se, & secundum ꝙ ipsum sunt idem. ergo prædicta diffinitio est nugatoria, cum bis idem repetatur, & sic est insufficiens. Secundo quia animal prædicatur de homine tanquam de omni, de per se, & secundum quod ipsum, cum de eo prædicetur immediate, & tamen animal nõ est vniuersale respectu hominis, cum sibi conuertibiliter nõ conueniat, siue primo, aut adæquate, vt etiam primo argumento adductum est, ergo &c.

Pro quo considerandum est primo, ꝙ aliqua sunt idem secundum rem & rationem simul, sicut tunica & indumentum pro eodem accepta, & talia si simul ponantur in diffinitione, causant nugationem. Aliqua vero sunt quæ sunt idem secundum rem, & tamen differunt, secundum rationẽ, sicut superius & inferius, vt animal & homo, & talia si simul ponantur, non causant nugationem. Per se vero, & secundum quod ipsum sunt idẽ secundum rem, & differunt secundum rationem, sicut superius & inferius, vt supra q. 4. ar. primo, in secundo notabili declaratum est. Vnde in prædicta diffinitione nulla est nugatio, ex quo etiam patet solutio ad primam instantiam discipuli.

Sed contra hoc replicabat idem discipulus. Nam animal & homo differunt secundum rationem superius & inferius, & tamen causant nugationem cum sic dicitur homo animal. ergo male dictum est, quod illa, quæ differunt secundũ rationem, dummodo sint idem secũdũ rẽ,

non

non causant locutionem nugatoriam, si simul ponantur. Dicendum quòd superius & inferius possunt dupliciter ordinari in aliqua locutione. Vno modo prę ponendo inferius suo superiori, & isto modo causatur nugatio vt accidit in ꝓposito. Alio modo postponendo inferius suo superiori, & sic non causatur nugatio. vnde replica nulla.

Considerandum ulterius est secundo: quòd aliud est prædicari de aliquo immediate, & aliud est prædicari, secundũ quod ipsum, quia prædicari ẽm quod ipsum est prædicari de aliquo adæquate, seu conuertibiliter, seu primo, ita videlicet, ꝙ prædicatum nõ reperiatur extra subiectum, neque ecõuerso, vt homo est rationalis; & sic de similibus. Non enim omne, quod prædicatur de aliquo immediate prædicatur adæquate, siue conuertibiliter. Licet ergo animal prædicetur de homine immediate, non tamen prędicatur vniuersaliter, & secũdum quod ipsum: unde patet solo ad secundã instantiam discipuli. Patet etiam, quòd aliqua propositio potest esse de secũdum quòd ipsum, non tamen erit immediate immediatione causalitatis, ut homo est risibilis. aliter ipsa non posset demonstrari. Et econtra aliqua propositio potest dici immediata immediatione subiecti, q̃ tamen non erit vniuersalis, siue secũdũ quòd ipsum, vt homo est animal. Cum enim animal sit prędicabile proprie dictum respectu hominis prædicatur immediate de eo, non tamẽ prædicatur de eo vniuersaliter, & ẽm quòd ipsum posterioristice loquendo, cũ excedat ipsũ.

Sed contra hoc instabat discipulus. Nam animal prædicatur de homine cũ signo vniuersali accepto vniuersaliter, dicẽdo. omnis homo est animal. ergo de eo prędicatur vniuersaliter. Dicendum ꝙ uniuersale potest accipi tripliciter, vt ad propositũ sufficit. Vno mõ absolute logice loquẽdo, videlicet accipiẽdo vl'e pro termino cõi, qui aptus natus est esse in multis vniuoce, & isto mõ accipit̃ vl'e in libro prædicabiliũ Porphyrii, & in libro ꝑdicamentorũ philosophi. Alio mõ accipit̃ vl'e prioristice, uidelicet ꝓ propositione uniuersali, vt ista ꝓpõ dicit̃ vniuersalis. oĩs hõ currit, siue oĩs homo est animal, quia ẽm modum enunciandi est vniuersalis, cum subiiciatur in ea terminus cõis signo uniuersali determinat᷒ & isto mõ accipitur vniuersale in libris priorũ, & libris perihermenias philosophi. Tertio modo accipitur vniuersale posterioristice, videlicet pro aliquo ꝑdicato, qđ ẽm quandã adæquationẽ ꝑdicatur de subiecto, ita videlicet quòd ꝑdicatum nõ inueniatur extra subiectũ, neque ecõuerso, ut dicit hic Doc. S. & isto mõ accipitur uniuersale in ꝑsenti passu. Licet ergo animal ꝑdicetur vniuersaliter de hoĩe duobus primis modis, nõ tñ tertio modo, unde illa instãtia, & ẽt primũ argm̃ laborabat in ęquiuoco. Ex ꝑdictis igit̃ patet, ꝙ ꝑdicari primo, ꝑdicari adæquatæ, ꝑdicari ꝑ se cõuertibiliter, ꝑdicari ẽm ꝙ ipsum, & ꝑdicari vl'r postea accipient̃ in proposito eodẽ. Patet ẽt ꝙ aliqua ꝓpõ põt dici vl'is sine signo ul'i posterioristi ce loquẽdo, vt ista, hõ est risibilis, siue hõ est rõnalis Similiter per oppositũ, aliqua ꝓpõ põt dici particularis eodẽ mõ, videlicet posterioristice loquẽdo, ĩ qua tñ ponitur subiectũ cõe cum signo uniuersali, ut ista, omnis homo est sensibilis, nõ est uniuersalis, sed particularis, cum prædicatum subiecto non conueniat cõuertibiliter, siue adæquate, licet in ea ponatur signum vniuersale ad subiectum.

SOLVTIO.

Ad primum igitur, & ad alia argumẽta patet solutio ex dictis, si debite & diligenter considerentur & applicentur.

Sequitur in Philosopho & Doct. S. ibi.

Deinde cum dicit. Et demonstratio per se huius vniuersalis est &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd conclusio demõstrationis

tionis nõ sit vniuersalis. Nã infra ostendit Philosophus, aliquã demõstrationẽ esse particularem, uidelicet quæ cõcludit cõclusionẽ particularẽ. ergo cõclusio demõstrationis non semper est vlis.

2 Præterea. Ista est conclusio demonstrationis propter qd: homo est risibilis: cum ibidem prædicetur propria passio de proprio subiecto. & tamen non est uniuersalis cũ sit ĩdefinita. ergo &c.

3 Præterea. Si conclusio demonstrationis eẽt uniuersalis, hoc esset qa in ea demonstratur propria passio de proprio subiecto. sed consequens est falsum, quod sic patet. Nã passio immediate ꝑdicatur de suo proprio subiecto, cum sit prædicabile. ergo passio non potest demonstrari de suo subiecto, cum nulla propositio immediata sit demonstrabilis: aliter propositio immediata esset mediata. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in textu ibi. [Et demonstratio per se huius uniuersalis est, aliquorum autem quodam modo, sed non per se &c.

CONCLVSIO.

Rñdeo dicendũ, ꝙ secunda conlusio huius capituli est, ꝙ proprie & per se loquẽdo conclusio demonstrationis est uniuersalis quæ probatur tali ratione Philosophi. Nã proprie & per se in demõstratione propter quid demõstratur ꝓpria passio de proprio subiecto. sed propria passio cõuenit ulr proprio subiecto, uidelicet adęquate, & cõuertibiliter, & primo, ut supra declaratũ est. ergo cõclusio demõstrationis ꝑ se loquẽdo est ulis. Sed instabat discipulus. Nam ꝓpria passio aliqñ demõstratur de inferioribus subiecti, ut puta hr̃e tres de isochele. ergo nõ semꝑ demõstrat̃ ꝓpria passio de suo ꝓprio subiecto. Dicẽdũ ꝙ ꝓpria passio nõ demõstratur de inferioribus subiecti nisi inq̃tũ illa habent reduci ꝓpriũ subiectũ passionis, ut dicit hic Doc. S. unde reductiue ꝓpria passio ꝑt demõstrari de inferioribus subiecti, tñ solum per se & proprie loquendo demonstratur de proprio subiecto. Sed replicabat idem discipulus. Nam passio demonstratur per se de inferioribus subiecti. ergo & proprie. Dicendum ꝙ passio demonstratur de inferioribus subiecti per se per alterorum, sed non per se primo, ideo de eis non proprie, sed reductiue demonstratur.

Consideradũ autem est hic primo elicitiue ex textu secundum Philosophum, vt expresse infra deducit, quod duplex est demonstratio, videlicet vniuersalis & particularis. Demonstratio vniuersalis est illa, in qua concluditur propria passio adęquate de suo proprio subiecto, quæ quidem conclusio dicitur vniuersalis vniuersalitate posterioristica, videlicet vniuersalitate adęquationis, siue ponatur ibi signũ vniuersale, siue non, vt supra declaratum est. Sed demonstratio particularis est illa, in qua concluditur passio de aliquo inferiori ipsius subiecti, cum quo inferiori non conuertitur: vt risibile de sorte: quæ quidem cõclusio dicitur particularis, idest inadęquata.

Consideradũ ulterius est secundo: ut ex supradictis colligi potest, ꝙ uniuersali est duplex, uidelicet vniuersalitas signi, & vniuersalitas rei. Vniuersalitas signi dicitur qñ aliquod prædicatum de aliquo subiecto prædicatur cũ signo uli, siue secundum rem conueniat sibi vniuersaliter, siue non. Sed uniuersalitas rei est quando realiter prædicatum cõuenit subiecto pro omnibus suis suppositis, & talis uniuersalitas ẽ duplex. Nã q̃dam est uniuersalitas prædicationis, uidelicet, quando prædicatum conuenit omnibus suppositis subiecti secundum rem, siue conueniat eis conuertibiliter siue non, ut homo est animal. Alia est uniuersalitas adęquationis & causalitatis, videlicet, quando prædicatum per se primo, & conuertibiliter, conuenit subiecto: ut homo est risibilis, de qua quidem uniuersalitate hic ad propositum.

Sed instabat discipulus. Nam aliquando demonstratur diffinitio materialis de diffinito demonstratione uniuersali per diffõnẽ formalem, ut supra patuit

de

de diffõnibus demonstrationis. ergo in sufficiẽter cõcessum est, q̃d in qualibet demonstratione vniuersali concluditur vniuersaliter propria passio de proprio subiecto. Dicendum quod quando demonstratur aliqua diffinitio, de suo diffinito, talis diffinitio habet modum passionis respectu diffiniti in ordine ad diffinitionem formalem, quæ accipitur pro medio. Et si quęratur, utrum omnis propositio necessaria sit uniuersalis vniuersalitate posterioristica & per se. Dicendum quod non omnis propositio necessaria est uniuersalis, idest adæquata, hæc enim est necessaria in primo modo perseitatis, homo est substantia: nõ tamen est illo modo vniuersalis sed particularis, cum prædicatum excedat subiectum. Sed utrum omnis propositio necessaria sit per se, hoc magis vertitur in dubium, pro quo considerandũ est hic secũdum Egidium, quod duplex est necessitas. Nam aliqua prędicata habere necessariam habitudinẽ ad subiecta, quãtũ ad præsens spectat, potest cõtingere dupliciter, secundum quod duplicia principia possumus assignare, uidelicet speciei & indiuidui. Si ergo illa necessaria habitudo causetur ex principiis indiuidui, tunc est accidens inseparabile, & potest fieri inde propositio de omni, sed illa propositio non erit per se. Si uero huius necessitas causetur ex principiis speciei, sic huiusmodi propositio non solum erit de omni: sed etiam per se.

SOLVTIO.

Ad primum igitur & ad secundum patet solutio ex dictis. Ad tertium dicendum, quod licet passio immediate prędicetur de subiecto immediatione prædicationis siue subiecti, non tamen immediatione causalitatis, habet enim causã in subiecto, per quam potest de eo prędicari & probari.

Sed contra hæc latrabat discipulus. Nam si passio demonstrabitur de subiecto, aut hoc erit per diffinitionẽ subiecti, aut per diffinitionẽ suam, uidelicet per diffinitionem passionis. non primũ, quia diffinitio subiecti & ipsum subiectum idem sunt, & per consequens in minori esset nugatio. neque secundum, quia talis diffinitio passionis prædicaretur in minori de subiecto, & per consequens peteretur principium, cum ipsa esset æque, vel magis dubia conclusione. Dicendum quod talis passio potest demonstrari de subiecto per diffinitionem vtriusque, licet in demonstratione potissima demonstraretur solum per diffinitionem subiecti, ut infra secundo huius declarabitur, & licet diffinitio & diffinitum sint idem secundum rem, differunt tamen secundum rationem. unde nulla erit ibi nugatio.

LECTIO XII.

De erroribus circa uniuersale posterioristicum. & est lectio 12. S. Docto.

QVAESTIO XVII.

quę habet articulos duos.

DEinde considerandum restat de erroribus, qui cõtingere possunt in acceptione ipsius vniuersalis: circa quod quæruntur duo, Primo utrum errores, qui contingere possunt in acceptione uniuersalis, sint a Philosopho sufficienter assignati. Secundo utrum possit esse aliquod uniuersale genus, sub quo sit una sola species.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S.

Oportet autem non latere.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod tres errores a Philosopho in littera positi non sint sufficiẽter assignati. Nam quando aliqua duo conuertuntur, quicquid debite demonstratur

tur de uno & de reliquo, sed omnes partes subiectiuæ simul sumptæ conuertuntur cum toto suo uniuersali. ergo si propria passio conuenienter demonstratur de aliquo uniuersali tanquam proprio subiecto conuertibiliter, etiam demonstrabitur de omnibus partibus subiectiuis simul sumptis, & per consequens secundus modus est sufficienter assignatus.

2 Secundo de æquiualentibus idem est indiuiduum: sed omnes partes alicuius simul sumptæ æquiualent toti. ergo si passio demonstratur de toto, demonstrabitur debite de omnibus partibus simul sumptis. ergo idem quod prius.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in littera ibi, [Oportet autem non latere. &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quòd illud est quartum capitulum huius tractatus, in quo Philosophus assignat tres errores, qui contingunt in acceptione uniuersalis posterioristici. Quorum primus est, quod sit sub aliquo vniuersali, cum non est accipere nisi vnum singulare, cui tale vniuersale competit. si passio uniuersalis demonstraretur tali singulari inesse tanquam vniuersali, tanquam proprio subiecto, inconuenienter esset ista assignatio, ut si sensibile, quod inest animali per se primo, assignaretur ut uniuersale homini, nullo alio animali existente, esset error, quia sensibile non conuenit homini per se primo, sed per alterum uidelicet per animal. Secundus error, est quod si passio alicuius vniuersalis innominati demonstraretur inesse vt idem omnibus partibus subiectiuis illius uniuersalis simul sumptis, aut coniunctim, aut diuisim, inconueniens esset assignatio, ut si animal non esset nomen impositum, & sensibile demonstraretur singulis speciebus eius inesse vt uniuersale, esset error. Tertius error est, quando passio alicuius inferioris demonstratur ut uniuersale inesse superiori, vt si risibile demonstraretur vt vniuersale inesse animali, esset error.

Considerandum est autem, quod philosophus de tribus prædictis modis siue erroribus exemplificat, primo de tertio, secundo de primo, & finaliter de secundo. Exemplum eius de tertio errore est tale. Nam si non concurrere demonstraretur vt uniuersale inesse lineis rectis, esset error: quia non concurrere non conuenit omnibus lineis rectis, sed solum æque distantibus. Exemplum uero eius de primo errore est tale. Si non esset alius triplus trium æqualium laterum, & habere tres angulos æquales duobus rectis demonstraretur ei inesse ut vniuersale, inconueniens esset assignatio. Sed exemplum eius de secundo est tale. Si commutatim proportionari, quæ est passio alicuius communis nobis ignoti, demonstraretur vt vniuersale inesse numeris, lineis, formis, & temporibus coniunctim uel diuisim, inconueniens esset talis assignatio. & similiter ratio est ut dicit Philosophus etiam si tali communi esset nomen impositum.

Considerandum est ulterius, quod Philosophus in littera adducit quoddam documentum, quomodo proprie posset accipi uniuersale, uidelicet si remoto aliquo remaneat illud, quod assignatur pro tali prædicato, aut posito aliquo non ponatur prædicatum non conuenire uniuersaliter subiecto, sicut posito animali non necessario ponitur risibile, vnde risibile non inest uniuersali animali, similiter remoto Sorte, non necessario remouetur risibile, igitur risibile non inest Sorti uniuersaliter. Sed quando posito subiecto ponitur prædicatum, & remoto subiecto remouetur prædicatum, signum est quod tale prædicatum conuenit subiecto uniuersaliter, ut posito homine, ponitur risibile, & remoto homine, remouetur risibile, igitur signum est, quod risibile inest uniuersaliter homini.

Considerandum secundum Doctorem Sanctum in lectione circa primum errorem, quod singulare accipitur dupliciter, uno modo pro indiuiduo alicuius

cuius speciei, alio modo accipitur communiter pro quolibet inferiori, sicut homo dicitur singulare quoddam ipsius animalis, & uocatur singulare in respectu. Accipitur autem singulare ibidem secundo modo, & non primo modo ut patet per exemplum philosophi superius adductum.

Considerandum est ulterius secundum eundem circa exemplum philosophi de secundo errore, quod proportio est habitudo unius quantitatis ad aliam, sicut sex ad tria se habent in proportione dupla, & quattuor ad duo: sed proportionalitas est collatio duarum proportionum inter se, & est duplex. Nam quędam est cõiuncta, & hẽt quattuor terminos: vt sicut se habent sex ad tria, ita quatuor ad duo.

Considerandum est vlterius secundum eundem ibidem quòd in proportionalitate pręsertim coniuncta duo termini se habent vt antecedentia & duo vt consequentia: vt cum dicitur. sicut se habent sex ad tria: ita quatuor ad duo: sex & quatuor se habent vt antecedentia: tria vero & duo vt cõsequentia: est ergo permutata proportio quãdo antecedentia inter se proportionaliter conferuntur, & consequentia similiter, vt sic dicendo: sicut se habent sex ad tria, ita quatuor ad duo. ergo a commutata proportione, sicut se habent sex ad quatuor, ita tria ad duo, sed sex habent ad quatuor in proportione sexquialtera. ergo tria se habent ad duo in simili proportione. Sed instabat discipulus, nam creaturarum ad deum est aliqua proportio, aliàs per creaturas non cognosceremus deum, & tamen non est aliqua habitudo quantitatis ad quantitatem, cum in Deo non sit quantitas. ergo insufficienter dictum est quòd proportio est habitudo vnius quãtitatis ad alterã. Dicendum quòd duplex est proportio videlicet commensuratiua siue quantitatiua & proportio assimilationis, prima proportio, quę diffinita est prius non est inter creaturas & deum, sed bene secũda quę sufficit ad cognitionem.

SOLVTIO.

Ad primum igitur principale dicendum, quòd licet omnes partes simul sumptę conuertantur cum toto vniuersali, tamen ab eo differunt secundum rationem. vnde passio quę conuenit vniuersaliter illis partibus simul sumptis, eis non conuenit primo, sed per alterum, videlicet per totum vniuersale, ut declaratum est, & per hoc patet solutio ad secundum.

Sequitur vbi supra: impertinẽter tamẽ.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd possit esse genus, sub quo non sit nisi una sola species. nam est aliqua species, sub qua nõ est nisi unum indiuiduum, ut patet de sole. ergo a simili potest esse genus, sub quo non sit nisi una sola species.

2 Secundo. Illud est possibile fieri qđ non implicat contradictionem, sed non implicat contradictionem solam speciẽ humanam esse sub animali. ergo potest esse genus uidelicet animal sub quo non sit nisi una sola species.

3 Tertio. Si nullus alius flos esset, aliqua rosa, aut etiam nec flore existente, adhuc flos esset genus, ut patet in hyeme. ergo idem quòd prius.

4 Quarto. Idem uidetur uelle in primo errore superius assignato, ubi innuit, ꝙ si sub aliquo uniuersali esset secundum unum solum singulare &c. accipitur ibi singulare communiter, ut dictum est. uidelicet pro minus uniuersali. ergo potest esse genus, sub quo sit una species.

OPPOSITVM.

Sed contra est Doct. S. in præsenti lectione ibi. [uel potest dici quòd est impossibile inueniri aliquod genus, cuius sit una species tantum &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum quòd impossibile est inueniri aliquod genus, sub quo sit solum una species, quod sic probatur

secun-

secundum Doctorem Sanctum in præsenti lectione, nam oportet quòd si unũ contrariorum reperiatur in rerum natura quod & alterum reperiatur, vt patet per Philosophum secundo de cęlo, ubi loquitur de differentijs contrarijs, sed genus diuiditur in species per differentias oppositas contrarie. ergo si una species inuenitur & alia, & per cõsequens non potest esse genus, sub quo sit tantũ una species.

Sed instabat discipulus, nam differentiæ reperiuntur potissime in genere substãtiæ, in quo tamen nulla est cõtrarietas, ut patet in prædicamentis. ergo nõ bene dictum est, quod differentię opponuntur contrarie. Dicendum quòd triplex est gradus contrarietatis, ut patet primo physicorum: primus est repugnãtia habitus & priuationis. secundus est repugnãtia duarum differentiarum formaliter diuidentium vnum genus. isti autem duo gradus cõtrarietatis reperiuntur in quolibet prædicamento. tertius gradus est repugnantia duarum formarum absolutarum: quæ sub eodem genere ponuntur, maxime inter se repugnantes mutuo se expellentes a subiecto: nisi altera insit subiecto a natura, & isto modo differentiæ non contrariantur. licet ergo in genere substantiæ non sit contrarietas quantum ad tertium gradum contrarietatis, tamen quantum ad duos primos gradus reperitur in substantia contrarietas.

Considerandum est autem secundum Egidium, quòd species plures esse sub genere dupliciter potest intelligi. vno modo quantum ad esse essentię quod habent in singularibus, alio modo quantum ad esse uirtuale quod habent in suis causis: ad hoc quod saluetur genus non est necesse quod sint plures quantum ad esse essentiæ in singularibus, sed sufficit quod sint quantum ad esse quod habent in suis causis, & per hoc patet solutio ad tria argumenta principalia ultima, & licet genus possit saluari in una specie quantum ad essentiam, non tamen quantum ad eius potestatem, ut disputatum est super libro prædicabiliũ Porphyrii.

Sed quærebat discipulus. utrum species possit saluari in uno indiuiduo. uidetur quod nõ. tum primo quia esse in pluribus est de ratione cuiuslibet uniuersalis, id autem quod est de ratione alicuius non potest ab eo separari. tum secundo quia de ratione cuiuslibet totius est habere plures partes, ut arguit Britonus. Dicendum ut dicit Doctor S. quod potest esse species, sub qua non est nisi unũ indiuiduum, cuius rationem assignat. nã species una diuiditur in indiuidua per differentiam materiæ, contingit autem totam materiam unius speciei proportionatam sub uno indiuiduo comprehendi, & tunc non est nisi unum indiuiduum sub una specie. hęc ille. Et per hoc patet solutio ad primum argumentum principale, & licet aptum natum esse in pluribus sit de ratione uniuersali, non tamen actu esse in multis, neque talis aptitudo est frustra, si nunquam reduceretur ad actum, quia aptitudo est inclinatio consequens formam. potentia uero consequitur materiam. unde licet potentia illa sit frustra, quæ non reducitur ad actum, non tamen aptitudo, & quamuis de ratione totius integralis sit habere plures partes, non tamen hoc est de ratione totius uniuersalis.

Considerandum est tamen secundum Doctorem Sanctum, quod species est duplex. nam quędam est cuius singulare est immateriale, ut patet de angelis, & sub tali specie nõ est nisi unum indiuiduum. immo plura esse sub tali specie repugnat ipsi speciei, alia est species cuius singulare est corruptibile. ut homo. & sub tali specie necesse est esse plura indiuidua, quantum ad intentionem naturæ, natura enim intendit conseruationem specierum. species autem cuius singulare est corruptibile non potest conseruari in esse, si sub ea solum est unum indiuiduum, quia eo corrupto non remaneret species in esse, nisi esset tale indiuiduum, ex cuius corruptione generaretur alterum sub eadem specie, ut patet de fenice,

Fenix est auis, & non est perfecta talis, unus dum moritur, alter adhuc oritur. Sed in prædictis videtur esse cōtradictio, nam dictum est supra in præsenti articulo ibi. [Et licet &c.] quod aptum natura esse in multis est de ratione speciei & cuiuslibet uniuersalis, hic autem dictum est, quòd repugnat speciei angelicæ posse esse in multis. Dicendum quòd natura angelica siue species in angelis potest considerari dupliciter uno modo vt species: alio modo ut talis species. primo posse esse in multis non repugnat speciei angelicæ. sed bene secundo modo: quia si posset multiplicari in plura indiuidua, non esset per se existens. sed in alio, quod implicat.

SOLVTIO.

Ad primum, & ad omnia alia argumenta patet solutio ex dictis.

LECTIO XIII.

De qualitate principiorum demonstrationis, & est lectio decimatertia. Sanc. D.

QVAESTIO XIII.

quæ habet articulos tres.

Licet in superioribus habitum sit quibus demonstrator utitur. Considerandum tamen restat in hoc tractatu ex quibus, & ex qualibet demonstratio procedat. Circa quod quinque occurrunt consideranda secundum quod huius tractatus sunt quinque capitula secundum quinque lectiones Doc. San.

Primo considerandum est qualiter demonstratio procedat ex necessariis, & hoc in primo capi.

Secundo qualiter procedat ex his, quæ sunt per se &c. & hoc in secundo capitulo ibi. [Accidentia uero per se &c.]

Tertio qualiter demonstratio nō procedat ex principiis extraneis, & hoc in tertio capitulo ibi. [Non ergo ex alio &c.] Quarto qualiter demonstratio nō procedat ex corruptibilibus, sed ex sempiternis, & hoc in quarto capitulo ibi. [Manifestum est autē &c.] Quinto qualiter demonstratio non procedat ex cōmunibus: sed ex propriis, & hoc in quinto capitulo ibi. [Quoniam autem manifestum est &c.] Circa primum quæruntur tria. Primo utrum demōstratio procedat ex necessariis. Secundo utrū conclusio possit sciri per medium non necessarium. Tertio utrum destructis omnibus scitis corrumpatur necessario scientia in nobis.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S.

Si igitur est demonstratiua scientia.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Vř q̄ demonstratio non procedat ex necessariis, nam necessarium est quod impossibile est non esse, ut patet per diffinitionem necessarii quinto metaphy. sed præmissæ demonstrationis possunt non esse, quia ipsis prolatis non sunt neque reiterari possunt: quia quod semel est dictum manet irreuocabile uerbum: ut patet per Philosophum in prædicamentis. ergo demonstratio non semper procedit ex necessariis.

2 Secundo. Demonstratio ad impossibile est demonstratio, ut infra patebit, sed talis non procedit ex necessariis, sed ex impossibilibus. Impossibile enim & necessarium opponuntur, ergo non quælibet demonstratio procedit ex necessarijs.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in littera dicens. [Sic igitur est demonstratiua scientia ex principijs necessariis, quod enim scitur non potest aliter se habere. igitur &c.]

CON-

CONCLVSIO.

Rñdeo dicendũ, ꝙ iste est tertius tractatus huius primi libri, in quo ut dictũ est, sunt quinque capitula, in quorũ primo Philosophus ostendit, quod demonstratio procedit ex necessarijs. Ponit autem in isto capitulo duas conclusiones, quarum prima est responsiua ad quæsitum. secunda est quod conclusio necessaria non potest sciri nisi ex præmissis necessariis, de qua in sequenti articulo uidebitur. est ergo prima conclusio ꝙ demonstratio procedit ex præmissis necessarijs, hæc conclusio probatur duabus rationibus Philosophi: & a signo. Prima ratio est talis. Omnes propositiones per se sunt necessariæ, ut per primũ modum perseitatis, vbi prædicatum est de diffinitione subiecti, & per secundũ modum, vbi subiectum est de diffinitione prædicati: sed demonstratio procedit ex præmissis quæ sunt per se. ergo demonstratio procedit ex necessarijs. Secunda ratio est talis. Illud quod non potest aliter se habere est necessarium: sed conclusio scita per demonstrationẽ non potest aliter se habere, vt patet per diffinitionem scire superius habitam. ergo conclusio demonstrationis est necessaria, sed necessarium non potest sciri nisi per præmissas necessarias: vt infra in sequenti articulo probabitur. ergo cum demonstratio faciat scire, ut patet per primam eius diffinitionem, procedit ex præmissis necessariis. A signo idem sic probat. Nam contra rationem aliquã non fertur instantia nisi propter hoc quod deficit aliquid eorum, quę in ratione ista obseruanda sunt. sed contra eum, qui opinatur demonstrare ferimus instantiam, ex eo quod non sunt necessaria ea, ex quibus procedit, signum est ergo quod demonstratio procedit ex necessarijs. Ex hac conclusione infert Philosophus unum correlarium, uidelicet quod cum oporteat demonstrationem procedere ex necessariis, ut probatum est, stulti sunt illi qui opinati sunt bene se principia demonstrationis accipere, si solũ propositiones acceptę sunt probabiles & uerę vt sophistę faciunt, idest quo apparent scientes & non sunt: sicut enim aliqui dicuntur sophistę in quantum deficiunt a dialectica argumẽtatione, ita dialectici ex probabilibus procedentes se demonstrare opinantes sophistę dicuntur, idest apparentes & non existentes in argumentatione demonstratiua.

Considerandum est autem secundum Doc. S. in præsenti lectione, quod quia in demonstratione demonstratur passio de subiecto per medium quod est diffinitio, oportet quod prima propositio, scilicet maior, cuius prædicatum est passio, & subiectum diffinitio, quæ continet passionis principia, sit per se in quarto modo. secunda autem scilicet minor, cuius subest diffinitum & prædicatum diffinitio est in primo modo perseitatis. cõclusio uero in qua ꝑdicatur propria passio de subiecto est ꝑ se ĩ scđo modo.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, ꝙ pręmissæ demonstrationis possunt dupliciter considerari. vnõ modo quantum ad substãtiam uocis, & isto modo bene corrumpuntur. alio modo quantum ad habitudinẽ terminorum & hoc modo sunt incorruptibiles & necessariæ, & licet ordo secundum substãtiam uocis eodẽ numero non possit reiterari, potest tamen eadem manens secundum speciem reiterari. Ad secundum dicendum, quod duplex est demonstratio. videlicet ostensiua & ad impossibile: demonstratio uero ad impossibile non procedit ex necessariis quantum ad vltimum eius processum, quot autem sint processus in demonstratione ad impossibile, & quæ sit talis infra declarabitur. demonstratio vero ostensiua est duplex. videlicet demonstratio quia. & demonstratio propter quid. demonstratio autem quia non semper procedit ex necessarijs simpliciter. demonstratio vero propter quid de qua est potissime hic ad propositum procedit ex necessariis: quæ autem sit demonstratio quia, & quæ propter quid inferius declarabitur.

Sequitur in Philosopho & in Doct.S. ibi quia autem ex necessariis &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod conclusio necessaria possit demonstratiue sciri per medium non necessarium, nam conclusiones naturales sunt necessariæ, cum ipsarum sit scientia, & tamen sciuntur per media non necessaria, cum entia naturalia sint variabilia & corruptibilia. ergo conclusiones necessariæ sciri possunt per medium non necessarium.

Secundo. Ista conclusio est necessaria deus est. & demonstratiue scitur per medium non necessarium, videlicet per ipsam creaturam. ergo &c.

Tertio. Ista conclusio necessaria. homo est risibilis. scitur demonstratiue propter quid per præmissas contingentes, videlicet, per istas. omne animal rationale est risibile. omnis homo est animal rationale, quæ sunt contingentes, patet, qđ sic, quia nõ sunt impo᷑es propositiones. ergo & contingentes, patet cõsequentia per legem contradictoriarum, contingentes enim & impossibiles contradicunt, vt patet secundo periher. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in litera ibi [Quod autem ex necessarijs oportet esse syllogismũ manifestum est, si enim non est habeos rationem propter quid existentem demonstratione non est sciens. ergo &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quòd secunda conclusio huius capituli, quæ est respõsiua ad quæsitum est talis. conclusio necessaria non potest sciri ex præmissis nõ necessarijs, quæ quidem conclusio probatur duabus rationibus Philosophi, quarum prima est talis. Nam ille qui nõ dicit rationem ostendentem propter quid, non efficitur, neque dicitur sciens, cum scire sit rei causam cognoscere &c. vt ex supradictis patet, sed qui infert aliquam conclusionem necessariam ex ꝑmissis non necessariis, videlicet per medium contingẽs, non dicit rõnẽ ostẽdẽtẽ propter quid. ergo ex talibus pręmissis per medium contingens non potest sciri conclusio necessaria. ergo medium contingens non potest esse rõ siue causa propter quid ipsius conclusionis necessariæ, qđ erat ꝓbandum. Scđa rõ est talis. Si aliqs nunc nescit aliq̃ conclusionem, habens tñ eandem rõnem, q̃ prius habuit, saluus existens, re nõ corrupta, & ille non est oblitus, sequitur ꝙ prius nesciuit illam, qa illis modis amittitur scientia, sed ille qui habet conclusionem necessariam per medium contingens corrupto medio consequenti nescit illã conclusionem medio non existente, & tamẽ habet eãdem rõnem saluus existens, & res est salua, & nõ est oblitus. ergo prius nesciuit illam conclusionem, quando videlicet medium nondum erat corruptum.

Considerandũ est autem ₰m Doc. S. in ꝑsenti le. ꝙ Philosophus in scđa probatione ꝑdicta innuit quattuor modos quibus aliquis amittit scientiam, quam prius habuit, quorum primus est quando excidit a mente eius ratio, per quam prius scit. secundus est per corruptionẽ illius rei. vt si sit scĩa te sedere dũ sedes, te non sedente scĩa perit. tertius modus est per corruptionem, aut lęsionem ipsius sciẽtis, vt patet in lethargicis, quartus vero est per obliuionem.

Cõsiderandũ est vlterius ₰m Philosophum in litera, ꝙ licet cõclusio necessaria nõ possit sciri ꝑ mediũ contingens, põt tamen syllogizari ꝑ tale mediũ, sicut verũ põt syllogistice cõcludi ex falsis, vt oẽ albũ ẽ risibile. oĩs hõ est albus. ergo oĩs homo est risibilis. ibi ergo necessaria in Barbara syllogistice cõcluditur per ꝑmissas nõ necessarias, verũ tamẽ si ambę ꝑmissę sunt necessariæ, conclusio erit necessaria, qa sicut ex veris non sequitur nisi verum, ita ex ambabus præmissis necessarijs non sequitur nisi necessarium, vt patet primo priorũ. Ex prædictis patet vt infert Philoso

phus quod oportet demonstrationem procedere ex necessariis per medium necessarium cum demonstratio faciat scire. Necessarium enim non potest sciri nisi ex necessariis, ut dictum est, etiã per medium non necessarium non potest sciri quod conclusio sit necessaria, neque propter quid, neque quia.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum: ꝙ essentialiter possunt dupliciter considerari. uno modo in particulari, uidelicet quãtum ad eorum esse existẽtiæ, & isto modo sunt uariabilia. alio modo in uniuersali quantum ad habitudinem terminorum, quam habent ad suas passiones, & principia, & isto modo sunt uariabilia. Ad secundum dicendum, quod ista propositio dicitur esse non scita per demonstrationem propter quid, sed solũ demonstratione quia, & a posteriori. Sed replicabat discipulus. Nã dicit hic Doc. S. ſm intẽtionem Philosophi, quod per medium contingens non scitur conclusio necessaria, neque propter quid neque quia. ergo solutio mala. Dicendum quod aliud est scire propositionem necessariã quia est, & aliud est scire, quod talis propositio est necessaria per medium contingens, siue non necessarium. vnde põt sciri. ergo est necessaria quãtũ ad quia est ꝑ medium non necessarium, non tamen potest sciri per tale meduim, quod ipsa sit necessaria neque quantum ad quid est, neque quantum ad quia est. Ad tertium dicendum, quod contingens accipitur dupliciter, uno modo secundum quod conuertitur cum possibili alio, uidelicet pro omni eo, quod non est impossibile, & sic diuiditur in contingens necessarium, & contingens non necessarium, & isto modo prędictæ præmissę, & omnes propositiones necessariæ dicuntur contingentes. alio modo accipitur contingens specialiter, uidelicet pro contingenti non necessario secundum quod distinguitur contra necessarium. & isto modo prædictæ præmissę non sunt contingentes, sed necessariæ, unde ratio laborat in ęquiuoco.

Sequitur impertinenter tamen.
Vbi supra in Philosopho & in Doc. S.

ARTICVLVS III.

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ destructis rebus scitis non corrumpatur scientia in nobis. Nam de rosa in hyeme habetur scientia, & tamen rosa in hyeme est corrupta: ergo re scita corrupta non corrumpitur scientia eius. Secundo. De eclypsi solis, & lunę habemus scientiam ipsis non existentibus, sed corruptis. ergo idem ꝙ prius. Tertio. De pluuia, & grandine, & ceteris impræssionibus metheorologicis habemus scientiã ipsis non existentibus. ergo &c. Quarto. Destructo principio extrinseco non necesse est principiatũ corrumpi, præsertim dum illud principium est solum principium quantum ad fieri, & non quantum ad esse, sed res, quæ scitur est principium extrinsecum ipsi scientiæ quantum ad fieri tantum. ergo re quæ scitur destructa non destruitur scientia in nobis.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti capitulo. vbi enumerat conditiones, quibus amittitur scientia.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod res scibilis potest considerari dupliciter, vno modo in sensu composito, vt scibilis est, & sic manifestũ est, ꝙ re scibili destructa ipsa scia destruitur qa pempto vno relatiuorũ pimitur & reliquũ. alio mõ potest considerari in sensu diuiso siue materiali, videlicet. pro illa re, quæ est scibilis, & hoc dupliciter. vno modo quantum ad esse existentię eius in particulari. & isto modo corrupta re scibili non est necesse, quod corrumpatur scientia illius rei nisi quantum ad an est: alio modo quantum ad esse vniuersaliter secundum habitudinem, quam habet ad suas passiones, & principia. & isto modo si res scibiles corrumperentur,

tur, quod est impossibile, necessario & scientia corrumperetur. Concedendum est ergo, quod corrupta re scibili eo modo quo corrũpitur: corrũpit & eius scĩa. vnde rosa in hyeme quia non habet esse existentiæ, ideo non habemus scientiã eius in hyeme quantum ad an est, huius enim conclusionis. Rosa est, in hyeme non habetur scientia: quia ipsius scientiæ ad rem scitam debet esse conformitas, & adæquatio, cum scientia sit uerorum, uerum enim consistit in adæquatione intellectus, huius tamen conclusionis, uidelicet Rosa est flos. quia est incorruptibilis, cum sit necessaria habemus scientiam in hyeme: quia necessaria est habitudo subiecti ad prædicatũ. Cõcedendum est tamen secundum Egidium, quod res scibilis habet duplex esse. uidelicet esse existentiæ in suis singularibus, & esse uirtuale in suis causis, & principijs. Si manet quantum ad esse, quod habet in suis causis, non est necesse, quod scientia corrumpatur: quia rosa in hyeme licet corrumpatur quãtum ad eius esse existentiæ, remanet tamen quantum ad esse, quod habet in suis causis, ideo de ea habetur scientia in hyeme, & similiter dicendum est de eclypsi solis & lunæ, & impressionibus meteorologicis.

Sed contra hanc opinionem adducit Rodulphus britonus talem rationem. Nam si res corruptæ, haberent esse in suis causis sufficienter, ad hoc quod de eis scientia saluaretur, aut tales causæ sunt sufficientes aut non. si primum sequitur, quod per eas talis res non scitur certitudinaliter. si secundum sequeretur, quod tales causę producerent tales res: quia posita causa per se sufficienti ponitur effectus. Sed si quis opinionem Egidij sustinere voluerit, de facili prædicta ratio solueretur, nam posita causa per se sufficienti non est necesse, quod ponatur effectus, sed requiritur, quod sit applicata, & non impedita, ut patet ad longum in sexto metaphy. vnde licet causæ rei scibilis sint sufficientes secundum se: quia tamen non semper applicantur, & aliquando impediri possunt, non est necesse, quod istæ res producantur in esse actuali, & ideo prædicta ratio non demonstrat.

Considerandum est ulterius secundũ prænominatum Rodulphum, quod sciẽtia de aliqua re est in duplici differentia. Nam quædam est per quam scimus cãs per quas res actu est, & passiones ei actualiter in existentes. Alia est per quam scimus causas, per quas res potest esse, & passiones, quæ possunt ipsi rei inesse, si corrumpatur res, necesse est, quod corrumpatur scientia primo modo sumpta, non autem secundo modo. Sed si quis recte considerare uoluerit, hęc opinio non videbitur esse de mente Philosophi, & Doc. S. quia cum conclusio demonstrationis sit necessaria per demonstrationem propter quid, non scimus ꝙ subiectum possit esse tale, videlicet ꝙ homo possit esse risibilis, sed quod homo est risibilis, Similiter quod rosa est flos, & non solum quod possit esse flos. vnde in hyeme hæc propositio est uera. Rosa est flos, licet rosa nõ existat, non enim valet consequentia in propositionibus necessarijs existentibus de est tertio adiacente ad est secundũ adiacens. Non. n. sequitur, homo est animal rationale. ergo homo est, aliter ex vero sequitur falsum, cum antecedens semp sit uerum, & consequens possit esse falsum, vt in 2. perher. satis disputatũ est.

SOLVTIO.

Ad primum igitur & ad alia argumẽta patet solutio ex dictis.

LECTIO XIIII.

De qualitate conclusionis demonstrationis. & est lect. 14. S. Doct.

QVAESTIO XIX.

quæ habet articulos tres.

AMplius considerandum restat qualiter demonstratio procedat ex his q̃ sunt per accidens.

Circa quod quęruntur duo. Primo utrũ conclusio demonstrationis sit semper ꝑ se, & nõ per accñs. Scđo utrũ p̃missę demonstrationis debeant esse per se.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S. Accidentium vero.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Vr̃ ꝙ conclusio demonstrationis non sit semper per se. Nam ista est conclusio demonstrationis scibilis.videlicet. luna eclypsatur, secundum communem Philosophorum sententiam, & tamen non est per se, cum prædicatum non sit de diffinitione subiecti, neque econuerso. ergo conclusio demonstrationis non est semper per se. Secundo. Prędicata accidẽtiũ sunt entia ꝑ accidẽs, aĩr essẽt substãtiæ si essẽt entia per se, & nõ eorum est scientia, & per consequens demonstratio. ergo &c. Tertio probatur Accidentium inseparabilium potest esse demonstratio, & tamen talia non probantur per se, ut patet de nigredine in coruo. ergo &c. probatio maioris: quia necessariorũ põt esse demr̃atio, sed talia accñtia sunt necessaria, cum nõ possint separari ab eorum subiectis. ergo eorum potest esse demonstratio.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in littera ibi. [Accidentium autem non per se non est demonstratiua scientia &c.]

CONCLVSIO.

Re spondeo dicendum, quod illud est secundum capitulum tertij tractatus huius primi libri, in quo Philosophus ostẽdendo qualiter demõstratio sit eorum, quæ sunt per se ponit duas concl'ones. Quarum prima est rñsiua ad quęsitum. Secunda vero conclusio de qua in sequẽti articulo videbitur. est quod prĕmissę demonstrationis debent esse per se, & non per accidens. Prima conclusio ergo est talis quod demonstratio est eorum, quæ sunt per se.i. conclusio demonstrationis debet esse per se, hæc conclusio probatur vna rõne philosophi quæ sic formaĩ ẽm Do. S. Nã illa quæ nõ sunt ꝑ se nõ ex necessitate insunt. si ergo ꝯclo monstrationis non esset per se, ipsa non esset necessaria, cuius cõtrariũ patuit in præcedenti articulo. ergo conclusio demonstrationis est per se. Sed cõtra hanc rõnem arguit Doc. S. in lectione. Nam Philosophus probat in præcedentibus conclusionẽ demonstrationis esse necessariã, quia est per se. nunc aũt probat conclusionẽ demõstrationis esse per se, q̃a est necessaria. ergo vr̃ ꝙ Philosophus cõmittat circulationem in suis ꝓbationibus. Ad hoc rñdet hic idẽ Doc. S. ꝙ superior articulus nõ solum ostendit demonstrationẽ esse necessariorũ propter hoc ꝙ est ꝑ se, sed ꝑ diffõnẽ, quod est scire. & ille fuit verus demõstrationis modus.

Cõsiderandũ est aũt qđ Philosophus ꝯ prædicta inducit instantiã talem. Nam qñ aliqua conl'o necessaria infertur ex p̃missis ꝯñtibus cõtingẽtib. quæritur, an tales præmissę sint verę, quo dato infertur necessario cõclusio, vr̃ ergo ꝙ præmissę cõtingẽtes possunt inferre aliquã conclusionem necessariã, quæ tñ nõ erit per se. Ad quod dicendum, quod aliud est necessario inferre cõclusionẽ, & aliud est inferre cõclusionem necessariã. præmissę cõtingentes inferũt necessario, si uerę sunt & debite ordinatæ aliq̃ cõclusionem necessariã necessitate consequẽtiæ. nõ tñ semp inferũt cõclusionẽ necessariã necessitate coñtis, q̃a nõ ita interrogaĩ de prĕmissis cõtingẽtibus quasi cõclusio sit necessaria absolute ꝑꝑ interrogata, sed q̃a necesse est p̃missas cõcedẽti ꝯcedere cõclusionẽ & hoc ꝑꝑ necessitatẽ coñtiæ, & nõ cõsequentis.

Cõsiderãdũ est ẽt vlterius, qđ duplex est accñs, nam quoddam est accidẽs proprium & aliud est accidens cõe, & tale est duplex. nam quoddam est separabile, aliud inseparabile. cuius ratio. Nam omne accidẽs, quod causatur ex principiis subiecti, aut causatur ex principijs propriis speciei, aut indiuidui. si primũ sic est accidens proprium. si secundum, hoc est dupliciter; quia vel causatur a prin-

a principiis indiuidui inseparabiliter, & sic est accidens inseparabile, uel a principijs indiuidui indeterminate considerati, & tunc est accedens separabile. de accedente proprio est demonstratio, & non de aliis inquantum huiusmodi. Ex prædictis patet qualiter accidens proprium, & accidens commune inseparabiliter conueniunt secundum esse, quia vtrunque habet esse inseparabile a suo subiecto, differunt tamen secundum originem. veruntamē ut supra dictum est, accidens proprium habet esse inseparabile tam secundum rem quam secundum intellectum: sed commune inseparabile est quidem inseparabile secundum rem, tamen tam secundum intellectum quam ad secūdam eius operationem est separabile. Possumus enim intelligere coruum posse existere, non intelligendo nigredinem esse, quod de accidente proprio dici non potest. Non enim possumus intelligere hominē posse esse in rerum natura absque hoc ꝙ sit risibilis: quia est repugnantia intellectuum.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod eclypsari pōt accipi dupliciter: vno modo vt dicit aptitudinem, & isto modo ista propositio est per se. luna eclypsatur, idest luna est eclypsabilis, ut ita loquar. alio modo potest accipi vt dicit actum, & isto modo dicta propositio nō est necessaria, & per se, nisi necessitate, vt nunc, quando scilicet ponitur causa in actu, necessario ponitur actu eclypsis, tñ illa ut sic nō est demōstrabilis demōstratione pp quid proprie loquēdo. Ad secundum dicendum, quod accidentia possunt dupliciter considerari, uno modo concretiue per respectum ad subiectum, & illo modo accidentia communia sunt entia per accidens: alio modo possunt considerari abstractiue siue substractiue in ordine ad superiora & inferiora sui generis. & isto modo accidētia ēt communia sunt entia per se, unde Philosophus. quinto meta. diuidit ens in ens per se, & in ens per accñs. Ens uero per se diuiditur in 10. prædicamenta. ueruntamen aliquid dr̃ ens per accñs dupliciter: uno modo ut distinguitur contra ens per se in rerum natura ſm esse in alio, sicut accñs est in subiecto. & isto modo omne ens qualitercunque consideretur est per accñs: secundo modo ut distinguitur contra illud, qđ non est cōpositum ex naturis diuersorum prædicamentorum. & isto modo accñtia abstractiua designata, quæcunque sint illa, sūt entia per se. & ut sic de eis est scīa & demonstratio. Sed quia accñs proprium fluit adęquate a principiis speciei, quæ hñt modum formę, ideo accñs propriū tam cōcretiue, quā abstractiue designatum dicitur ens per se. non aūt sic est de accñtibus communibus. Ad tertiū dicēdum, ꝙ necessariorū per se pōt esse demonstratio propter quid, non aūt necessariorum, quæ non sunt per se, quemadmodum sunt illa accidentia, quę fluunt inseparabiliter a principiis indiuidui, ut supra declaratum est.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S. Deinde cum dicit. Quando autem ex necessitate, &c.

ARTICVLVS II.

AD secundū sic proceditur. Videtur quod præmissę demonstrationes non semper sint per se, sed possunt esse per accñs. Nā per se aliquid dr̃ qñ non est cum alio: sed maior demonstrationis est cum alio. s. cum minore. ergo maior ipsa non est per se. Secundo. Hæc est demonstratio, omne cōpositum ex contrariis est corruptibile, sed animal est compositum ex contrariis. ergo &c. sed tñ minor non est propositio per se, non enim prædicatum est de diffinitione subiecti, cum subiectum possit intelligi sine prædicato, & econuerso, ut de se manifestum est. ergo idem ꝙ prius.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in littera ibi. [Quoniam autē ex necessitate &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quòd secunda conclusio huius capituli q̃ est respõsiua ad quæsitum est talis. Demonstratio p̄p q̄d necessario est ex primis, q̃ sunt p̄ se: quam conclusionem probat philosophus vnica ratione, quæ sic formaretur secundum Doc. San. Nam demonstratio cum faciat scire procedit ex necessariis, ut supra ostensum est, sed ea quæ non sunt per se, cum possint non esse, nõ sũt necessaria: quia necessariũ est quod impossibile est non esse, ut patet per diffinitionem necessarii. ergo demonstratio nõ procedit ex his, quæ non sunt per se & per consequens procedit ex primis, quæ sunt per se. Ex quo infert Philosophus, quod si aliquis syllogismus nõ procedit ex his, quæ sunt per se, dato quod procedat ex necessariis non facit scire propter quid, cum scire propter quid sit rei causam cognoscere per se propriã, & applicatam, ut supradeclaratum est.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod ista præpositio per, potest accipi dupliciter, uno modo vt dicit solitudinem. & isto modo illud dr̃ per se, quod non est cũ alio. vel in alio mõ põt accipi ut dicit habitudinem prædicati ad subiectũ, secundum q̄ prędicatum per se inest subiecto, & hoc modo primæ demonstrationes dñr per se, & non primo modo. Ad s̄m dicendum, quod licet componi ex necessariis non sit de diffinitione animalis, est tamen de diffinitione & intellectu eius, ut est corpus mixtum ex quatuor elemẽtis. vnde illa minor est in primo modo dicendi per se non per se primo, sed per alterum, siue per se secũdo.

LECTIO XV.

De processu demonstrationum & est lec. 15. Doc. San.

QVAESTIO XX.

quę habet articulos duos.

Ordine præmisso considerandũ restat in hoc tertio capitulo huius tertii tractatus qualiter demonstratio non procedit ex principiis extraneis. Circa quod quęrunt duo. Primo utrum in demonstrationibus possit fieri discursus de genere in genus. Secũndo vtrum extrema demonstrationis & eius medium sint eiusdem generis.

Sequitur in Philosopho & in Doc. S.

Non autem ex alio genere.

ARTICVLVS I.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod in demonstrationibus cõuenit demonstrantem descẽdere de genere in genus. nam metaphy. est alia scientia ab aliis scientiis specialibus, & tamẽ ab ea fit descensus ad scientias speciales, cum probet & demonstret principia scientiarum specialium. ergo conuenit demonstrantem descendere de genere specialium ad aliud genus. Secũdo probatur. Dialectica cum sit scientia rationalis est alia scientia a scientiis naturalibus, & tamen conuenit descendere ab ea ad alias sciẽtias, cum habeat uiam ad principia omnium aliarum sciẽtiarum, ut patet primo topicorum. ergo &c. Tertio probatur. Ab arithmetica ad musicam fit descensus, quia conclusiones musicales demõstrãtur per arithmeticalia, & constat eas esse sciẽtias diuersas. ergo &c. Quarto probatur. Quãdo scientiæ hñt eadem principia conuenit demonstrantem descendere ab una in aliam, sed omnium scientiarum, & omnium demonstrationum sunt eadẽ principia, vt innuit hic Philos. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in littera ibi. [Non est ergo ex alio genere descendentem demonstrare &c.]

CONCLVSIO.

Rñdeo dicendũ, q̄ illud est tertiũ capitulum huius tertii tractatus, in quo Philosophus volens ostendere, quod demõstratio non procedit ex principiis extraneis ponit unam conclusionem, quæ est responsiua ad quęsitum. uidelicet q̄ cõuenit demonstrantem descendere

de

de uno genere subiecto in aliquod genus, quam conclusionem aliquibus præsuppositis probat tali ratione. Nam in demõstratione oportet extrema, & medium esse eiusdem generis, ut in alio articulo probabitur, sed diuersæ scientiæ sunt circa diuersa genera subiecta. ergo ex principiis vnius scientiæ non potest concludi aliud in alia scientia. Ex quo sequitur, quod demonstrationes nõ procedunt ex extraneis principiis, quia si sic non prohiberet demonstrantem descendere de genere in aliud genus. Ex prædicta conclusione infert Philosophus duo correlaria. Quorum primum est, quod nulla scientia demonstrat aliquid de subiecto alterius scientiæ, siue tale subiectũ sit subiectũ communioris scientię, siue sciẽtiæ disparatę. sicut geometria non demonstrat quod contrariorũ eadem sit scientia. communiora. n. ptinent ad scientiam cõmunem. s. primã philosophiam siue dialecticam. Similiter geometria non demonstrat, quod ex ductu unius numeri cubi in alterum numerum cubum surgat numerus cubus, sed hoc pertinet ad arithmeticum. secundũ correlarium est, quod scientia de proprio subiecto non demonstrat quodlibet accidens, sed solum accidens, quod est sui generis, sicut geometria non demõstrat de linea recta, quod sit pulcherrima linearum.

Pro ampliori declaratione præcedentium considerandum est secundum Philosophum in præsenti passu, quod tria reperiuntur in qualibet demonstratione uidelicet passio quæ demonstratur, & genus subiectum, de quo demõstratur passio, & dignitates ex quibus demonstratio procedit. quorum trium dignitates solum possunt esse communes diuersis scientiis nõ autem subiectum & passio, nisi illę scientiæ sic se habent, quod una continetur sub alia, ut accidit in scientiis subalternatis, de quarum subalternatione inferius declarabitur. Sed instabat discipulus. Nam præter prædicta tria in qualibet demonstratione reperitur proprium mediũ, quod est diffinitio subiecti vel passionis. ergo insufficiens est prędicta assignatio Philosophi. Dicendum quod mediũ reducitur ad prædicta tria, quia reducitur ad dignitatem, sicut causa proxima ad causam remotã, ut q̃dam dñt, uel reducitur ad extremitates. uidelicet ad subiectũ & passionẽ, q̃a mediũ quodammodo differt ab extremis, ut dicit Egidius.

Considerandum est hoc ulterius ſm Philosophum elicitiue, quod scientiarũ quædam sunt, quarũ est idem genus subiectum simpliciter, sicut scientia de triangulo & Isochele respectu eiusdem passionis. Alię sunt quarum genera subiecta sunt simpliciter diuersa, siue alia sicut geometrica & arithmetica. Sed alię sunt scię quarũ genera subiecta nõ sunt simpl'r idẽ, neq; simpliciter alia, sed sunt subalternatiua ad inuicẽ sicut arithmetica & musica, cõtingit. n. demõstrãtẽ descẽdere ab eodem genere in idẽ genus simpliciter, vt ab uno genere in alterũ genus, non autem conuenit eum descẽdere ab vno genere in aliud genus simpliciter, ut probatum est.

Considerandum est ulterius ſm Doc. S. in præsenti passu, quod genus dr̃ simpliciter idem, quãdo non sumitur aliqua dr̃ia quæ sit extranea a natura illius generis, sed ſm quod est idẽ genus, qñ sumitur circa subiectum aliqua dr̃ia extranea a natura illius generis, sicut son⁹ est extraneũ quoddã a gñe numeri, & uisuale a gñe lineę: sed illa genera subiecta dicuntur simpliciter differentia, quę sunt disparata, & unum non se habet ad aliud per differentias contrahibiles, sicut linea & numerus.

Considerandũ est ulterius, quod genus põt accipi dupliciter. uno mõ pro genere naturali. alio modo pro gñe logicali. & hoc dupliciter. vno mõ pro gñe prædicabili, alio mõ pro genere subiecto siue pro genere scibili cui p̃t demõstrari inesse aliqua passio propria. isto autem ultimo modo accipitur hic genus. & non duobus primis modis.

Cõsiderãdũ est finaliter. quod duplicia sunt principia demõstrationis, siue sciẽ

tiarũ. Quædam sunt propria: & talia nõ se extendunt ad scientias penitus diuersas. alia sunt communia, & talia possunt dupliciter considerari. vno modo vt applicata sunt & appropriata ad aliquam scientiam determinatam, & isto modo non se extendunt ad scientias diuersas. alio modo vt sunt in sua communitate remanentia, & isto modo sunt communia diuersis scientijs.

SOLVTIO.

Ad argmenta patet solutio ex dictis.

Sequitur ibi arguitur *ĩpertinẽter &c.*

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ medium demonstrationis non sit eiusdem generis cum extremis: nam extrema non sunt eiusdem generis. ergo suppositum falsum. antecedẽs patet: quia extrema dem̃rationis sunt subiectum & propria passio, sed subiectum vt plurimum est in genere substãtiæ, & passio in genere qualitatis secundum scholã thomistarum. substãntia autem & qualitas sunt diuersa genera. igitur &c.

Secundo probatur. Illa sunt eiusdem generis, quæ conueniunt in eodem genere, si sic, detur illud. ergo &c.

Tertio probatur. Illud cui non cõuenit ratio generis non potest esse eiusdẽ generis cum aliquo, sed medio, quod est diffinitio, non conuenit ratio generis. cum diffõ non sit prædicabile, vt patet inducendo per singula predicabilia: ergo medium demonstrationis non est eiusdem generis cum extremis.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti passu ibi, sequitur.

CONCLVSIO.

R̃deo dicendum, ꝙ medium dem̃rationis est eiusdem generis cũ extremis. i. cũ maiori & minori extremitatibus, qđ sic patet s̃m Philosophũ, nã si mediũ esset eiusdẽ generis cum extremis sequitur ꝙ mediũ non per se probaretur de extremis, neq; extrema de medio & ꝑ consequens primæ demonstrationes essent per accidens & non per se, & sic demonstratio non procederet ex his, quę sunt per se. quod est contra præmissa. ergo medium est eiusdem generis cum extremis, & hoc loquendo de genere scibili siue subiecto, & non de genere p̃ntiali. medium. n. & extrema sunt eiusdem generis scibilis, idest pertinent ad eandem rationem formalem considerationis alicuius scientiæ, ex quo patet solutio ad argumenta, quæ procedunt de eodem genere.

LECTIO XVI.

De his quorum est demonstratio, & est lect. 16. Doc. S.

QVÆSTIO XXI.

quę habet articulos duos.

VLTERIVS in hoc quarto capitulo eiusdẽ tractatus considerãdum restat qualiter demonstratio non ꝑcedat ex corruptibilibus, sed ex sempiternis. Circa quod quærun tur duo. Primo vtrum corruptibilium sit demonstratio & diffinitio. Secundo vtrum eorum, quæ sunt vt frequenter sit demonstratio.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S. manifestum est autem.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ corruptibilium possit esse demonstratio. nam corruptibilia sunt quæ possunt esse & non esse. sed ea quorum est demonstratio possunt esse & non esse, vt patet de rosa. homine risibili, & sic de aliis. ergo illa quorum est demonstratio sunt corruptibilia, & sic corrũptibilium potest esse demonstratio.

2 Sed dicebat discipulus, ꝙ licet hic

rosa particularis sit corruptibilis. non tamen rosa in vniuersali considerata. Considerandum est ergo q destructis primis substantiis impo͞ſe est aliqua aliarum remanere secundũ Philosophũ in prædicamentis. ergo his rosis particularibus destructis, destruitur rosa vl̃r.

3 Sed dicebat idem, q destructis omnibus particularibus rosis destruitur rosa in communi quantum ad esse existentię, non tamen quantum ad esse essentię. Considerandum ideo, q corruptio respicit esse essentię, ita q illud dicitur corruptibile. quod potest habere esse & non esse, idest habere esse exñtię & non habere. cum igitur, vt concessum est rosa in cõi corrũpatur quantũ ad eẽ exñtię, seq̃tur, q simpliciter corrũpit, & p ɔñs si de ea re sic sit demonstratio, seq̃tur, q corruptibilium sit demr̃atio.

4 Præterea. Ipsius motus est diffõ, vt patet tertio physi. & tamen constat, q motus est corruptibilis, vt patet de alteratione & corruptione. ergo &c.

5 Præterea. Ipsum corruptibile est diffinibile, nam corruptibile est quod potest esse & non esse. ergo corruptibilium est diffinitio & demonstratio.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philos. in litera ibi. [Manifestũ est aũt si sint ꝓpositiones vl̃es, ex quibus est syllogismus, q necesse est conclusionem esse perpetuam &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, q istud est quartum capitu. huius tertij tractatus, in quo Philosophus ostendens quorum est demonstratio ponit tres conclusiones, quarum tertia in sequenti articulo declarabit. prima est talis. Corruptibilium non est demonstratio neq; sciẽtia. quæ cõclusio probatur tali ratione ẜm Philosophum. Nam demonstratio est illarum rerum, quæ sunt per se & de omni, vt ex supra dictis patet, sed corruptibilia non sunt vniuersales, neque de oĩ cum non sint semper, quod requiritur, vt supra declaratũ est. ergo corruptibilium non est demonstratio, & per consequens neq; scia, sed tm̃ sempiternorũ.

Secũda conclusio est, q ẽt corruptibiliũ non est diffinitio, quę probatur tali rõne Philosophi. Nam corruptibilium nõ est demonstratio. vt patuit per præcedẽtem cõclusionem. ergo corruptibilium non est diffõ, patet cõsequẽtia, q̃a diffõ vel est principium demonstrationis, vel conclusio, vel tota demr̃atio põne dr̃ns vt dicitur hic in litera. Pro cuius declaratione considerandum est ẜm Doc. S. q contingit diffinitiones diuersas eiusdem rei dari ex diuersis causis sumptis. causę autẽ adinuicem ordinem habent: nam ex vna sumitur rõ alterius. ex forma etiam sumitur ratio materię. talẽ. n. oportet esse materiam, qualem forma requirit, si efficiẽs vero est ratio formę, quia enim agens agit sibi simile, oportet q modus agentis sit secundum modũ formæ, qui ex actione cõsequitur. ex fine aũt sumitur rõ efficientis. nã omne agens agit ꝓpter finẽ, oportet ergo q diffõ, quæ sumitur a fine sit rõ & cã probatiua aliarum diffinitionũ, quæ sumuntur ex alijs cãis. ponamus ergo duas diffinitiones domus, quarũ vna sumatur a cã formali, quę sit talis. domus est cooperimentũ cõstitutũ ex cemento, lapidibus & lignis. alia vero sumatur a causa finali, quæ sit talis. domus est cooperimentum prohibens nos a pluuia, frigore, & ęstu. secunda diffinitio poterit demonstrari per primam hoc modo. omne cooperimentum prohi. nos a pluuia &c. est constitutum ex cemẽto &c. sed domus est cooperimentum prohibens nos &c. ergo domus est cooperimentũ constitutum ex cemento, lignis, & lapidus. patet ergo quod diffinitio, quæ sumitur a fine est principium demr̃ationis. illa vero, quę sumitur a forma, est conclusio demr̃ationis, põt ẽt cõiungi vna diffinitio cum alia, vt sit vna diffõ hoc modo, domus est cooperimentum constitutum ex cemento, lapidibus, & lignis prohibens nos a pluuia, frigore, & æstu. talis enim diffinitio continet totum, quod est in demonstratione, videlicet, medium & conclusionem. & iõ talis diffõ dicitur demr̃atio positio-

ne differens, quia in hoc solum differt a demonstratione, quòd non est ordinata in modo & figura, hic omnia dicit Doc. S. in præsenti lectione formaliter.

Considerandum est vlterius secundũ eundem ibidem, quòd quia demonstratio nõ est corruptibilium, sed sempiternorũ, neq; diffinitio, Plato fuit coact⁹ ponere ideas: cũ. n. ista sensibilia sint corruptibilia videbat ei, ꝙ eorũ non posset esse demonstratio, neque diffinitio, & ideo dicebat, ꝙ necesse est ponere quasdam substantias separatas incorruptibiles, de quibus diffinitiones, & demõstrationes darentur, quas vocabat species vel ideas. Sed huic opinioni occurrit hic Philosophus dicens, quod demonstratio non est corrupitibiliũ nisi per accidens, & si ista sensibilia sint corruptibilia in particulari, in vniuersali tamen quandam sempiternitatem habent. cum ergo demonstratio detur de istis sensibilibus in vniuersali, & non in particulari, sequitur quod demonstratio non est corruptibilium nisi per accidens, sempiternorum vero est per se. hæc ille ibidem formaliter.

Cõsiderãdum est vlterius ſm Egidiũ, ꝙ cum forma recepta in intellectu, qua intellectus intelligit, sit abstracta conditionib. particularibus, oportet ꝙ a intellectus & cognitio eius per se feratur non in rem particularem, sed in rẽ sic abstractam, cuius est quidditas rei, quæ est obiectum intellectus, vt patet tertio de anima. sicut ergo uisus est per se ipsius coloris, per accidens vero ipsius lapidis, vel alicuius alterius corporis, in quo color reperit, sic intellectus est p se ipsius quidditatis, sed particularium in quibus habet esse talis quidditas est quodammodo per accidens. Similiter est dicendum de scientia cum scire sit quoddam intelligere, & de demonstratione cũ demonstratio faciat scire.

Considerandum est vlterius secundũ eundem, quod nihil ab intellectu intelligitur nisi ut est actu, & vt habet analogiam ad formam, unde omnes partes diffinitionis dicuntur formæ, quandiu igitur est processus per formam tandiu procedit diffinitio. quando uero nõ est processus vlterius diuisiuus per formam, sed per conditiones materiæ, tũc ulterius diffinitio non procedit, & quia a specie indiuidua non est processus sine descensus per differentias formales, sed materiales, in specie enim specialissima iubet Plato quiescere, igitur sensibiliũ corruptibilium per se diffinitio esse non potest.

SOLVTIO.

Ad primum igitur & secundum responsum est in obijciendo. Ad tertium dicẽdum, quod vniuersalia sunt corruptibilia in singularibus per alterum, uniuersalia uero in uniuersali considerata sunt per se incorruptibilia quantum ad necessarias habitudines, quas habent ad suas passiones & principia, & vt sic de eis est demonstratio & diffinitio, & non primo modo. vnde non sequitur. Ad alia patet solutio.

Sequitur in Philosopho & in Doc. San.

Deinde cum dicit, Et eorũ, quæ sunt &c.

ARTICVLVS II.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd eorum, quæ sunt vt frequẽter, non sit demõstratio in scientia. Nam demonstratio est sempiternorum, sed quæ sunt frequenter, & non semper non sunt sempiterna. nam semp. ternum dicitur esse illud, quod semp. est. igiẽ &c.

2 Præterea. Corruptibilium non est demonstratio, ut dictum est, sed quæ nõ sunt semper, sunt corruptibilia, cum aliquando habeant non esse post esse. igitur. &c.

3 Præterea. Eorum quæ sunt raro nõ est demonstratio neq; scientia. ergo pari ratione eorum, quę non semper sunt, sed frequenter, non est demonstratio neque diffinitio.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in litera di-

dicens.[Eorũ autem quæ sæpe fiunt demonstrationes sunt scientię,ut lunæ defectus &c.

CONCLVSIO.

Respondeo, dicendum ꝙ tertia conclusio huius capituli, quæ est responsiua ad quæsitum est talis. eorum quæ sæpe fiunt est demonstratio. quam conclusionem probat philosophus exemplariter. De eclypsi lunæ & solis est demonstratio & scientia, quæ vt frequenter & nõ semper accidunt. ergo eorum quæ sæpe fiunt est demonstratio.

Sed considerandum est quod eclypsis lunæ, & similia, quæ non semper fiunt, possunt dupliciter considerari. vno modo in particulari, & tunc non sunt semper. & isto modo de ipsis non est demonstratio, neque scientia per se. alio modo in uniuersali uidelicet quantum ad rationes uniuersales terminorum. & isto modo ea, quæ non semper sunt scilicet quãtum ad esse existentiæ, semper sunt quãtum ad esse essentiæ, uel quantum ad habitudinem terminorum: unde eorũ, quæ non semper sunt, inquantum semper sũt est demonstratio & scientia, & non inquantum semper non sunt, ut innuit hic philosophus.

Considerandum est ulterius secundum Egidium, quod in demonstratione, qua demonstratur hęc conclusio. uidelicet luna eclypsat, sicut in qualibet alia demonstratione tria requiruntur, uidelicet subiectum s. luna, & passio. s. eclypsis & medium. s. interpositio terrę inter solem & lunã, quæ est causa eclypsis lunę. manifestum est autem quod in vniuersali considerantur semper, cum uniuersaliter sint vbique & semper, non enim demonstratur eclypsis de hac particulari luna primo, sed de luna in cõmuni. manifestum est etiam, ꝙ si eclypsis quæ tanquam passio de luna consideratur aptitudinaliter, ut supra declaratum est, semp est: luna. n. semper apta nata est eclypsari, licet non semper actu eclypsetur, sicut homo semper est risibilis, licet non semper actu rideat: similiter mediũ quãdam sempiternitatem participat, quia posita interpositione terræ inter solem & lunam, semper & necessario ponitur eclypsis. ex quo patet, quòd omnia, quæ sunt in demonstratione eorum, quæ nõ sunt semper quantum ad esse existentię, semper tamen sunt, si in vniuersali considerentur, & utrum sint semp terna, & incorruptibilia, &c. patet solutio articuli.

Cõsiderandum est ulterius secundum Doc. S. in præsenti lectione, quod inter ea quæ non semper sunt est differentia. quædã. n. non semper sunt ſm tps. sunt tñ semper per comparationẽ ad cãm, quia nunquam deficit, quin posita causa ponatur effectus, sicut de eclypsi lunę dictũ est. quædam uero sunt, quæ nõ sunt semper etiam per comparationẽ ad causam, quæ licet causæ impediri possunt; non enim semper ex generatione hominis generatur homo habens duas manus, sed quandoque fit defectus uel propter impedimentum uirtutis causæ agentis, uel materiæ, uel utriusque. ergo sic sunt ordinandæ demonstrationes, ut ex uniuersalibus propositionibus inferatur uniuersalis conclusio remouendo illa, in quibus potest esse defectus uel ex parte ipsius tantum, uel etiam ex parte causæ. hæc ille.

Considerandum est ulterius secundum Paulum Venetum contra Egidium, quòd siue eclypsis dicat actum, siue aptitudinem, semper illa propositio. luna eclypsatur. est demonstrabilis, uel quantum ad habitudinem ex his, quæ sunt semper, quia sicut causa dicit relationẽ ad effectum, ita e cõuerso, sicut. n. nõ interponitur terra quin sit eclypsis, ita non est eclypsis quin interponatur terra. unde de luna potest demonstrari, eclypsis siue dicat actum siue aptitudinem per hunc modum. quandocunque terra interponitur inter solem & lunam luna eclypsatur, sed quandocunque sol est in capite uel in cauda draconis terra interponitur inter solem & lunam. ergo quandocunq; sol est in capite uel in cauda draconis luna eclypsatur, sed hęc sententia uidetur esse contra ea, quæ superius

rius Philosophus adduxit, ꝓbauit enim supra, quòd demonstratio est eorum, q̃ sunt per se, & quòd conclusio demonstrationis est per se, sed quando eclypsari dicit actum, ista propositio non est ꝑ se. luna eclypsatur, cum prędicatum possit subiecto abesse pręter eius corruptionem. unde magis adhærendum est opinioni Egidii in hac parte quam sententiæ huius opinionis.

SOLVTIO.

Ad primum igitur, & alia patet solutio ex dictis.

LECTIO XVII.

De principijs demõstrationum, & est lec. 17. S. Docto.

QVAESTIO XXII. *quę habet articulos duos.*

GENERALITER nũc cõsiderare restat qualiter demonstratio non procedit ex principiis cõmunibus, sed propriis. Circa quod quæruntur duo. Primo utrum demõstratio procedat ex principiis cõmunibus. Secundo utrum correlaria, quæ Philosophus infert in hoc capitulo ex principali conclusione sint sufficienter assignata.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S. Quoniam autem manifestum est.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd demonstratio procedat ex communibus. Nam sicut se habet causa uniuersalis ad effectum particularem ita se habet principia communia ad cõclusionem demonstrabilem; sed causa uniuersalis concurrit ad productionem cuiuslibet effectus particularis. ergo principia communia demõstrationis cõcurrunt ad scientiam conclusionis, & ꝑ consequens ingrediuntur demonstrationem.

2 Præterea. Illa quæ sunt immediatiora conclusioni demonstratę magis ingrediuntur demonstrationem quam illa q̃ nõ sũt ei ita immediata, sed pricipia cõia sunt immediatiora conclusioni q̃ principia propria, quia secundum auctorem libri de causis uniuersalis immediatius agit in effectum, quam causa particularis. ergo &c.

3 Præterea. Principia communia formaliter & actualiter includuntur in propriis sicut superius in suo inferiori. ergo sicut principia propria ingrediuntur demonstrationem. ita & principia communia.

4 Pręterea. Arithmetica & Geometria vtuntur isto principio. Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanẽt sunt æqualia, & tamen constat quod illud principium est commune. igitur &c.

5 Præterea. Metaphy. est scientia & tamen conclusiones eius procedunt ex principijs communibus, cum ea consideret ratione suæ communitatis. ergo &cæte.

6 Præterea. Vniuersalia sunt communia, sed demonstratio procedit ex uniuersalibus ut supra probatum est. ergo &cæt.

7 Præterea. Philosophus dicit infra, ꝙ eorum quibus utimur in demonstratione quædam sunt propria, & quædam cõmunia. ergo demonstratio utitur principijs communibus.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in hoc capitulo dicens, quoniam autem manifestum est, ꝙ unumquodque non est demonstrare ex unoquoque &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, ꝙ istud est quintum capitulum huius tertij tractatus in quo Philosophus ponit unam cõclusionem ex qua infert tria correlaria, de quibus in sequenti articulo uidebit. est ergo conclusio, quæ est responsiua

ad

ad quæsitum. Demonstratio non procedit ex principiis communibus, quæ conclusio probatur duabus rationibus Philosophi secundum Doct. S. si dicta eius diligenter considerentur, quarum prima est talis. Omnis demonstratio propter quid facit scire simpliciter, & per se, non autem secundum accidens siue in communi, sed demonstratio quę procedit ex principijs communibus non facit scire simpliciter, sed in uniuersali, siue secundũ accidens. ergo demonstratio non procedit ex communibus loquendo de demõstratione propter quid, de qua est hic ad propositum. maior patet per Philosophũ supra in prima diffinitione demonstrationis. minor patet per demonstrationem Brissonis de quadratura circuli, qui demonstrauit quadraturam circuli esse æqualem circulo per illud principium commune, ubi est inuenire maius & minus ibi est æquale, sed est inuenire quadratum maius circulo & quadratum minus. ergo est inuenire quadratum æquale. Manifestum est, quod illa demõstratio non facit scire simpliciter, sed secundum accidens, quia illud principiũ. Vbi est inuenire maius & min⁹ &c. excedit genus quadrati & circuli. Secunda ratio est talis. Necesse est medium in eadem proximitate esse cum conclusione, id est necesse est, quod medium sit proximum conclusioni, sed si demonstratio procederet ex cõmunibus principiis, medium non esset in eadem proximitate cum conclusione & subiecto eius, cum possit ad diuersas scientias applicari. ergo demonstratio non põt procedere ex communibus.

Sed instat discipulus. Nã per principia superioris scientię demõstrantur passiones eiusdẽ sciẽtiæ de subiecto inferioris scientiæ, sicut in musica demonstratur aliquid per arithmeticalia, & tamen constat, quod talia principia non sunt in eadem proximitate cum subiecto & conclusionibus musicæ. ergo &c.

Dicẽdum hic secundum Philosophum, ꝙ demonstratio, qua aliqua passio superioris sciæ de subiecto proprio per principia eiusdẽ de subiecto inferioris sciẽtiæ facit scire quia, sed demonstratio, quæ demõstratur passio superioris sciẽtię de subiecto proprio per principia eiusdem facit scire propter quid, hic autem, ut dictum est, fit mentio de demonstratione propter quid, unde Philosophus infra dicet, ꝙ scientiæ superioris est scire propter quid, sed scientiæ inferioris est scire quia, quod intelligendum est modo exposito. Ex prędictis infertur secundũ Philosophum, quod demonstratio procedit ex principiis proprijs: nã demr̃atio ꝓcedit ex aliquibus principiis, ut patet per diffinitionem demonstrationis, uel ergo procedit ex prĩcipiis extraneis siue ꝑ accñs. uel ex principiis per se. non primum, ut probatum est. Si secundum aut procedit ex principiis propriis, aut communibus. non ex principiis cõibus, ut patet per pręcedentẽ cõclusionẽ, relinquitur ergo, ꝙ demonstratio procedat ex principiis propriis.

Considerandum est autem secundũ Paulum Venetum, quod prædicta cõclusio probatur a Philosopho quatuor rationibus, quod quidem verum est, si probationes debeant appellari. Quarum prima est. In qualibet demonstratione illud, quod demõstratur est in suis principiis secundum quod ipsum, sed illud, quod demonstratur non est in principiis communibus secundum quod ipsum, sed bene in principiis propriis. ergo demonstratio non procedit ex principiis communibus. Secunda ratio est ista. Omnis demonstratio est ex principiis non extraneis, neque per accidens. sed principia communia sunt huiusmodi, quia superius est extra rationẽ sui inferioris, ut ipse dicit. ergo &c. Quarta ratio est secunda superius adducta ad conclusionem principalem pręcedentis articuli. Sed si quis recte consideret, prima sua ratio peccat secundum fallaciam petitionis principii, quia qui diceret conclusionem procedere ex cõmunibus, negaret maiorem uidelicet in qualibet demonstratione illud, quod demonstratum est in suis principiis secundum

dum quod ipſum. Similiter tertia ratio aſſumit falſum.uidelicet quod ſuperius eſt extraneum reſpectu ſui inferioris ſuperius eſt de eſsētia,& de itellectu quidditatiuo reſpectu ſui inferioris, cum ſit de diffinitione eius. Nec valet dicere, vt ipſe infert, eſt extraneum ab altera ſpecie, & tunc dicitur extraneum reſpectu inferioris, quia ſuperius contractum ad aliq̄ ſpēm iam nō eſt ſuperius.

SOLVTIO.

Ad primū dicendū, ꝙ ſicut cā vl̄is cōcurrit ad productionem effectus virtualiter,ita principia cōia ingrediuntur demonſtrationem virtualiter, non autem formaliter. Pricipia ergo cōmunia īgredi demonſtrationem poteſt intelligi dupliciter.vno mō virtualiter,& ſic ingrediuntur.alio modo formaliter, & hoc dupliciter.Vno modo cōſiderando iſta principia communia vt appropriata, & applicata ad terminos ſpeciales, & iſto modo ingrediuntur demonſtrationem etiam formaliter. Alio modo vt ſunt in ſua communitate remanentia, & tunc non ingrediuntur formaliter demonſtrationem, vt vult Philoſophus hic. Ad ſecundum dicitur, quod duplex eſt immediatio, videlicet, virtutis & ſuppoſiti, verum eſt ꝙ principia cōia īmediatius ingrediūtur immediationem virtutis demonſtratione, non autem immediationem ſuppoſiti. Ad tertium & ad quartum dicitur ſicut & ad primum. Ad quintum dicendum, quòd principia metaphyſicalia poſſunt dupliciter cōſiderari. vno modo per reſpectum ad ea, q̄ cōſiderātur in ſcientijs ſpālibus, & iſto modo dicuntur cōia. Alio modo p̄ reſpectum ad propriū ſubiectum ipſius metaphyſicę,& iſto modo dn̄r propria.vnde metaphy.cōſiderāt principia cōia alijs, ſed ꝓpria ſibi,vt hic dicitur. Ad ſextum dr̄, ꝙ cōe accipitur dupliciter.vno mō vt diſtinguitur contra ſingulare, & iſto modo demonſtratio procedit ex communibus, quia vt ſic vniuerſalia omnia dicuntur communia. Alio modo vt diſtinguitur contra proprium.& iſto modo demonſtratio propter quid non procedit ex cōibus, ſecus autem eſt de demonſtratione quia, vt infra declarabit. Ad ſeptimum dicēdum ſicut ad primū.

Sequitur in Philoſophо & in Doct.S. deinde cū dicit ſi aūt hęc eſt &c.

ARTICVLVS II.

AD ſecundum ſic procedit. Videtur ꝙ tria correlaria, q̄ Philoſophus ex concluſione præcedenti infert, non ſint ſufficienter aſſignata. Nam iſta ſciā quæ eſt propria omnibus, non habet ꝓbare principia aliarum ſcientiarum.ſed vt dicitur hic in textu metaphy. eſt propria ſcientia omnibus.ergo ipſa nō habet probare principia aliarum ſcientiarum, quod eſt contra primū correlariū.

2 Præterea. Quæ ſunt per ſe nota nō probantur, ſed principia ſcientiarum ſpālium ſunt per ſe nota, cū ſint propoſitiones immediate, vt ſupra declaratum eſt.igitur &c.

3 Præterea. Logica habet probare principia aliarum ſcientiarum, vt patet 10.topicorum.ergo non metaphy.quia dum vnum ſufficit ad aliquid ſuperflue aliud requiritur.

4 Præterea.Si metaphy.haberet probare principia aliarum ſcīarum: ſequeretur ꝙ aliæ ſcientiæ eſſent ſubalternæ ipſi metaph.quia probare principia alicuius ſcientiæ pertinet ad ſcientiam ſubalternantem, vt etiam infra concedit Philoſophus. conſequens videtur eſſe falſum, cum ſubiectum metaphy. non contrahatur ad ſcientiam ſpecialem per differentiam accidentalem, vt etiā infra declarabitur. ergo idem ꝙ prius.

5 Præterea Scientia quæ dicitur ſcientia ſcientiarum eſt maxime ſcientia,q̄a terminus reflexus ſuper ſuum nominatiuum importat excellentiam, ſed logica dicitur ſcientia ſcientiarum.ergo metaphy.non dicitur maxime ſcientia,ſed logica, quod eſt contra ſecundum correlarium.

OPPOSITVM.

Sed contra eſt Philoſophus in litera ibi.

ibi.[Si autem manifestum est hoc, quod non est vnicuique ,ppria principia demonstare.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quòd Philosophus ex præcedenti cõclusione infert tria correlaria, quorum primum est, ꝙ ad metaphy. & non ad aliquam scientiã specialem pertinet demõstrare propria principia demonstrationum, quia sola metaphysi. considerat principia prima quæ sunt principia communia ad principia propria omnium scientiarum specialium. vnde ad eam pertinet probare principia aliarum scientiarum. Sed instabat discipulus. Nam arithmetica probat principia musicalia. ergo hoc nõ solum ad metaphy. pertinet. Respondetur quia licet arithmetica principia musicæ probet, non tam probat principia geometriç, sola autẽ metaphy. probat principia omnium scientiarum specialium, si probatione indigeant.

Secũdum correlarium est, quod quia metaphy probat principia aliarum sciẽtiarum, ex eo ꝙ principia prima, & primas causas considerat, sequitur ꝙ metaphy. sit maxime scientia, quia illud per quod aliquid scitur & demonstratur, est magis notum, scientia autem il a, q̃ considerat magis scibilia & priora dicit magis scientia. Illa igitur scientia quæ considerat maxime scibilia, & simpliciter prima dicitur maxime scientia. vnde metaphysi. sapientia nominatur. ut patet in procœmio metaphy. superior autem sciẽtia est magis sciẽtia quam inferior, quia probat eius principia. illa ergo scientia quæ est suprema omnium dicitur maxime scientia.

Tertium correlarium est. Quia descendere a metaphysica ad alias scientias non est descendere de vno genere in aliud genus simpliciter. sed est descendere sicut fit descensus ab arithmetica ad musicam quod est descendere de uno genere in alterum genus.

Considerandum est autem secundũ Doct. S. in 10. metaphy. quòd metaphy. dicitur maxime scientia propter quatuor. Primo ratione obiecti siue subiecti attributionis. nam ens, quod est subiectũ eius, cum sit primum, quod ab intellectu nostro concipitur. est maxime intelligibile. Secundo ratione eorum, quæ principaliter considerantur in ea. sicut sunt Deus, & substãtiæ separatæ, quæ cũ sint maximç entitatis, & simpliciter sũt maxime scibilia, quia unumquodque est intelligibile secundum quod est ens in actu. Tertio ratione primorum principiorum, quæ metaphysica considerat. nam primum principium, videlicet. Non contingit idem simul esse & non esse, dicitur esse certissimum, vt patet quinto metaphysicæ. Quarto ratione modi considerandi. considerat enim ipsa metaphysica ea quæ sunt abstracta a materia tam sensibili quam intelligibili, unde cõsiderat maxime immaterialia, & per cõsequens maxime intelligibilia, unumquodque enim secundum quòd magis est separabile a materia magis est intelligibile. metaphysi. ergo quadrupliciter merito dicit maxime scientia, vt clarius patet in procœmio metaphysicæ.

Considerandum est ulterius secundum Paulum Venetum, ꝙ a metaphysica contingit tripliciter descendere ad alias scientias speciales. Primo ratione obiecti, quia sub subiecto eius, ꝙ est ens inquantum ens, continentur subiecta aliarum scientiarum. Secundo ratione principiorum complexorũ, quia principia aliarum scientiarum complexa ,pbantur per principia complexa metaphysicalia. Tertio ratione principiorum incomplexorum, quia termini incomplexi transcendentes, de quibus est metaphysica includuntur in ratione terminorum specialium.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum est, quòd metaphysica dicitur proprie scientia, quia considerat principia cõmunia, quæ sunt propria sibi. sicut principia scientiæ specialis dicuntur propria in tali scientia, non autem dicitur proprie, quia consideret principia propria, idest specialia, Ad secundum dicendum, quod aliqua

dicuntur

dicuntur per se nota dupliciter. uno modo simpliciter, siue uniuersaliter loquendo. Alio indeterminato genere scibili. Illa principia quæ sunt per se nota primo modo, nullo modo possunt demonstrari sicut sunt principia simpliciter prima. illa tamen principia quæ sunt per se nota secundo modo possunt quidem demonstrari per principia priora. non quidem vt principia, sed ut sumuntur, vt conclusiones. principia autem scientiarum specialium sunt per se nota secundo modo, vnde ratio non sequitur. Ad tertium dicendum, quod logica probat principia aliarum scientiarum probabiliter siue dialectice: metaphysica uero demonstratiue. unde nulla est superfluitas. Ad quartum dicendum negãdo consequentiam, & ad probationem dicitur, quod hoc non sufficit ad subalternationem scientiæ. sed requiritur ꝙ subiectum superioris contrahatur per differentiam extraneam. Nihil autem est extraneum ab ente, quod est subiectum metaphysicæ, cum nihil sit, quod rationẽ entis subintelligere possit. vnde sciẽtiæ speciales non subalternantur metaphysicæ nisi extenso uocabulo subalternationis. Porro Pau. Vene. dicit, quòd hoc primum correlariũ philosophi est, quòd quælibet scientia specialis subalternet metaphysicæ, quod quidem non est uerum, quia Philosophus nullam hic penitus mentionem fecit de subalternatione. est ergo prædictum correlarium non Philosophi sed illius opinatoris.

Sed dicetur, licet philosophus nõ fecerit expresse mentionem de subalternatione, tamen necessario concludit ex dictis eius. Nam bene sequitur, metaphysica probat principia aliarum scientiarum. ergo aliꝫ scientiæ sibi subalternantur.

Dicendum ꝙ considerata ratio ualet per rationem Philosophi adductam.

Ad ultimum dicendum, quòd logica est quantum ad aliquid nobilior metaphysica uidelicet, in acquisitione aliarum scientiarum, non autem simpliciter.

LECTIO XVIII.

De notitia principiorum demonstrationis, & est lectio 18. San. Docto.

QVAESTIO XXIII. quæ habet articulos duos.

Omnino in hoc quarto tract. considerandum restat de principiis communibus & proprijs. Circa quod quia quę occurrunt consideranda. Primo enim considerandum est de distinctione principiorum communium a propriis. Secundo de distinctione principiorum communium intense. Tertio qualiter scientiæ demonstratiuæ se habeãt ad principia cõmunia. Quarto qualiter demonstratiuæ scientiæ se habeant circa propria principia, & qualiter in qualibet scientia sunt propriꝫ interrogationes & disputationes. Quinto qualiter in propria scientia qualibet sunt per se deceptiones & ignorantiæ. Circa primum quæruntur duo. Primum utrum principia demonstrationis possint demonstrari. Secundum utrum semper supponãtur in qualibet scientia.

Sequitur in Philosopho & in Doc. San. Difficile.

ARTICVLVS I.

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd principia demõstrationis possint demonstrari. Nam illud est vnum principium, quod triangulus hẽt tres angulos ęquales duobus rectis, quia per ipsum demonstratur, quòd Isocheles habet tres &c. & tamen demonstratur in primo Euclidis. ergo principia demonstrationis possunt demonstrari.

2 Præterea. Illud est unum principium prima causa est, & tamen demonstratur vt patet 8. physico. & 12. metaphysi. ergo &cæt.

3 Præ-

3 Præterea. Illa propositio est demonstrabilis, quæ est altera prior & notior, sed multa sunt principia sciētiarum specialium, quibus sunt aliquæ propositiones notiores & priores supradictis. igitur idem quod prius.

4 Præterea. Omne quod habet causam potest demonstrari, sed principia communia habent causas. ergo &c probatio minoris, quia omnia principia pręsertim complexa componūtur ex terminis, sed termini sunt causæ materiales, vt patet secundo physi. & quinto metaphy. ergo principia cōplexa habēt cām. & tunc possunt demonstrari.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in litera ibi. [Difficile est aūt noscere &c.] Et paulo post subiungit [Dico autem principia in unoquoque genere quæ quòd sint nō contingit demonstrare.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod iste est quart⁹ tractatus huius primi libri, in quo Philosophus determinat de principijs communibus & proprijs, qui quidem cōtinet in se quinq; capitula, in quorū primo ponit differentiam inter communia principia & propria. in secundo ponit differentiam inter principia communia ibi. [Non est autem suppositio.] In tertio, ostendit qualiter scientiæ demonstratiuę se habeant circa principia communia ibi. [Nō contingere aūt.] In quarto ostendit qualiter scientię demonstratiuę se habeant circa principia propria, & qualiter in qualibet scientia sunt proprię interrogationes, responsiones, & proprię disputationes ibi. [Si autem idē est interrogatio.] In quinto uero capitulo ostēdit, ꝙ in qualibet scīa sunt ꝓprię deceptiones, & ignorātię ibi.] Qm̄ autē sunt geometricę.] In primo uero capitulo Philosophus ponit duas conclusiones, quarum prima est rn̄siua ad q̄tum. Secunda est, qđ principium cōitatis diuiditur in principium cōe, & propriū. Est ergo prima ɔclō, quòd principia nōpn̄t demr̄ari, q̄ conclusionē probat Philoso. per descriptionem principiorum demr̄ationis. Nā principia sunt quæ cum sint uera, non contingit ea demonstrare. ergo ꝑ locum a descriptione principia nō contingit demonstrare. Secunda conclusio est, quod prīcipiorum q̄dā sunt cōia, q̄dā sunt propria, q̄ probant elicitiue ẜm Philo. Nam principium aut potest applicari ad diuersas scīas, aut solū ad unā determinatam scientiam. si primum, sic sunt principia communia. si secūdum sic sunt principia propria, & tūc patet dr̄ia inter principia communia & propria.

Considerandum est autem pro declaratione primę cōclusionis, ꝙ principiorū, vt dictū est q̄dā sūt cōia, q̄dā spālia, si fiat locutio đ prīcipijs cōib. sic ea posse demonstrari potest intelligi dupliciter, uno modo loquendo de demonstratione simpliciter. alio modo de demonstratione quo ad aliquem. primo modo non potest demōstrari, sed bene secūdo modo, ut patet quarto metaphy. Si uero loquamur de principijs specialibus, hoc ɔtingit dupliciter. uel simpliciter, uel in scientia, in qua sumuntur pro principijs. si primo mō, sic possunt demr̄ari non q̄dem ut principia, sicut dictum est, sed ut sumuntur in rōne conclusionis. Si secundo modo hoc pōt ītelligi dupliciter vel loquendo de demr̄atione ostensiua, uel ducendo ad impossibile. si primo mō sic non possunt demonstrari cum supponātur. secundo uero mō possunt demr̄ari.

Considerandum uero ulterius est ẜm Philosophū, ꝙ prīcipia cū nō principijs ɔueniūt, & differūt. ɔueniunt q̄dē, ꝙ de vtrisq; oportet supponere q̄d significēt. i. q̄d significat ꝑ terminos. sed in hoc differunt, q̄a de principijs oportet supponere quia sunt, i. q̄a uera sunt, sed de nō principijs, hoc est de ɔclusionibus, quæ sunt ex principijs, nō oportet supponere q̄a sunt, sed hoc ꝑ demr̄ationē q̄rit:

Considerandum est ulterius secundum Philosophū, ꝙ sciē speciales non utuntur principijs cōibus in sua cōitate remanētibus, ut supra dictū est, sed ūtūtur eis ẜm quandam analogiā. i. secundū quod sunt proportionata & applicata illis scientijs specialibus. utile enim

est: vt dicit Philosophus, accipere huiusmodi principia communia in scientiis specialibus quantũ pertinet ad genus subiectũ ipsarum, quod continetur sub subiecto scientiæ uniuersalis.

Cõsiderandũ est ulterius ẽm Philosophũ hic in littera, ꝙ scientiæ speciales præsupponũt de suis propriis quia sunt, i. quia uera sunt. de subiecto autem præsupponunt quia & quid, de passione ẽt quid tantũ. qualiter aũt hoc intelligendum sit superius declaratum est. Et licet vt dicit hic Philosophus prædicta supponenda sint in qualibet scientia, non tamen est necesse, quod quęlibet sciẽtia de omnibus prædictis faciat specialem mentionem, quia aliquando notum est subiectum & passionem esse.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, ꝙ illud principiũ, omnis triãgulus &c. demõstrari põt nõ quidem vt principiũ, sed ut q̃dã cõclusio, vt declaratũ est. Ad ẽm dicẽdũ, quod illud principiũ põt demonstrari demonstratione quia est, nõ aũt demõstratione pp quid, de qua est hic ad propositũ, & hoc sumẽdo ipsum pro cõclusione quadã, nõ aũt vt principiũ est. Ad tertiũ dr̃ sicut ad primũ. Ad quartũ dicẽdũ, ꝙ illud quod habet cãm dicentẽ pp quid põt demõstrari, sed termini propõnis non dñt causam propter quid. vnde non oportet, quod illæ propositiones, quæ dicũtur principia possint demõstrari per huiusmodi terminos, licet cognitio earum dependeat a cognitione terminorum, vt in principio libri declaratum est.

Sequitur vbi supra in Philosopho & in Do. S. impertinenter tamen &c.

ARTICVLVS II.

AD secundũ sic proceditur. Videtur quod principia non supponantur in qualibet scientia. Nam illa quæ demõstrantur siue probantur non supponuntur, sed principia scientiarum specialiũ ꝓbant, vt dictũ est. ergo nõ supponunt.

2 Pręterea. Illa quæ possunt negari, non supponuntur, sed principia ẽt cõmunia possunt negari, ut patet quarto metaphysicæ. Nã principia cõia se hñt ad principia spãlia sicut añs ad ꝯñs, sed negato consequẽte negaŧ añs. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in pręsenti capitulo ubi supra.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendũ est, quod principiorũ q̃dã sunt propria quædam cõmunia, vt dictũ est. Si loquamur de principijs specialibus, sic illa nõ supponunt in qualibet scĩa, sed solũ in illa scientia, in qua sumũtur pro principijs. Si uero loquamur de principijs communibus, & primis, sic necesse est ea supponere in qualibet scientia, quia illa dñr supponi in qualibet scĩa, quibus ignoratis omnia ignorantur. sed principia cõia & prima sũt talia, quod ipsis ignoratis oĩa ignorãtur, ipsis tñ scitis nõ omnia sciuntur. Constituũtur. n. ex terminis cõibus siuę transcendentibus, quæ includuntur in intellectu cuiuslibet termini spãlis. ergo nec nõ talia prĩcipia supponũtur in qualibet scientia. Sed instat discipulus. Istud est unum primum principium. Si ab æqualibus æqualia demaŧ quæ remanent sunt æqualia. similiter illud. Omne totum est maius sua parte, & tamen non supponitur in qualibet sciẽtia. ergo &c. Dicendũ quod p̃dictę propositiones bene sunt communes animi conceptiones, non tamẽ sunt principia simpliciter prima. Contra. Nam omnes animi cões conceptiones sunt prĩcipia similiter prima. ergo &c. Rñdeo dicendum ad hoc secũdũ Egidiũ, quod omnes animi cõceptiones possunt dupliciter cõsiderari. uno modo in ordine ad intellectum concipiẽtem. Alio modo ad ens, & ad partes eius. Primo mõ oẽs cões animi cõceptiones sunt principia prima, quia intellectus illis assentit absq; aliquo discursu ex sola notitia terminorũ. Sed secundo modo ꝯsiderata nõ sunt principia prima, quia fundantur super partes entis, uidelicet in quãtitate, quæ quidẽ habet ordinẽ ad ens

ens, sicut posterius ad suum prius, & tūc solum illa, quæ fundantur in ente, uel in esse sunt prima principia, ut illud. Non contingit idem simul esse & non esse.

Cōsiderandum est autem, ꝙ Paulus Venetus aliter respondit ad prædicta dicēs, quòd prędictę propōnes nō sunt prima principia simpliciter, sed solū secundum quid, nec intellectus eis assentit cognitis terminis absque aliquo discursu, vt est illud principium. Non contingit idem simul esse & non esse, & talia dñr prima principia simpliciter, & primæ dignitates nullo modo demonstrabiles, quædam uero sunt principia, quibus intellectus assentit cognitis terminis. mediante tamen discursu imperceptibili, vt, Omne totum est maius sua parte, & talia non sunt principia prima simpliciter, sed solum secundum quid. uidelicet per respectum ad scías, quarū sunt principia, quæ quidem sunt demonstrabilia secundum q̄d illis uidelicet, qui ea negarent. Sed alia sunt principia, quibus intellectus assentit ex solo discursu demonstratiuo moroso. vt, A quolibet puncto ad quemlibet punctum contingit rectā lineam ducere, & talia simpliciter demōstrātur. Alia uero sunt principia, quibus intellectus assentit ex solo discursu inductiuo uel diuisiuo, ut sunt præmissæ indemonstrabiles alicuius demonstrationis, hęc ille. Solutio tamen Egidij magis placet quia cum omnis discursus sit argumentatiuus. omnis autem argumentatio est perceptibilis ab eo, qui argumentationem facit. ergo nullus uidetur discursus imperceptibilis.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, ꝙ licet principia propria demonstrentur in scientia superiori, ut conclusiones quædam, sunt tamen prima principia communia, quæ supponūtur in qualibet sciētia, & non demonstrantur, ut dictū est. Ad secundum dicendum, ꝙ prima principia licet negari possint uoce, non tñ mente per se loquendo, q̄a sunt propōnes fundatę in ente, q̄bus intellectus dissentire non potest. per accidens uero negari possunt uirtualiter, uidelicet & implicite. Qui.n. negat propria principia specialiter & virtualiter, & implicite negat primum principium commune.

LECTIO XIX.

De veritate principiorum demōstrationis, & est lectio 18. San. Docto.

QVAESTIO XXIIII.

quę habet articulos duos.

LIcet considerandum sit in p̄cedenti capitulo de distinctione pricipiorum cōiū a proprijs. restat considerare de distinctione principiorū communium inter se. Circa quod quærūtur duo. Primo utrum necesse sit communes animi conceptiones siue dignitates per se esse ueras & per se uideri. Secundo utrum diffinitio significet esse vel non esse.

Sequitur in Philosopho, & Doc. San. Non est autem suppositio.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ non sit necesse cōes animi conceptiones per se esse & uideri ueras. Nā illud quod uř per aliud, non p̄ se vř, sed oīa principia complexa uidentur per aliud, uidelicet per lumē intellectus agētis. ergo nō est necesse ea p̄ se uideri.

2 Præterea. Quod vř per rōnem exteriorem nō per se uř, cum ratio exterior ſm Doctores sit argumētatio aliqua: sed dignitates possunt uideri per rōnes exteriores, quia rō interior significatur p̄ rōnem exteriorem. Ea. n. q̄ mēte cōcipiunt p̄ uocē exteriorē exprimi pñt. ergo &c.

3 Præterea. Non est necesse propōnes per se videri, ut patet in textu. ergo nec dignitates, patet consequentia, q̄a quęlibet dignitas dř suppō, cum supponatur

in qualibet ſcientia particulari, ut dictum eſt. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra eſt Philoſophus, in litera ibi. [Non eſt autem ſuppõ, neq; petitio, quod eſt neceſſe eſſe, per ſeipſum aũt uideri neceſſe eſt &c.

CONCLVSIO.

Rñdeo dicendum, ꝙ illud eſt ſecundũ capitulum huius quarti tractatus, in quo Philoſophus ponẽdo differentiam inter principia cõia ponit tres cõcluſiones. Quarum prima eſt. Quia differunt a petitionibus, & ſuppoſitionibus. Secunda ꝙ ſuppoſitio & petitio inter ſe differunt. Tertia eſt, de qua ẽt in ſequenti articulo uidebitur, quod diffinitio differt a ſuppõne & petitione. Prima concluſio probat̃ tali rõne. Nã illud principiũ, quod neceſſe eſt per ſeipſum uideri, non eſt ſuppõ neque petitio, ſed cõis animi cõceptio, ſiue dignitas eſt huiuſmodi. ergo cõmunis animi conceptio ſiue dignitas nõ eſt ſuppoſitio neque petitio. probatio minoris, qa ſuppoſitio & petitio poſſunt probari exteriori rõne, videlicet p ſyllogiſmum aliquem, cum cõſtituantur ex terminis ſpecialibus. Communis animi conceptio non poteſt probari per argumentationem aliquam, unde ad ea nõ eſt rõ exterior, ſed ad eam eſt ratio, quę eſt in anima, qa per lumẽ intellectus cognitis terminis ſtatim cognoſcitur. vnde neceſſe eſt per ſe videri. Quod autem non uideatur per rõnem exteriorem patet, quia cõtra illud, quod vr̃ per rõnem exteriorem, poteſt ſemper fieri inſtantia, ſec contra illud, quod fit per rõnem interiorem nõ poteſt fieri inſtantia. Cũ ergo in primum principium non feratur inſtantia mentaliter, ſimiliter neque ꝯ communes animi conceptiones, relinquitur ꝙ videntur per rõnem interiorẽ, & non per rõnẽ exteriorem. Ex quo patet qualiter cões animi conceptiones, & alia demõſtrationis principia, uidelicet ſuppõ & petitio differunt. Quæ quidem licet inter ſe differant in proprijs, habent tamen aliquid commune eis. cõe quidem habent, quia neceſſe eſt tam iſta quàm illa eſſe uera per ſe, licet non ſit neceſſe omnia uideri uera, ut ex adductis patet. Secunda concluſio probatur tali rõne. Nã oĩs propoſitio, qua utitur demonſtrator demonſtrãdo aliquam cõcluſionẽ, aut eſt probabilis addiſcẽti, cui ſit talis demonſtratio, aut nõ. ſi primum illa dr̃ ſuppõ. Si ſecundum hoc eſt dupliciter, quia aut ille addiſcens eſt ꝯriæ opinionis, aut indifferens, uidelicet qa neq; eſt eiuſdem opinionis neque ꝯriæ. Si primum ſic eſt quæſtio. ſi ſm̃ ſic eſt petitio. Ex quo patet qualiter prædicta tria differunt. Conueniunt autem in hoc, quod cum ſint demonſtrabilia, tamen demonſtrator ea non demonſtrat, quia non demonſtrantur in illa ſcientia, in qua accipiuntur pro ſuppoſitionibus. unde ſuperius inter principia immediata connumerantur.

Pro ampliori declaratione primę ꝯcluſionis conſiderandum eſt, ꝙ ratio accipitur pluribus modis. Vno modo accipitur rõ pro diffinitione ſicut patet ĩ diffinitione uniuocorũ in ante p̃dicamẽtis: vbi dr̃ ꝙ ſm̃ illud nomen rõ ſubſtantiæ eſt eadem. alio modo accipitur pro forma rei, ut patet ſecundo metaphy. capitulo de generationibus cauſarum. tertio modo accipitur pro eſſentia cõicabili ſiue uerificabili de pluribus. quarto modo accipitur pro medio habẽte uim probandi concluſionẽ, unde ſm̃ Boetiũ, argumentũ eſt rõ rei dubiæ faciens fidem. i. argumẽtum eſt mediũ proferens & p̃bans concluſionẽ. quinto modo accipit̃ pro anima rõnali, ut patet tertio de anima. ſexto modo accipitur pro potentia animæ rationalis ſm̃ quod diuiditur in rõnẽ vniuerſalem, & particularem, ſuperiorẽ & inferiorem. ſeptimo modo accipitur pro cauſa licita, ſicut cum dicimus, iſte habet rõnem. octauo modo accipitur pro lumine intellectus agentis, quo lumine aliquid cognoſcitur, & uocat̃ rõ interior. nono ſumitur pro rõne ſeu argumentatione probante aliquid, & uocatur rõ exterior, quæ poteſt dici mentalis & uocalis. ratio uocalis dicitur, quia exprimit extra illud, quod inte-

interius concipitur. ratio uero mentalis exterior dicitur, q̃a est explicabilis per rationem, uel quia non est nobis naturaliter indita talis argumentatio, sed acquisita ab extra. quando ergo dicitur, quòd communes animi conceptiones habent rationes in anima, accipitur ibi ratio pro lumine intellectus agentis & non pro syllogismo mentali, habet ergo in se anima rationem interiorem idest lumen intellectus agentis, quod est sibi intrinsecum, per quod assentit dignitatibus siue primis principijs. magister uero non facit rationem exteriorem idest syllogismum aliquem in discipulo, per quē doceat ipsum cognoscere principia, sed solum proponit in discipulo & discipulus habet apud se rationem interiorem, idest lumen intellectus agentis, per quod uidet illas dignitates. quando uero dicitur, quòd alia principia habent rationem exteriorem accipitur ibi ratio pro argumentatione probante aliquid, ut deducit hic Egidius.

Considerandum est vlterius, quòd quia vnius, & eiūsdem, & etiam ab eodē possunt formari plures rationes exteriores, scilicet plures syllogismi probantes aliquid, non tamen possunt ab eodem formari plures rationes interiores, cum in uno & eodem sit tantum unus intellectus agens: hinc est q̃ contra rationem interiorē non fertur instantia, sed bene contra rationem exteriorem.

Considerandum est insuper secundum Philosophum elicitiue, quòd dignitas a suppositione, petitione, & quæstione differt quadrupliciter. primo quia dignitas est necessaria per se. suppositio uero & petitio propter aliud. secundo quia dignitas ipsa per seipsam uidetur, non autem suppositio, aut petitio, aut quæstio. tertio quia dignitas est intelligibilis per solam rationem interiorem, nō autem alia. quarto quia dignitas neque demonstratur, neque demonstrari potest per rationem exteriorem. suppositio uero, siue petitio, siue quęstio possunt per rationem exteriorem probari.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quòd aliquid per se uideri pōt itelligi dupliciter. vno modo, quia nullo modo uī̃ p̱ aliud. & isto modo prima principia non per se vī̃r, q̃a vī̃r per cognitionē sensitiuā, & p̱ cognitionem intellectiuā terminorū a lumine intellectus agentis. alio modo aliquid dicitur per se uideri, quia non videtur siue intelligitur per discursum argumentatiuum, siue per rationem exteriorem, & isto modo dignitas & communes animi conceptiones per se uidētur. Ad secundum dicendum, q̃ si accipiatur ratio interior pro ratione, siue argumentatione mentali ducente in cognitionē alterius, sic uerum est, q̃ illud quod uī̃ p̱ rationem interiorem potest uideri p̱ rationem exteriorem, sed isto primo modo dignitas non uidetur per rationē interiorem. si uero accipiatur ratio interior pro lumine intellectus agentis ut accipitur in proposito, sic non est necesse, q̃ illud quod videtur per rationem interiorem possit uideri per rationem exteriorem. Ad tertium dicendum, q̃ licet quęlibet dignitas possit dici suppositio extenso nomine suppositionis, non tamen omnis suppositio est dignitas, unde ratio non sequitur.

Sequitur in Philosopho & in Docto. S.
Deinde cum dicit. termini autem non sunt.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur q̃ diffinitio significet esse. Nā illud quod est de ratione alicuius nō potest ab eo separari, sed significare eē est diffinitionis, ut patet per Philosophum & Boetium in topicis, diffinitio enim est oratio indicās quid est esse rei, ut ibidē dicitur. ergo diffinitio significat esse.

2 Præterea. Illud quod significat quod quid erat esse significat esse, sed diffinitio est huiusmodi, ut patet secundo huius & septimo metaphy. ergo idē, quod prius.

3 Præterea. Inter esse & non esse non cadit medium sicut inter ens & non ens non cadit medium cum contradicant. ergo quicquid significat aliquid aut significat esse aut non esse, sed diffinitio significat aliquid & non significat non esse. ergo significat esse.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in litera ibi. [Termini autem nõ sunt &c. nihil. n. esse aut non esse dicunt.]

CONCLVSIO.

Respõdeo dicendum, ꝙ conclusio tertia huius capituli est ista. diffinitio differt a suppositione & petitione, quæ conclusio probatur duabus rationibus philosophi: quarum prima est talis. nam omnis suppositio significat aliquid esse vel non esse, idest verum uel falsum, aut affirmationem vel negationem. sed diffinitio non significat esse vel non esse modo exposito, ergo diffinitio differt a suppositione & petitione. secunda ratio est talis, suppositio uel petitio est in toto uel in parte, idest omnis suppositio est uniuersalis uel particularis, sed nulla diffinitio est uniuersalis propositio uel particularis, cũ in ea nihil vniuersaliter vel particularite prædicetur. ergo diffinitio differt a suppositione & petitione, & similiter a quęstione.

Considerandum est hic secundum Philosophum elicitiue, quod termini idest diffinitones possunt dupliciter considerari. vno modo secundum quod sumuntur in propositionibus, & isto modo dici possunt suppositiones, alio modo pro ut secundum se, & absolute sumuntur, & isto modo non dicuntur suppositiones, sed oportet tales terminos p se sumptos solum intelligere non autẽ supponere, idest veros & falsos esse.

Considerandum est ulterius secundum eundem ibidem, quod geometria licet aliqui aliter opinati sint non supponit falsum cum dicit lineam esse unius pedis, aut lineam descriptam in puluere esse rectam quæ tamen non est recta, qa geometria nihil demonstrat de particularibus, sed de vniuersalibus, ut supra dictum est, hæ autem lineę sunt particulares siue singulares, vnde de eis nihil demonstrat geometria inquantum geometria, sed vtitur eis pro exemplis uniuersalium inquantum per huiusmodi exempla intelliguntur illa ex quibus & de quibus demonstrat.

Considerandum est ulterius secũdum ꝙ philosophus ex prædictis correlarie concludit, ꝙ non est necesse ponere species siue ideas ad hoc, ꝙ scia & demonstratio sit ex sempiternis, quia demõstratio sit ex uniuersalibus, q̃ perpetua sunt & sempiterna, sed ad hoc ꝙ fiat aliqua demr̃atio necesse est eẽ vnum in multis, & de multis. nã si non sit unum in multis nõ erit vniuersale, & si nõ sit uniuersale nõ erit medium demonstrationis, & per cõsequẽs neque demonstratio. oportet n. mediũ demonstrationis esse vniuersale, & vnum de pluribus prędicatum non æquiuoce, sed secundum eandem rõnẽ, quæ est ratio uniuersalis, aliter esset vitium in demonstrando. committeretur enim fallacia æquiuocationis quod inconueniens esse uidetur.

Considerandum est ulterius, ꝙ licet diffinitio, ut patet septimo metaphy. significet primario naturam uniuersalẽ, vt puta naturam specificam, tamen nec significat uniuersaliter nec particulariter siue singulariter, qa talis modus significandi oritur a significato uel ab aliqua compositione terminorum, & dr̃ diffinitio terminus a terminando, tum primo, quia terminat actum intellectus tũ secundo, qa terminat totam naturã diffiniti, indicat enim totam naturam diffiniti a prima potentia usque ad vltimum actum vt deducit Albertus mag.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum, quod esse accipitur tripliciter secundũ Doc. S. ĩ quæst. disputatis de malo, q. 1. art. 1. vno modo pro esse actualis existẽtiæ. secundo modo accipitur vt significat veritatẽ propositionis, propositio enim affirmatiua uera significat esse, & affirmatiua propositio falsa significat non esse principaliter, & istis duobus modis diffinitio

non

non significat esse. tertio modo accipitur pro esse essentiæ siue quidditatiuo, & isto modo diffinitio significat esse vt concludit argumentum. Ad secundum & tertium patet solutio ex iam dictis, licet enim inter esse & nõ esse simpliciter non cadat mediũ; tamen inter esse quod significat ueritatem ꝓpositionis, & non esse bene cadit medium. vnde ratio non sequitur.

LECTIO XX.

De principio communissimo in ordine ad scientiam, & est lect. 20. S. Docto.

QVAESTIO XXV.

quæ habet articulos duos.

INsuper considerandum restat qualiter scientiæ demõstratiuæ se habeãt circa principia communia. Circa quod quærũt duo. Primo utrum aliqua demonstratio accipiat hoc principium commune, non cõtingit idem simul affirmare & negare. Secundo utrum logica & metaphysica sint de omnibus.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S.

Non contingere autem.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd non aliqua demonstratio vtatur illo principio. non contingit idem simul affirmare & negare. Nam aliqua demonstratio utitur illo principio, de quolibet est uera affirmatio uel negatio: de nullo uero ambo simul, ut concedit Philosophus in litera. ergo pari ratione potest uti prædicto principio. videlicet, non contingit idem simul affirmare & negare.

2 Præterea. Quęcunque sic se habent, ꝙ sunt idem regulariter, si demonstratio vtitur uno etiam utitur reliquo, sed prædicta principia, videlicet, non contingit idẽ simul affirmare & negare, & de quolibet est vera affirmatio uel negatio &c. sunt idem realiter, aliter non esset vnum primum principium tãtum, quod est cõtra Philosophum, quarto metaphy. ergo si aliqua demonstratio utitur uno vtitur etiam & reliquo, & tunc idem quod prius.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in præsenti capitulo dicens [Contingere autem simul affirmare uel negare neque una recipit demonstratio &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, ꝙ istud est tertium capitulum huius quarti tractatus in quo Philoso. ostendit qualiter demonstratiuæ scientiæ se habeant circa principia communia adducendo tres cõclusiones, quarum prima est responsiua ad quęsitum, uidelicet, nulla demonstratio utitur isto principio, non contingit idem simul affirmare uel negare. Secunda conclusio est, quod aliqua demonstratio utitur isto principio, de quolibet est uera affirmatio uel negatio, de nullo vero ambo simul. Tertia conclusio est de qua in sequenti articulo uidebitur. videlicet, quod logica, dialectica & prima philosophia sunt de communibus obiectiue licet diuersimode. Est ergo prima conclusio, ꝙ nulla demonstratio utitur isto principio. Non contingit idem &c. quæ conclusio probatur vnica ratione Philosophi, quæ sic põt formari. nã demonstratio non utitur eo quo non indiget cũ potissimũ in demonstrationibus superfluitas sit vitanda, sed nulla demonstratio præsertim ostensiua indiget isto principio. Non conuenit &c. ergo nulla demonstratio vtitur eo. probatio minoris. nam si eo indigeret, potissime esset sumendum illud ad maiorem extremitatem, sed hoc non est verum, quia si talis additio ponatur ad maiorem extremitatem nihil plus certificatur, quam si non ponatur. unde non plus

certificatur cũ dicitur, omnis homo est animal rationale, & non est non animal rationale quam si diceretur, omnis homo est animal rationale, cum demonstratio intẽdat aliquid certificare & sciẽtiam generare non indiget prædicto principio. Pro cuius declaratione considerandum est quod aliquam demonstrationem uti prædicto principio potest intelligi dupliciter. vno modo ita quod eo vtatur formaliter. alio modo qđ eo vtat virtualr. si scđo mõ sic quelibet demr̃atio vtit, quia in uirtute primorum principiorũ ꝯclones de p̃missis siue principiis proprijs reducuntur. si primo modo hoc potest intelligi dupliciter. uno modo ita quod eo ntatur in sua cõitate remanẽte vel vt applicatum est ad determinata principia secundum diuersos terminos speciales. primo modo nulla demonstratio eo utitur cum principia quæ formaliter ingrediuntur demonstrationem deberent esse propria. demonstratio . n. procedit ex proprijs principijs vt supra declaratum est. si secundo modo hoc iterum potest intelligi dupliciter. uno modo quod eo utatur ad veritatem manifestandam. alio modo quod eo utatur ad contradictionem concludendam. primo modo demonstratio eo non utitur, cum propter hoc modo maior resultet certificatio ut declaratum est. secundo modo aliqua demonstratio potest eo uti sic procedendo. omne animal rationale est risibile & non risibile, sed omnis homo est animal rationale. ergo omnis homo est animal risibile & non risibile, & sic de similibus. Secunda conclusio est talis. demonstratio ducens ad impossibile utitur illo principio. de quolibet est vera affirmatio vel negatio, de nullo uero ambo simul. Quæ conclusio sic põt probari secundum Docto. Sanct. quia in demõstratione ad impossibile probatur aliquid esse uerum per hoc quod eius oppositũ est falsum, quod fit per prædictũ principiũ, quod patet sic demonstrãdo. nullus homo est risibilis. sed omne animal rationale est homo. ergo nullum animal rationale est risibile. ergo est manifeste falsa. ergo aliqua præmissarum, non minor cum diffinitum in ea prędicetur de diffinitione sua propria. ergo maior est falsa. uidelicet illa. nullus homo est risibilis. tunc sic ista propositio est falsa. nullus homo est risibilis. ergo sua contradictoria est uera. s. homo est risibilis, quia de quolibet est vera affirmatio vel negatio. de nullo uero ambo simul. Ex quo patet quod demonstratio ad impossibile vtitur prædicto principio quantum ad ueritatem ostendendam quod non accidit de aliquo alio principio negatiuo ut declaratum est.

Considerandum est autem secundum Philosophum in littera, quod prædicta demonstratio non semper vtitur isto principio: quia quandoque illud oppositum quod ostenditur esse falsum non est negatio, sed contrarium immediatum, sicut si ostenderetur aliquis numerus esse par, per hoc ꝙ falsum est ipsum esse imparem, nec etiam utitur prædicto principio vniuersaliter, videlicet sub his terminis ens & non ens, sed quantum sufficit in genere isto circa qđ fiunt demonstrationes. sicut si in geometria accipiatur rectum & non rectum, cum uidelicet ostenditur aliquam lineam esse rectam per hoc quod est falsum ipsam esse non rectam deducendo ad impossibile. hæc D.S. in lectione.

Considerandum est vlterius secundũ Egidium, quod eo ipso quod res habet esse determinatum est ex eo quod est hoc & non aliud ex eo, si de eo est affirmatio vera, uel negatio vera. qui ergo bene intelligit quod determinata significatio terminorum & determinata natura rerũ facit ad veritatem cuiuslibet propositionis, uere sufficienter intelligit quomodo quælibet propositio uera roboratur per hoc principium, De quolibet est uera affirmatio vel negatio, cum ergo ueritas quelibet roboret per principiũ p̃dictũ aliquo modo, uidelicet quod secundum virtutem ingreditur demonstrationem quãlibet, non tamen oportet quod secundum propriam

formam ingrediatur demonstrationē, & potissime demonstrationem ostensiuam. qui enim uult arguere seu probare aliquid ostensiue, non oportet quod accipiat utranque partem contradictionis, sed sufficit concludere alteram solum vt sufficit dicere. uerum esse hominem esse animal. hæc enim conclusio sufficienter dat intelligere quod falsum sit dicere ipsum non esse animal. qui enim concludit quod homo est animal, concludit etiam quod homo non est non animal. nam non esse non animal intelligitur per esse animal, sicut obliquum intelligitur per rectum, priuatio per habitum, & negatio per affirmationem. unde demonstratio ostensiua non indiget isto principio, vt simul accipiat utranque partem contradictionis, & quia non indiget, ideo non accipit ipsum. Et si acciperet, deberet accipere affirmationem & negationem ponendo ad maiorem extremitatem, & non ad medium neque ad minorem extremitatem, sed licet demonstratio ostensiua prædicto principio non indigeat, demonstratio tamen ducens ad impossibile potest eo indigere, quia possumus adducere aduersarium ad hoc impossibile, quod non de quolibet est affirmatio uel negatio uera, sed contingit idem simul affirmare & negare, quādo uero ad tale inconueniens ducimus aduersarium oportet syllogizare simul concludendo affirmationem, & negationem, hæc omnia ille formaliter.

Considerandum est finaliter secundū eundem, quod cum argumentatio sit organum scientificum, & sic instrumentū manuducens nos ad scientiam & ueritatem, cum demonstratio ostensiua nō indigeat prædicto principio, neque indigeat accipere utrāque partem contradictionis simul ad veritatem ostendendam, patet quod talis demonstratio simpliciter loquendo non indiget utrāque partem simul accipere, cum specialiter ordinetur ad ueritatem. potest tamē indigere secundum quid: si velit utranq; partem contradictionis concludere.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum negando consequentiam, quod illud primum non conuenit &c. est negatum, aliud uero affirmatiue designatum. Et licet sint idem secundum rem designatam, differunt tamen secundum rationes, unde aliquid potest conuenire uni quod non conuenit alteri. & tunc patet etiam solutio ad secundum articulum.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S.

Communicant autem omnes scientiæ &c.

ARTICVLVS II.

AD secundū sic proceditur. Videtur quod logica, dialectica, & metaphysica non sint de omnibus. Nam logica est solum de ente rationis, sed non omnia sunt entia rationis. ergo &c.

2 Præterea. Dialectica est solum de probabilibus: sed non omnia sunt probabilia, cum quædam sint necessaria & impossibilia. ergo &c.

3 Præterea. Metaphysica considerat omnia entia realia solum, cum sit sciētia realis, sed non omnia sunt entia realia &c. ergo &c.

4 Præterea. Nulla scientia est singularium, neque accidentium, neque contingentium, neque corruptibilium, ut ex supra dictis patet. sed constat aliqua esse talia. ergo nulla scientia potest esse de omnibus, quod est contra suppositū.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti capitulo ibi. [Communicant autem scientiæ secundum cōia. cōia aūt dico, quibus vtūtur tanquā ex his demrantes, sed non de quibus demonstrant, neque quid demonstrat &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendū, ꝙ tertia ɔclo, q̄ est hic, est rñſiua, uidelicet ꝙ logica, dialectica, & prima philosophia sunt de oībus, licet diuersimode. prima pars huius cōclonis pbaꝛ auctoritate philos. dicentis

cetis, quòd omnes scientiæ communes vtuntur principijs communibus, sed q̃cunque scientia vtitur principiis communibus contentis sub eis, cum partes subiectiuę & totum ad eandem sciẽtiam pertineant, vt ex superioribus patet, ergo prædictę scientiæ omnes sunt de oĩbus ad minus obiectiuæ. Scđa pars ꝓbatur, quia vt elicitiuæ hic habetur a Doc.S.& Philosopho. prima philosopia est de omnibus subihctiue. logica vero est de omnib⁹ ratiocinatiue. dialectica vero est de omnibus probatiue.

Pro declaratione huius conclusionis considerandum primo est, quod scientiam vti principiis communibus potest intelligi dupliciter. vno modo per ipsa aliquid demonstrando. alio modo aliquid demonstrando de ipsis. primo modo quælibet scientia vtitur eis virtualiter & non formaliter. secundo modo nulla scientia proprie loquendo vtitur eis, cum sint prima principia communissima & indemonstrabilia simpliciter id est uniuersaliter, vt dicit Philosophus 4. metaphy. sed tertio modo aliqua sciẽtia, uidelicet, prima Philosophia utitur eis demonstrando, uidelicet, aliqua de eis. utpote quod non est possibile mente concipere opposita eorum. ut patet 4. metaphy. Et hoc est ꝙ philosophus dicit in capite huius lectionis. primus tamen philosophus tentat prædicta prima principia demonstrare eo modo, quo possibile est contradicendo negantibus ea per ea, quæ oportet ab eis concedi, non autem per ea, quæ sunt magis nota, ut dicit hic Doc.S.

Considerandum est ulterius secundũ eundem Doc S. in lectione, quod prima philosophia dicitur esse de communibus, quia eius consideratio dicitur esse circa res communes, sicut circa ens, & partes & passiones entis, & tunc circa omnia, quæ in rebus sunt, habet negociari. sed consideratio logica est de operibus rationis, logica est etiam de his, quæ communia sunt omnibus, id est de intentionibus rationis, quæ ad omnes res se extendunt, non autem ita quod logica sit de ipsis rebus communibus sicut de subiectis. considerat enim logica similem etiam enuntiationem & huiusmodi. dialectica uero est de communibus non solum quia pertractat intentiones rationis, quod est commune toti logicę, sed etiam quia circa rerum communia argumentatur. Ex quo patet quod prima philosophia est de omnib⁹ subiectiue. logica ratiocinatiue. dialectica uero probatiue siue argumentatiue. Considerandum est vlterius, quod licet tam philosophia prima quam dialectica disputent de primis principiis, tamen aliter & aliter, ut inuit hic philosophus & Doct.S. Nam dialectica non procedit ex aliquib⁹ principiis determinatis, nec assumit alteram partem cõtradictionis tantum, sed se habet ad utranque, cum contingat utranque uel probabilem esse, uel ex probabilibus posse ostendi, & per hoc interrogat. prima vero philosophia procedit circa omnia per modum demõstrationis, & non per modum dialecticę disputationis.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quòd licet non omnia entia sint entia rationis, tamen circa omnia intellectus potest ratiocinare, ideo logica dicitur esse de omnibus. Ad secundum dicendũ, quod tam necessaria quam impossibilia dicuntur esse probabilia communiter accipiendo, scilicet probabile pro omni eo, quod potest uere, aut apperenter probari. Ad tertiũ dicendum, quòd omnia entia sunt entia realia formaliter aut fundamentaliter. licet enim intẽtiones rationis non sint entia realia formaliter, sunt tamen entia realia fundamentaliter, quia fundamentum habent in re. Vel dicendum, quòd prima philosophia dicitur de omnibus, quia cõsiderat omnes res reales. unde ratio præsupponit falsum. Ad quartum dicendum, quod prima philosophia considerat singularia contingentia, non secundum rationem singularitatis, sed secundum quod conueniunt in ratione entis, ut in prima philosophia declaratum est.

LEC-

LECTIO XXI.

De scientiarum proprijs principiis & est lec. 21. Doc. S.

QVÆSTIO XXVI.

quę habet articulos duos.

NVNC considerandum restat qualiter scientię demonstratiuę se habeant circa propria principia considerando, quod in qualibet scientia sunt proprię interrogationes, responsiones, & disputationes. Circa quod quæruntur duo. primo vtrum in qualibet scientia demonstratiua sint proprię interrogatiões & proprię responsiones. secundo, vtrum demonstrator intorroget.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S. si autem idem est interrogatio.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod in qualibet scientia demonstratiua non sint proprię interrogões, & proprię responsiones, & proprię disputationes. Nam si in qualibet scientia essent interrogationes vere scibiles, de quibus nunc ad propositum, sequitur quod non tantum quatuor essent interrogationes siue quæstiones vere scibiles, consequens est contra Philoso. secundo huius. consequentia patet, quia non tantum quatuor sunt scientiæ, vt de se patet.

2 Præterea. Vbicunque est maxima certitudo, ibi non cadit dubitatio, sed in scientia demonstratiua est maxima certitudo, cum demonstratio procedat ex principiis per se notis, vt supra concessum est. ergo in ea non cadit dubitatio, & per consequens neque interrogatio, quia interrogatio videtur esse dubitabilis propositio.

3 Præterea. Metaphysica respondet ad omnes quæstiones, siue interrogationes, quia vt dicitur in procemio metaphysicę. sapientis est scire omnia vt conuenit per causas, ergo sequitur, quod in qualibet scientia non sint proprię responsiones.

4 Præterea. Non est alia ratio quare in qualibet scientia sint proprię interrogationes, nisi quia vt dicit hic Philosophus, ex his fit syllogismus. sed hoc non potest esse, quia ex interrogationibus syllogismus fieri non potest, cum interrogatio non sit præmissa, sed potius cōclusio, siue de conclusione. ergo videtur quod in qualibet scientia non sint proprię interrogationes.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in litera ibi. [Si autem idē est interrogatio &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod istud est quartum capitulum huius quarti tractatus, in quo Philosophus ostēdendo qualiter scientię demonstratiuę se habeant circa propria pricipia, adducit duas cōclusiones, ex quarum prima infert tria correlaria. Prima conclusio est talis. In qualibet scientia demonstratiua sunt proprię interrogationes. Secunda. In qualibet scientia sunt proprię responsiones, & proprię disputationes. prima conclusio probatur tali ratione. Propositio & interrogatio idem sunt. sed in qualibet scientia sunt proprię propositiones, ex quibus demonstrationes procedunt, & propriæ cōclusiones. ergo in qualibet scientia sunt propriæ interrogationes. secunda conclusio probatur. Interrogatio & responsio pertinent ad eandem scientiam. non enim conuenit vnumquodque respondentem ad omnia interrogata respondere, sed solum de his, quæ fiunt secundum proprias scientias. Non enim musicus habet respondere ad interrogationes geometricales. ergo in qualibet scientia sunt propriæ responsiones, sicut & proprię interogationes, sed ex interrogatione & responsione fit disputatio. ergo in qualibet scientia sunt proprię disputationes.

nes. Non enim est in non geometricis de geometria disputandum.ut dicit hic Philosophus.tum primo quia qui sic arguit, non conuincit nisi per accidens. secundo quia non poterit iudicari per principia scientię, vtrum bene disputatum sit vel male. Ex prima conclusione infert Philosophus tria correlaria. quorum primum est quod non quælibet interrogatio, est geometricalis, vel medicinalis, & sic neque aliqua interrogatio est indr̃nter cuiuslibet scientię, sicut propositio siue conclusio non est indr̃nter cuiuslibet scientiæ. secundum correlarium est, quod interrogationes geometricę sunt, ex quibus demonstratur aliquid circa illa, quæ demonstrant ex principijs eiusdē geometrię. hoc est quod illa interrogatio est propria alicui scientię, ex qua aliquid demonstratur vel in ipsa sciētia, vel in scia ei subalterna. Tertium correlarium est, quòd de interrogationibus alicuius scientię fienda est ratio ex principijs illius scientię, vel ex conclusionibus, quæ per illa principia demonstrantur, sicut de interrogationibus geometricis fienda est ratio ex principijs geometrię, vel ex conclusionibus, quæ per ista principia demonstantur.

Considerandum est primo pro declaratione præcedentium, quod interrogatio potest accipi dupliciter, vno modo pro actu interrogantis, & sic non sumitur hic. alio modo pro propositione, de qua fit interrogatio, & tunc interrogatio est dubitabilis propositio, quæ quidem potest accipi dupliciter. vno modo pro quacunque oratione probabili, & sic in qualibet scientia reperiuntur interrogationes. Alio modo capitur pro propositione probabili solum ad vtranque partem contradictionis, & sic solū in dialectica reperiuntur interrogationes.

Considerandum est in super, quod interrogationes secundum Doc. S. in lect. aliquando sumuntur per propositiones, ex quibus demonstrator procedit. & isto modo in nulla scientia presertim speciali potest sumi ratio de proprijs interrogationibus, quia nulla scientia probat sua principia nisi inducendo habitum metaphysici. Ratio tamen istarū interrogationum potest sumi ex principijs superioris scientiæ, sicut patet de scientia subalternata. Quandoque vero sumuntur interrogationes prout sunt conclusiones demonstratiuæ, & sic de eis ratio non potest sumi ex principijs illius scientię, ad quam pertinent. quia ratio conclusionis sumitur ex principijs. Sed instabat discipulus. Nam demōstrator non interrogat de principijs. ergo demonstratio non potest sumi ex ꝑpositionibus, ex quibus demonstrator procedit. Dicendum quod præmissę, ex quibus demonstrator procedit si considerentur vt præmissæ sunt siue principia, sic de eis non est interrogatio, sed si sumentur pro conclusionibus in alia scientia, sic de eis potest fieri interrogatio.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum, quod licet sint tantum quattuor interrogationes vere scibiles in genere, p̄les tamen sunt in specie. vt in secundo declarabit. Ad secundum dicendum, quod licet in scientia demonstratiua post deductiones conclusionis ex principijs sit maxima certitudo, tamen ante conclusiones potest esse dubitatio de conclusione, ad quam remouendam quælibet scientia habet principia sua. Ad tertium dicendū, quod metaphysi. r̄ndet ad interrogationes resoluendo in terminos cōmunes, inquantum, videlicet, istæ interrogationes componuntur ex terminis, q̄a includūt terminos metaphysicales. Vel dicendum negando consequentiā, quia licet metaphysica habeat viam ad principia omnium scientiarum specialium, non per hoc sequitur, quin in qualibet scientia sint propria principia, & similiter dicendum de interrogationibus, & licet vna & eadem interrogatio materialiter sumpta secundum diuersas considerationes possit pertinere ad diuersas scientias, non tamen secundum

dũ eãdem rationẽ considerandi. Ad quartum dicitur, quod sic accipiantur interrogationes pro propositionibus, quæ possunt esse conclusiones in una scientia, & principia in altera, sic ex interrogationibus potest fieri syllogismus demonstratiuus & ostensiuus, & nõ solum demonstratio ad impossibile. Et hoc sumendo interrogationem non formaliter inquantum interrogatio, sed materialiter inquantum propositio, siue in ꝓpositione. Sed si accipiantur interrogationes solum pro propositionibus, quæ sunt conclusiones tantum, sic manifestũ est, quod demonstratio ostensiua nõ fit ex interrogationibus. secus de demõstratione ad impossibile.

Sequitur in Philosopho, & in Doctore Sancto vbi supra.

ARTICVLVS III.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod demonstrator non interroget. Nam Philosophus in præcedenti capitulo expresse dicit, quod demonstratoris non est, idest non conuenit interrogare. ergo demõstrator nõ interrogat.

2 Præterea. Demonstratio procedit ex certis & per se notis, & non ex dubitabilibus. cum ergo interrogatio sit dubitabilis propositio, videtur quod demonstrator non interroget.

3 Præterea. Interrogatio habet viam ad utranque partem contradictionis, sed demonstrator ad vnam uiam tantũ. s. ad veram. ergo non interrogat.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus ubi supra ostẽdẽdo, ꝙ in qualibet scĩa demonstratiua sunt propriæ interrogationes.

CONCLVSIO.

Respõdeo dicendum, ꝙ demonstrãtẽ interrogare potest intelligi dupliciter. uno mõ ꝙ interroget de præmis. siue pricipiis inquantum huiusmodi. Alio modo ita ꝙ interroget de cõclusione. primo modo demonstrare non est interrogare; quia si quis principia negauerit, non habet principia ad probandum ea. ideo nõ debet de eis interrogari, sed debet assumere ea tanquam vera. Secundo mõ iterum põt intelligi dupliciter. uno mõ ita ꝙ interroget de ꝯclusione. vt demõstret vtrãque partẽ cõtradictionis. & isto mõ non est demonstrare interrogare, ut voluit tertiũ argumentũ. alio modo põt intelligi quod interroget de conclusione, & concludat alterã partem tantũ, videlicet verã. & tunc oportet demõstrãtẽ interrogare, quia si negentur cõclusiones, habet uiam ad demonstrãdũ eas, iõ põt de cõclusionibus interrogare. sed cũ eas demonstrauerit, vtitur eis ut propositionibus ad aliquas cõclusiones demonstrãdas. Ex quo patet, quod interrogatio dialectica, & interrogatio posterioristica dupliciter differunt. nam interrogatio dialectica est tã de principijs quã de conclusionibus. interrogatio vero posterioristica, siue vere scibilis est solũ de conclusione. Iterũ interrogatio dialectica est de conclusione quantum ad vtrãque partem contradictionis. interrogatio uero posterioristica est de conclusione quãtum ad vnam partem tantum.

SOLVTIO.

Ad argumenta patet solutio ex dictis. nam vt dictum est, non est demonstrãtẽ interrogare de principiis, neq; ẽt de cõclusione, vt cõcludat utranq; partem cõtradictionis, sicut uoluit Philosophus in præcedenti capitulo. cum tamen contingat demonstrantem interrogare de conclusione, sicut dictum est.

LECTIO XXII.

Quomodo scientiæ demonstratiuæ habent proprias deceptiones. & est lect. 22. Doct. S.

QVAESTIO XXVII.

quę habet articulos tres.

ITEM superest ꝯsiderare qualiter in scientia sunt propriæ deceptiones & ignorantiæ. Circa

Circa quod quæruntur tria. primo utrũ in demõſtratiuis ſciẽtiis ſyllogiſmi ignorantiæ, per quos cauſatur deceptio, poſſit eſſe paralogiſmus in dictione vel extra dictionem. ſecundo vtrum demonſtrationes augeãtur per media diuerſa. tertio utrum ſcientiæ doctrinales ſint certiſſimę.

Sequitur in Philoſopho, & in Doct. S.

Quoniam autem ſunt.

ARTICVLVS I.

AD primum ſic proceditur. Videtur quod ſyllogiſmi ignorantiæ, per quos cauſatur deceptio in ſyllogiſmis poſſint eſſe paralogiſmi in dictione, & extra dictionem. Nam ſcientiæ aliquæ demonſtratiuę utuntur terminis analogicis. vt patet de metaphyſica, quæ eſt de ente vero &c. ſed analogum cauſat fallaciam æquiuocationis in ſecũdo modo, ut patet 1. elenc. ergo in ſcientijs demonſtratiuis poſſunt fieri paralogiſmi. qui appellantur ſyllogiſmi ignorantiæ.

2 Præterea. Tales ſyllogiſmi ignorãtię aut ſunt veri aut ſunt falſi. ſi primum nõ videtur quod tales dicantur ſyllogiſmi ignorantiæ. ſi ſecundũ, tales erunt ſyllogiſmi ſophiſtici. & per ꝯñs paralogiſmi.

OPPOSITVM.

Sed contra eſt Philoſophus ibi. [Quoniam autem ſunt geometricæ &c.]

CONCLVSIO.

Rñdeo dicendũ, quod iſtud eſt quintũ cap. huius quarti tractatus, in quo Philoſophus oſtẽdẽdo, ꝙ in qualibet ſcientia ſunt propriæ deceptiones, mouet & ſoluit tres quæſtiones. quarũ prima eſt talis.

Vtrum ſicut ſunt aliquæ geometricæ interrogationes, ſint etiam aliquæ omnino non geometricæ, & ſimiliter in alijs.

Secunda qõ eſt utrum interrogationes, quæ fiũt ſecundum ignorãtiã in geometria, poſſint dici geometricæ. & ſimiliter in alijs ſcientijs. Tertia qõ eſt, utrũ ſyllogiſmus ignorãtiæ, qui fit in ſcientiis demonſtratiuis, ſit ſyllogiſmus ꝓcedens ex falſis, vel utrum ſit paralogiſmus peccãs i forma, q. eſt ſyllogiſmus apparẽs & non exiſtens. Ad primam q. reſpondet Doct. San. quod aliquæ ſunt interrogationes oĩno non geometricæ, quæ videlicet ſunt oĩno ex altera ſcĩa. ut ſi quęreretur in geometria, vtrum tonus poſſit diuidi in duo ſemitona. talis interrogatio eſſet omnino non geometrica, quia eſſet ex his, quæ nullo modo pertinent ad geometriam. Ad ſecundam dicẽdum ſm Philoſophum, quod interrogatio, q̃ fit ſecundum ignorantiam in geometria eſt de his, quæ ad geometriã pertinent, cũ vero interrogatur aliquid, quod eſt ꝯ̃ ueritatẽ geometriæ, nõ eſt omnino nõ geometrica, ſed eſt aliquo mõ geometrica, & aliquo mõ non. Dr̃. n. interrogatio nõ geometrica duplr. vno mõ, quia eſt oĩno non geometrica, quaſi nihil hñs de geometria. alio modo quia praue hẽt illud quod geometriæ eſt. ſicut habens aliquid contrarium geometrciæ ueritati, ſicut dupliciter aliq̃d dr̃ ſine ſono. vno modo, quia nullũ penitꝰ facit ſonũ, vt lana. alio mõ quia habet prauũ ſonum, ſicut campana nõ bene ſonans. primo mõ interrogatio, quæ fit ſm ignorantiã, non dr̃ geometrica. ſed bene ſecũdo modo. ſicut interrogatio, quæ eſt de concurſu linearũ æque diſtãtiũ, eſt geometrica ſecundo modo & non primo mõ. Ad tertiã q. reſpondet Philoſophus quod ſyllogiſmus, qui fit ſecundum ignorantiã in aliqua ſcĩa demõſtratiua, non eſt paralogiſmus. ideſt peccans in forma, ſed eſt ſyllogiſmus peccans in materia, quia falſum aſſumit, ſed bene concludit. Quod autem talis ſyllogiſmus non ſit paralogiſmus, ſic probatur ſecundum Philoſophum: quia in ſcientijs demonſtratiuis non poteſt fieri paralogiſmus, quia aut iſte paralogiſmus eſſet in dictione, aut extra dictionẽ. non primum, quia huiuſmodi maxime eſſet ſecundum æquiuocationem, ſed hoc non poteſt dici, tum primo quia medium in ſcientiis demonſtratiuis debet eſſe, & eſt ſemper vnũ, & idem ſecundum rem, ſed medium in æquiuocatione non eſt vnum ſecũdum rem, ſed multipliciter, ut patet de cane. ergo paralogiſmus ſecundum dictionem non

cad. c

cadit in scientijs demonstratiuis, tum secundo quia deceptio, quæ fit secundũ equiuocationem excluditur per hoc, ꝙ mediũ demr̃atur ad sensum. ergo in demr̃atiuis scientijs non põt esse aliqua deceptio secundũ hanc fallaciam, antecedens patet de hoc nomine circulus, q̄ ęquiuoce dicitur de figura & de poemate. cãt enim deceptionem antequam demonstraretur ad sensum dicendo. omnis circulꝰ est figura, poema Homeri est circulus. ergo poema Homeri est figura sed si circulus describatur in puluere manifestum est, quod carmina siue poemata non sunt circulus. & sic nulla ibi accidit deceptio. consequentia probatur, quia illud, quod diffinitur se habet ad intellectum, sicut illud, quod sensibiliter describitur se habet ad sensum. ergo sicut deceptio excluditur per hoc medium quod demõstratur ad sensum, ita in demonstratiuis scientijs excluditur per hoc quod demonstretur ad intellectum, quia in demonstrationibus semper proceditur ex diffinitionibus, q̄ sunt proprium obiectum intellectus. vnde non potest esse ibi deceptio secundũ fallaciam æquiuocationis, & multo minus secundum alias fallacias in dictione. Nec potest fieri secundum, licet talis peralogismus sit secũdũ fallaciam extra dictionem quod probat Philosophus supponendo, quod in demonstratiuis non potest fieri instantia nisi vniuersalis, quia oportet syllogismum demonstratiuum esse ex propositionibus vniuersalibus. Eędem autem sunt propositiones & instantię tam in dialecticis quam in demonstratiuis, quia illud quod sumitur vt instantia postea sumitur vt propositio. Quo supposito si in demõstratiuis scientijs fieret aliquis paralogismus extra dictionẽ hoc maxime esset secundum fallaciam cõsequentis. sed hoc non potest dici, quia si esset fallacia ꝯsequẽtis hoc esset, q̄a antecedẽs posset esse verum consequente existente falso. puta syllogizãdo ex puris affirmatiuis in secunda figura, vt arguit Scq. Quicquid generatur ex ãnti cito generatur, sed ignis cito generat̃. ergo &c. aut quia non conuertitur consequentia, vt puta arguendo a positione ãntis ad positionem consequentis. ergo &c. aut non quia ibi possunt sumi plura & indeterminata media ad vnam conclusionem. his enim tribus modis causatur secundum fallaciam consequentis deceptio, sed nullus istorum modorum reperitur in scientiis demonstratiuis. Non primus. quia cum demonstratio semper procedat ex veris & semper concludat verũ. antecedens nõ poterit esse verum consequente existente falso. Nec secundus quia determinatio procedit ex conuertibilibꝰ, vt potissime patet in mathematicis. Nec ẽt tertius, quia semper in demonstratiuis scientiis sunt determinata principia, quia demonstrationes non augent̃ per media, quia in demonstrationibus assumuntur diffinitiones ꝑ medijs. vnius autem rei est tantum vna diffõ, ergo nullo modo potest fieri deceptio in demonstratiuis scientijs per fallaciam consequentis, & per consequens syllogismus ignorantię non põt dici paralogismus nec syllogismus peccãs in forma sed in mã. Ex quo patet responsio ad quæsitum, ex quibus commendatio fit scientiarum doctrinalium. ut patebit in tertio ar. huius.

Considerandum est pro declaratione præcedentium primo circa primam. q̄. quod Philosophus non intendit quærere absolute, an sint aliquę interrogationes non geometricę. quia hoc satis habetur ex præcedenti capitulo. vbi ostendit quod in qualibet scientia sunt proprię interrogationes, & quod interrogationes huius scientię non pertinent ad alias scientias, sed intendit quærere an sit aliqua interrogatio simpliciter non geometrica nullo modo pertinens ad geometriam, vel an sit aliqua interrogatio, qua apparet geometrica, & non est.

Pro quo vlterius est considerandum secundum Egidium, quod interrogationes ad geometriam possunt se habere quattuor modis. nam aliquę sunt interrogation,

rogationes, quæ ſequuntur ex principijs geometriç & ſunt in geometria, vt ſuper datam lineam rectam conuenit çquilaterũ collocare. aliæ ſunt interrogationes quæ ſequuntur ex principiis geometriç, & tamen non ſunt in geometria, ſed in alia vt in perſpectiua, ſicut oculus videt dextrum magnitudinis per hoc quod ab ipſo egrediuntur lineç cauſantes angulũ rectilineç in partem dextram oculi: aliç vero ſunt interrogationes, quæ nec ſunt in geometria, nec ſequuntur ex principiis geometriç, poſſunt tamen videri ſequi ex talibus principijs ratione affinitatis ad ſuas ſcientias ſubalternantes, ſicut ipſius ſex ad quattuor eſt proportio ſexquialtera, ſed aliæ ſunt quç nec ſunt in geometria nec ſequuntur ex principijs geometriç neque habent apparentiã quod ſequantur ex ipſis, vt omne graue cadit deorſum, & leue tẽdit ſurſum. vnde Philoſophus propter has interrogationum diuerſitates propoſuit primas quæſtiones non volens abſolute quærere, vt dictũ eſt, utrum ſint aliquæ interrogationes non geometricæ, & ſicut dicebatur de geometria, ita dicendũ eſt de alijs ſcientijs ſpecialibus.

Conſiderandum eſt vlterius circa ſecundam q. ſecundum Egidium, quod interrogatio quç eſt ſecundum ignorantiam geometriæ magis dicenda eſt geometrica quam non geometrica, licet quodammodo ſit geometrica & quodã modo non geometrica. cuius ratio eſt, quia illud quod eſt tale ſecundum materiam eſt tale ſecundum quid, quod autem eſt tale ſecundum formam, eſt tale ſimpliciter, quia ergo interrogatio ſecundum ignorantiam geometriæ eſt geometrica ſecundum materiam, quia cõpoſita eſt ex terminis geometricis, igitur eſt geometrica ſecundum quid, quia uero non eſt geometrica ſecũdum formam, quia eſt materialiter ordinata & compoſita ſecũdum illos terminos, ideo eſt geometrica ſecundum quid & non ſimpliciter, & quia ab eo quod eſt ſimpliciter debet fieri denominatio, ideo talis interrogatio debet dici ſimpliciter geometrica.

Conſiderandum eſt ulterius circa tertiam. q. ſecundũ Philoſophum, quod in ſcientijs doctrinalibus nõ committitur paralogiſm⁹, ſicut ĩ dialecticis, eo quod maior extremitas prædicatur de omni medio, & medium de omni minori extremitate, quod uero prædicat dicitur commune, ideſt ſignum uniuerſale non additur ad prędicatum ſed ad ſubiectũ, cuius ratione eſt quia ſubiectum habet rationem materiæ, prædicatum uero rationem formæ. forma uero de ſe eſt indiuiſibilis: materiæ uero competit diuiſio. ergo ſignum uniuerſale, quod diuiſionem importat debet addi ſubiecto & non prædicato. quod uero ſubiectum habeat rationem materię & prędicatum rationem formæ, patet ex hoc quod quandocunque aliqua duo concurrunt ad conſtitutionem unius tertij, quod prius concurrit tenet locum materiæ, & q̃d poſterius cõcurrit locũ formæ, ſed ſubiectum & prædicatum concurrunt ad conſtitutionem propoſitionis, & neceſſario prius concurrit ſubiectum quam prædicatum, ergo ſubiectũ habet rationem materiæ, & prædicatum formæ.

S O L V T I O.

Ad primum ergo dicendum, quod non omne analogum cãt fallaciam æquiuocationis. vnde dupliciter eſt analogum. quoddam eſt analogum quod ex impõne noĩum eſt impoſitum ad ſignificandum plura ſecundum prius & poſterius, & tale analogum non cauſat fallaciam æquiuocationis, ſicut ens, vnum & ſimilia. aliàs primum principium nõ eſſet certiſſimum, quod eſt contra Philoſophum. 4. metaph. aliud eſt analogum quod ex impoſitione nominum impoſitum eſt ad ſigñandum vnum quod poſtea trãſumptũ eſt ad ſigñandum aliud, ſicut ridens. vt patet 1. elencho. & tale bene cauſat fallaciã æquiuocationis in ſecundo modo. Ad ſecundum dicendũ, quod tales ſyllogiſmi ſunt veri, cum obſeruent omnia quæ requiruntur ad formam

mam syllogisticam, quia tamen procedunt ex falsis dicuntur syllogismi secundum quid, non autem paralogismi. vnde ratio non sequitur.

Sequitur ubi supra in Philosopho & in Doc. San.

ARTICVLVS II.

AD secundū sic proceditur. Vr ꝙ demr̄ationes augeantur per diuersa media. nam una conclusio potest demōstrari per diuersa media. ista enim conclusio. luna eclypsatur potest demōstrari per hoc, quia non diffundit radios ad oculū nostrum, & per hoc ꝙ terra interponitur inter solē & lunā. ergo demr̄ationes pn̄t augeri ꝑ diuersa media, quia dicūtur augeri ꝑ diuersa media, qn̄ plura media sumūtur ad eādē cōclusionē.

Secundo. Vna conclusio potest demōstrari demonstratione quia est, & demōstratione propter q̄d, sed cōstat in his esse diuersa media. ergo idem quòd prius.

Sed dicebat discipulus, sicut dicit hic Doc. S. quòd demonstrationes non augeri per diuersa media est intelligendum de demonstrationibus propter quid tantum.

Tertio. Considerandum unius rei possunt esse plures diffinitiones, quarum quælibet potest sumi pro medio respectu eiusdem conclusionis, & tamen constat esse tales demonstrationes propter quid, in quibus sumitur diffinitio pro medio. ergo demonstrationes propter quid augentur per media.

Quarto. Hæc est una conclusio. terra est rotunda, & tamen per aliud medium demonstratur a naturali & ab astronomo. ergo idem est quòd prius.

Quinto. In secundo de cęlo & mun. Philosophus demonstrat terrā esse rotūdam duobus medijs. ut patet per hoc quod est grauis, & per hoc quod causat eclypsim circularem. ergo uidetur quod demr̄ationes augētur ꝑ diuersa media.

OPPOSITVM.

Sed cōtra est Philosophus ubi supra, potissime autem ibi. [Augentur autem non per media &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod demonstrationes non augentur per media, cuius ratio est, quia unius rei est tantum una essentia, propter quam est quam significat dictō, sed medium demonstrationis est causa, propter quam est res cum demonstratio faciat scire, modo scire est cām rei cognoscere ꝑꝑ q̄ &c.

Considerandum est autem, quòd demonstrationes augeri per media potest intelligi dupliciter. uno modo loquēdo de scientijs doctrinalibus siue mathematicis, & tunc demonstrationes non possunt augeri per media, tamen mathematicę demonstrarent per causam formalem. unius autem rei est tantum una quiditas siue forma. alio modo loquendo in scientijs naturalibus, & hoc iterum dupliciter. uno mō loquendo de demr̄ationibus propter quid nō potissimis, & tūc demonstratio potest augeri per media, quia res naturales dependent a quattuor causis, quarum quælibet potest sumi pro medio. alio modo loquendo de demonstrationibus propter quid potissimis, & hoc dupliciter intelligi potest. uno modo per respectū ad diuersas conclusiones demr̄andas, & tunc ēt demōstratiōes possunt augeri per media, sed hoc proprie non est augeri demonstrationes. alio mō per respectum ad cālem conclusionē, & tūc demr̄ationes pn̄t augeri per media, quia unius conclusionis non pōt esse nisi una demonstratio propter quid potissima. cum unius rei nō sit nisi una causa totalis & principalis, & tunc secundum rationes Britonis est intelligendum dictū Philosophi, uidelicet ꝙ demonstrationes propter quid potissime nō augentur in aliqua scīa, sed s̄m Paulū Venetū ītelr̄ dictū Philosophi solum de demonstrationibus in scientiis doctrinalibus, quæ dn̄r mathematicę, q̄ demonstrāt per causam formalē tm̄, ut dcm̄ est, & ꝑ hoc patet solo ad obiecta.

Cōsiderādū est ulterius s̄m Philos. ꝙ demr̄ationes possunt augeri dupliciter. vno modo in post sumendo. alio modo in

in latus ponendo. demonstrationes aūt augeri in post sumendo potest intelligi dupliciter sm Egidium. vno modo sumēdo subiectū sub subiecto. alio modo sumendo subiectū post subiectum. tertio mō sumendo vnā passionem post aliā. Exemplum primi. vt si demōstratur corruptibile esse de corpore per hoc ꝙ est cōpositum ex contrarijs. Deinde demōstretur de corpore animato per hoc ꝙ est corpus, & inde demōstretur de aīali per hoc quod est corpus aīatum, & sic in infinitum, qđ q̇dē conditionaliter exponēdū est, idest si in infinitū cōuenit procedere sumendo subiectū sub subiecto in infinitū demōstrationes augent̄. nō aūt esset hoc cathegorice exponendum. q̄a infra Philosophus ꝓbat esse statū in demonstrationibus. Exemplum scđi. vt sumendo speciem post speciem, siue subiectum post subiectū, vt vnitas est ps aliquota omnis numeri, quia aliquotiēs sumpta reddit numerum omnem perfectū, sed numerus binarius est numerus. ergo vnitas est pars aliquota binarij. ternarius est numerus. ergo unitas est pars aliquota ternarij, & sic ī infinitū augent̄ demrationes, cū species numeri sint infinitę, non quidem actu sed potentia tantum. Exemplum tertij sumendo videlicet, passiones post passiōes. vt omne animal rationale est disciplinabile. omnis homo est huiusmodi. ergo omnis homo est disciplinabilis. oē disciplinabile est risibile. oīs hō est disciplinabilis. ergo oīs hō est risibilis. oē risibile est flebile. oīs hō ē risibilis. ergo oīs hō ē flebilis. & sic de alijs passionibus sumēdo vnā post aliam demonstrationes augētur, donec fiat status in passionibus. Si dicatur in his demonstrationibus sunt diuersa media. ergo demonstrationes augentur secundum media. Dicendum est secundum Egidium, quòd licet sint ibi diuersa media & diuersę conclusiones, tamē est tantum vnum medium ad vnam conclusionem & non plura, quod esset demonstrationem augeri per media. vnde ratio nulla. si tamen aliquis vellet seruare vnum medium, sicut in exemplo secundi modi, posset sic demonstrare. omne animal rationale est disciplinabile: omnis homo est animal rationale. ergo omnis homo est disciplinabile. oē aial rationale est risibile. oīs homo est huiusmodi. ergo &c. Vbi tñ est vnum medium in prædictis demonstrationibus. similiter in exemplo primi modi posset aliquis accipere vnicum medium tantū ad demonstrandu n unam passionem de pluribus subsumptis. ut omne compositum ex contrarijs est corruptibile. sed omne corpus est huiusmodi. ergo &c. ibi per vnum medium demonstratur ꝓpria passio de pluribus subiectis subsumendo unum post aliud, & hunc modum syllogizandi puto magis esse de mente Philosophi, saluo tamen meliori iudicio. quia in diuersis demonstrationibus non negat augmentationem posse fieri per media. & dicuntur prædictę augmentationes esse unę de forma propter unitatem medij, & propter unitatem passionis, materialiter autem dicuntur diuersę propter diuersitatem minoris extremitatis.

Considerandum est ulterius quando dicitur demonstrationem posse augeri in post sumendo, hic post, potest importare triplicem ordinem, uidelicet ordinem prædicantis, ordinem constituentis ad constitutum, & ordinem originis. in primo prædictorū modorum, uidelicet, quando sumitur unum sub alio, ly post dicit ordinē ꝑdicantis, qn̄ subiectū est post ꝑdicatū. & inferius dr̄ esse post superius sm ordinē ꝑdicātis. sed in scđo mō dicit ordinē cōstituētis ad constitutū. q̄a numerus binarius magis dicit cōstitutionē alterius nūeri materaliter loquēdo. in tertio uero mō dicit ordinem originis, quia ab uno subiecto fluunt diuersę passiones ordine quodā originis, ita quòd fluit una mediante alia.

Considerandum est ulterius, quòd species numerorum in secundo modo pñt accipi dupliciter. uno mō per respectū ad suū genus. s. ad numerū sic collateratum dicūtur se habere. unde primo mō talis augmentatio dēt esse in latus

su mendo.

sumendo. alio modo potest considerari secundum ordinem constituentis & cõstituti, & isto modo talis augmentatio dr̃ esse in post sumendo, quia constitutum dicitur esse post constituens. Hæc Egidius in præsenti lectione. Non est autem inconueniens, quod in uno & eodẽ modo respectu eiusdem secundum tamen diuersas ꝯsiderationes fiat augmẽtatio in post sumẽdo & ĩ latus sumẽdo.

Considerandum est vlterius, ꝙ augmentationes dicuntur ab alio augeri in latus sumendo, quia uidelicet una passio alicuius communis demonstratur de speciebus diuidentibus absque genere. dicuntur enim species diuidentes genus collateraliter se habere sic, quando numerus diuiditur per numerum parem, & imparem. numerus par se habet ex uno latere, & numerus impar se hẽt ex alio latere, si igitur ista passio finitum uel infinitum esse demonstraretur de numero pari per hoc, quod omnis numerus par est numerus quantus, & omnis numerus quãtus est numerus finitus uel infinitus, & postea aliquid demonstraretur de numero impari per medium, dicit esse augmentatio demonstrationis in latus sumendo, ut patet demonstrando, omnis numerus quãtus est finitus uel infinitus, sed numer⁹ par est huiusmodi. ergo &c. Item omnis numerus cum sit quantitas, est finitus uel infinitus, sed omnis numerus par est huiusmodi. ergo omnis numerus par est finitus uel infinitus. Isto autẽ modo nõ potest fieri augumento in infinitum, si fiat diuisio illius communis immediata, quia nõ possũt esse nisi duę species, aut duæ differentię immediate diuidentes unum genus. si vero diuisio fiat p immediata non contingit talem augumentationem fieri in infinitum, ut patet de specieb. numeri, & hoc ꝯditionaliter exponendo, vt dictum est. patet autẽ ex dictis ꝙ demonstrationes non augentur per media ad eandem conclusionem, & qualiter augentur in post assumendo tripliciter, & qualiter in latus sumendo.

SOLVTIO.

Ad primum & ad alia patet solutio per distinctionem superius adductam.

Sequitur vbi supra in Philosopho & Docto. San.

ARTICVLVS III.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod scientiæ doctrinales & mathematicæ non sint certissimæ & firmæ. nam Commẽta. in prooemio de anima, vult ꝙ scĩa de aĩa, & metaphysica sint cæteris certiores. ergo mathematicæ scientię non sunt certissimę. Sed dicebat discipulus ꝙ scientia de anima, & metaphysica sũt cęteris certiores rõne obiecti, quia ut dr̃ substantiæ separatę, & aĩa sunt obiecta ꝭm naturam certissima & manifestissima, tamẽ mathematicæ scĩæ sunt cæteris certiores rõne modi demõstrandi, quia non demonstrantur nisi per certiora ꝭm naturam. Sed contra. Commẽtator dicit in eodẽ prologo scientiã de anima excedere mathematicas scientias nobilitate & certitudine demonstrationis. ergo responsio nulla.

Secundo. Principia mathematica sunt falsa. ergo mathematicæ scĩæ nõ sunt firmę, qđ est ꝯ secundã partem. antecedẽs probat. nã hoc prĩcipiũ est falsum, si ab ęqualibus æqualia demas, q̃ remanent sunt ęqualia cum primo. qa si a duobus ternarijs remoueant̃ ęquales numeri, puta duo binarij, residua non erũt ęqualia, quia remanent duo binarij unitates quæ non sunt æquales, nec inæquales, cũ nõ sint quantæ cum secundo, quia proportio. 8. ad 4. & 6. ad tria sunt proportiones æquales, sed remouendo a prima proportione duo non remanent proportiones ęquales, licet remouẽdo a prima ꝓportione duo remaneat proportio sexquialtera. videlicet 6. ad 4. & remouẽdo a proportione secunda idem, non remanet proportio sexquialtera, uidelicet quattuor ad tria. ergo prædictum principiũ est falsum, quod est mathematicum.

Tertio. Istud est principiũ mathematicum, oẽ totum est maius sua parte, sed hoc principiũ ur̃ esse falsum: nã corpus

& aīa sunt partes corporis sortis, sed sortes non est maior aīa, cū anima nō sit neque parua neq; magna. cū nō sit quanta, nec est minor corpore, cum corpus eius sit sibi equale. ergo prima principia mathematicalia sunt falsa, & per consequens scientiæ mathematicæ non sunt firmę.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus, vbi supra elicitiue, & Comment. 3. metaphy. ubi dicit scientias mathematicas esse in primo gradu certitudinis.

CONCLVSIO.

Rn̄deo dicendum, ꝙ aliquam sciētiā esse certiorem & firmiorem potest intelligi dupliciter. uno modo rōne communi, & sic mathematicæ non sunt certissimæ, vt voluit primū argumentum. alio modo rōne modi demonstrandi, & hoc dupliciter, vno modo quia firmiori mō demonstrant, & sic ēt scię mathematicę non sunt certissimæ, quia res naturales sunt firmiores quā quantitates numeri & lineæ, & sic procedit replica adducta. alio modo quia firmiori modo demonstrant, & sic sciæ mathematicæ dn̄r esse firmæ & certissimæ. Pro prima parte uidelicet ꝙ sint certissimę, eliciuntur hic a Philosopho tres rōnes. quarū prima est talis. Illæ sciæ quæ magis offerūtur intellectui sunt certiores, sed sciæ mathematicæ sunt huiusmodi. ergo &c. probatur minor, quia cum notitia intellectus a sēsu dependeat ſm Philosophum infra, & in secundo de anima. ubi dr̄ quod per se magis se offert sensui magis se offert & intellectui, sed scię mathematicę magis se offerunt sensui quam aliæ. ergo magis se offerunt intellectui. minor declaratur a simili. nam geometria non cōcedit absolute istam, videlicet. omnis circulus est figura, pp ęquiuocationem illius termini circulus, sed cōcedit illam de circulo descripto in puluere, uel in aliquo alio sensibili.

Considerandum est autem, ꝙ maior prædictæ probōnis dēt intelligi cōparādo singula singulis, dum. s. cętera sint paria. dato. n. ꝙ singulare magis se offerat sensui q̄ vl̄e, nō sequitur tn̄, ꝙ singulare magis se offerat intellectui q̄ vl̄e cū vl̄e ſm Philosophū ī tertio de aīa, & Cōmētatorem ibidē sit ītelligibile p se. vn̄ intellectus per se intelligit ul̄e & nō reflexe, singulare aūt mediāte sensu, sed intelligitur ēt comparando singulare ad singulare, & vl̄e ad vl̄e, ut patet si aliqd singulare magis se offerat sensui ꝙ aliquod uniuersale magis se offerat intellectui, & si aliquod vniuersale magis se offerat sensui, ꝙ aliquod vniuersale magis se offerat intellectui. secunda rō est talis. Illæ sciæ sunt certiores, in q̄bus instare particulariter nō contingit, sed tm̄ vniuersaliter, cū notitia uniuersalis sit potior q̄ singularis, sed in mathematica tm̄ conuenit instare uniuersaliter, qa p̄pōnes eius sunt uniuersales, cū p̄dicatū, i. maior extremitas insit medio. mediū subiecto. i. minori extremitati ſm quòd ipsum. p̄pōnes aūt & instantię & similiter interrogationes eædē sunt, ut supra innuit Philosophus. ergo &c. Tertia rō est talis. Illa scīa est certior, q̄ p cōuertibilia magis procedit, quia minor poterit cāri deceptio in terminis conuertibilibus q̄ nō cōuertibilibus, sed maxime sciæ mathematicæ sunt huiusmodi. vt patet īductiue per singulares demonstrationes earū. igitur doctrinales sciæ q̄ mathematicæ dn̄r sunt certiores. Sil̄r pro secunda parte q̄siti, videlicet, quòd sciæ doctrinales siue mathematicæ sint cæteris scijs īfirmiores possunt hic elici a Philosopho tres rōnes. quarum prima est ex parte p̄missarū cōparatarū ad ꝯclusiones. scd̄a sumit̄ ex parte extremitatū cōparatarū ad mediū. tertia sumit̄ ex parte medij cōparati ad primā ꝯclusionē. Prima rō est talis. Nā in mathematicis sciētijs ul̄r si præmissæ sunt ueræ, & cōclusio uera, & econuerso arguendo ex puris affirmatiuis in secunda figura, cum ibi sp arguat̄ ex terminis conuertibilibus, quod non conuenit in alijs scientiis, puta in naturali philosophia sic arguendo / Quod generatur in multiplicata analogia siue proportione cito generatur. sed ignis cito generatur. ergo ignis

generatur

gnantur in multiplicata analogia ergo scientiæ metaphysicę sunt cęteris firmiores. secunda ratio est ista. Nam scientiæ metaphysicę non recipiunt nisi ea quæ sunt per se, cum solum recipiant diffinitiones, subiecta, & passiones quæ ad inuicem conuertuntur, & de se inuicem prædicantur. aliæ autem scientiæ assumunt ea, quæ sunt per accidens, vt patet de philosophia naturali, quæ assumit, quòd terra est frigida, & aer est calus. ergo sunt cęteris firmiores. tertia ratio est talis. Nam scientiæ metaphysicę non procedunt nisi per vnum mediũ ad vnam conclusionem demonstrandam, cum demonstrationes augeantur per diuersa media. vt dicit Philosophus. aliæ vero scientiæ procedunt per plura media, vt patet de philosophia prima, quæ vnam conclusionem etiam propter quid potest demonstrare per quattuor diuersas causas. ergo scientiæ metaphysicę, quæ potissime dicuntur doctrinales sunt alijs firmiores. Patet sequela, quia vbi multitudo ibi confusio, & per consequens non maxima certitudo. Hæc omnia dicit Paulus Venetus & benę, licet parum ad propositum. Philosophus enim non vult hic probare nisi quod syllogismus ignorantię nõ est paralogismus. peccans secundum aliquam fallaciam in dictione, aut extra dictionem. vt satis ex supradictis patet.

SOLVTIO.

Ad primum & secundum patet solutio ex supradictis. Ad tertium negatur consequentia, & ad probationẽ dicitur quod illud principium intellectum est, si residua sunt quanta, duæ autem vniuersales, aut duo puncta non sunt quanta. Ad illud autem quod objciebatur de proportionibus dicendum est, quod sufficit subtrahere terminos proportionum, sed non proportiones, vt proportio dupla, aut tripla, & sic de singulis. Ad vltimum dicendum, quod hoc principium intelligitur de partibus integralibus siue quantitatiuis, & non formalibus aut essentialibus. vnde ratio laborat in æquiuoco.

LECTIO XXIII.

De demonstratione propter quid & quia, & est lect. 23. Doc. S.

QVESTIO XXVIII.

quę habet articulos duos.

DICTVM est de demonstratione propter q̃d primo. secũdo de his q̃bus demr̃ator vtitur in suis demr̃ationibus. tertio, ex quibus demonstratio propter quid procedit. quarto de principijs demonstrationis tam communibus quam specialibus. Consequenter considerandum restat in hoc quinto tractatu de differentiis demonstrationis propter quid, & quia est. Circa quod duo occurrunt consideranda. primo considerandum est de differentijs prædictarum demonstrationũ in eadem scientia. secundo de differentiis earum in diuersis scientijs. [Alio vero modo &c.] Circa primum duo occurrunt consideranda. Nam primo considerandum de duabus differentijs, quas Philosophus ponit inter demonstrationem propter quid & quia in eadem sciẽtia, & de probatione exemplari duplicis differentię ipsius Philosophi. secundo considerandum est de probatione exemplari primę differentię a Philosopho assignatæ ibi: [Amplius in quibus &c.] Circa primum quęruntur duo. primo utrum demonstratio propter quid & quia differant in eadem scientia. secũdo utrum sit aliqua demonstratio quia est quæ procedat per modum non conuertibilem.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S.
sed quia differt a propter quid.

ARTICVLVS I.

AD primũ sic p̃ceditur. Vr̃ q̃ demr̃atio p̃ p̃ q̃d & q̃a non differant in

eadem scientia. nam finis cuiuslibet demonstrationis est idem, videlicet, scire. ergo demõstratio propter quid & quia non dfnt. patet consequentia, quia doctrina eorum, quæ ordinantur ad finem ex ipso fine sumenda est, sicut illa, quæ dependet ex principijs. vt vult Philosophus in prooemio ethicorum.

Secundo. Si demonstratio quia est differret a demonstratione propter quid in eadem scientia, maxime hoc esset quia demonstratio quia est procederet ex causis remotis, uel ab effectibus, vt innuit hic Philosophus, sed hoc non est verum, quia ut per diffinitionem demonstrationis superius patuit, demonstratio procedit ex immediatis, prioribusque causis, sed causæ remotæ non sunt causæ immediatæ, & effectus non sunt priores sed posteriores suis causis. ergo &c. Confirmatur. Quia quælibet demõstratio facit scire, sed scire est rei cãm cognoscere, propter quam res est, & quoniam illius est causa, quæ dicitur causa immediata rei & proxima. ergo nulla est demonstratio, quæ procedat ex causis remotis, aut effectibus, & per consequens nulla est earum differentia.

OPPOSITVM.

Sed cõtra est Philosophus in lr̃a ibi, [Sed quia differt a propter quid &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod iste est quintus tractatus huius primi libri, in quo Philosophus assignat differentiam inter demonstrationem quia est, & propter quid, qui diuiditur in tria secundum quod sunt tres lect. Doct. San. de eadem materia. In primo capitulo assignat duas differentias inter demonstrationem quia est & propter quid in eadem scientia probando secundam differentiam per duo exempla. In secundo vero capitulo ibi, [Amplius in quibus medium &c.) probat primam differentiam per unum exemplum. In tertio autem capitulo assignat differentiam inter demonstrationem quia est, & propter quid in diuersis scientijs ibi [Alio uero modo &c.] In primo uero capitulo tantum ponitur una conclusio, quæ est responsiua ad quæsitum, uidelicet, quod demonstratio propter quid & quia est differunt in eadem scientia. quæ conclusio probatur tali ratione secundum Philosophum, & Do. San. elicitiue. Nam demonstratio propter quid semper procedit ex causis prioribus & immediatis, ut patet per diffinitionem demonstrationis, sed aliqua demonstratio quia est procedit ex mediatis, uidelicet, ex causis remotis. aliqua uero demonstratio procedit ab effectibus ad causas & non ex causis. ergo demonstratio propter quid & quia in eadem scientia differunt dupliciter, & per consequens inter se differunt, ut fuit probatum. Primam differentiam probat Philosophus in sequenti capit. Secundam uero probat hic exemplariter uidelicet, duobus exemplis, primum tale est in prima figura. Quicquid non sintillat est prope, sed planetæ siue stellæ erraticę non sintillant. ergo planetæ ꝑpe sunt. Manifestũ est ꝙ mediũ huius demonstrationis, uidelicet non sintillãt, nõ est causa maioris extremitatis, uidelicet, illud quod est prope, non enim planetæ ꝑpe sunt, quia non sintillant, sed econuerso, quia ꝑpe sunt non sintillant, sed tamen talis discursus est demõstratio, cum faciat scire non propter quid, cum quælibet talis procedat ex causis. ergo est demonstatio quia est, & per consequens demonstratio quia est procedit ab effectibus. Prędictum uero exemplum adducit Philosophus in terminos non significatiuos, uidelicet, per a. b. c. ita quod per a, intelligitur primus terminus, uidelicet, maior extremitas. scilicet prope est. per b, uero medium scilicet non sintillare. & per c, maior extremitas, quæ dicitur ultimus terminus, uidelicet, planetæ. unde sic arguitur secundum Philosophum. omne b. id est quicquid nõ sintillat, est a. idest prope, sed c. idest planetæ, est b. i. non sintillant. ergo c. i. planetæ, sunt a. i. prope nos. Hic enim dupliciter considerandum est, quod Philosophus exemplificans

cans in prima figura per terminos non significatiuos scilicet per a. cum sit prima litera, intelligit maiorem extremitatem, quæ est primus terminus in prima figura, cum sit prædicatum maioris, per b. intelligitur medium cum medium in prima figura sit medium non solum coniunctione, sicut in alijs scientijs, sed etiam positione. per c. vero intelligit vltimum terminum, qui est minor extremitas, cum sit subiectũ minoris præmissę & conclusionis. In secunda vero figura volens exemplificare frequenter per a, intelligit medium, cum medium sit primus terminus in secunda figura, quia est prædicatum vtriusq; prædicamentorum, per b. vero intelligit maiorem extremitatem, quæ est secundus terminus, videlicet, subiectum maioris primę. & per c. intelligit minorem extremitatem, quę est vltimus terminus, videlicet subiectum minoris & conclusionis. Sed cõtra prędictum exẽplum instabat discipulus. Nã ibi arguit in prima figura minore existẽte negatiua. ergo syllogismus est falsus. ut patet per Philosophum primo priorum. & per consequens non est demonstratio cum quælibet demonstratio sit verus syllogismus. assumptum patet. quia minor in prædicto exemplo erat, sed planetę non sintillant, quæ est propositio negatiua, cum ibi prędicatum, videlicet, sintillant remoueatur a subiecto p negationem. Dicendum quod licet prædicta minor secundum vocem sit negatiua, tamen est affirmatiua expositorie loquendo. hoc enim verbum sintillant debet resolui in suum participium, videlicet, sintillantes & copulam verbalem s. est, & negatio debet põni super participium, & non ꝓponi copulæ sic dicendo. sed planetæ non sintillant, idest sunt non sintillantes, & sic est affirmatiua. vt vult Philosophus & sui expositores.

Sed secundum exemplum, quo Philosophus probat idem, est tale. nam quicquid augetur circulariter est circulus figuræ, sed luna suscipit incrementum siue augetur circulariter. ergo luna est circularis figurę. Sit augetur circulariter b. esse circularis figuræ. a. luna vero sit c. & sic arguatur q̃cquid est b. idest quicquid augetur circ'lariter est a. i. est circ'laris figurę. sed c. idest luna est b. idest augetur circulariter. ergo c. idest luna est b. idest circularis figuræ. Manifestũ est. n. ꝙ secunda demonstratio procedit ab effectu ad causam. non enim luna est circularis, q̃a augetur siue incrementum suscipit circulariter, sed q̃a est circularis figura. iõ augẽt circulariter.

Cõsiderãdum est autem ſm Philosophum in textu, ꝙ ꝓdictæ demonstrationes q̃a reducuntur de facili ad demonstrationẽ propter quid accipiẽdo maiorem extremitatẽ pro medio, & medium pro maiore extremitate. sic arguẽdo in primo exẽplo. Quicq̃d est ꝓpe est non sintillãs planetæ ꝓpe sunt. ergo planetæ sunt nõ sintillãtes. uel sic arguẽdo in secundo exẽplo. quicquid est circularis figuræ augetur circulariter. sed luna est circularis figuræ. ergo luna augetur circulariter. Manifestũ est. n. ꝙ in istis demõstrationib. ꝓceditur a cã ad suũ effectũ, igitur sunt propter q̃d & nõ quia. Sed instat discipulus. Nã maior in prima ꝓpõne est falsa. s. q̃cquid est ꝓpe est non sintillans. nam ignis prope non existens aliquando sintillat vt ad sensum patet. ergo non est demonstratio propter q̃d cũ quælibet talis procedat ex ueris, ut ex supra dictis patet. Dicendum quod aliquod corpus potest dici sintillare dupliciter. uno modo secundum rei ueritatem, ut dicit hic Egidius, uidelicet, quando aliquæ sintillæ defluunt ab illo corpore, sicut apparet ab igne. alio modo secundum apparentiam, quę quidẽ sintilla non est p p defluxum corporis, sed propter defluxum uisus, loquendo secũdo modo & in proposito, tunc uerum est q̃d quicquid ꝓpe est, est nõ sintillãs.

Considerandum est ulterius secundum Doct. Sanctum in pręsenti lectio. quod stellæ fixæ sintillant, quia uisus in apprehensione earum caligatur propter earum distantiam, quia uisus secundum Egidium non debite figuratur

in corpore viso, quod non intelligit ita quòd radij visuales exeant a visu, & attingant ad corpus, & quòd illi radij sint instabiles, aliàs visus esset extra mittendo, quod est contra Philosophum in lib. paruor. naturalium, sed ita intelligẽdũ est quòd species multiplicatur a corpore viso, quæ recipitur in uisu, & species ista recepta non habet tantam fixionem in oculo si deriuatur a re uisa remota, quantum habet si deriuaretur a re visa propinqua. ergo planetę, qui dicuntur stellæ erratiores cum sint uisui nostro ꝓpinquæ dicuntur non sintillare. Dicũtur autem planetæ erratiores tamen primo quia errant a primi mobilis motu, qui est ab oriente in occidens. motus uero planetarum ab occidente in oriens. planeta uero in epiciclo mouetur de oriente in occidens, quid autem sit motus epiciclus aut ecentricus patet per Philosophum de cœlo & mun.

Cõsiderandum est vlterius secũdum Doctorem Sanctum, quòd ueritas præmissarum primæ maioris in primo exemplo oportet quòd accipiatur pro inductione, aut per sensum, ut etiam dicit Philosophus ĩ textu, quia effectus est notior quam sit causa quantum ad sensum. semper enim in demonstrationibus debemus arguere a notioribus. Si enim arguamus a causis ad effectum, arguimus a notioribus simpliciter. quando vero arguimus eo modo arguimus a notioribus secundum nos. Notiora autem secundum nos sunt accepta per inductionem, vt ꝙ animalia modicum uiuentia sint colerica, quia in pluribus uidemus sic esse, uel per sensum, ut quod luna eclypsatur, quia uidemus ipsam sensibiliter eclypsari, cum ergo in prædicto exẽplo arguamus a notioribus nobis videlicet ab effectu ad causam, necesse est quòd maior, in qua stat tota uirtus syllogismi. s. omne non sintillans est prope, sit accepta per sensum uel per inductionem.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, ꝙ licet demonstrationum propter quid, & ipsius quia, sit vnus finis remotus. s. scire ipsum, tamen est duplex finis propinquus, videlicet scire quia & posterius, & scire propter q.d videlicet, a priori & ab adæquatis. Ad secundum dicendum, quod diffinitio ipsius demonstrationis supra posita, datur solum de demonstratione propter q.d. unde ratio non sequitur ad confirmationem.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S.

Deinde cum dicit. In quibus autem media &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ non sit aliqua demonstratio, quia proceditur per effectũ non conuertibilẽ. Nam in qualibet demonstratione antecedẽs non potest esse verũ cõsequente existente falso, quia ex ueris non sequitur nisi uerum. sed arguendo ab effectu non conuertibili, antecedens potest esse verum consequente existente falso. ergo demonstratio quia non potest fieri per effectum nisi conuertibilem.

Secundo probatur. Nam sequitur, quicquid non sintillat est prope, sed quędam stella in firmamento est non sintillans. ergo est prope. antecedens est falsum, & tamen ibi arguitur per effectum non conuertibilem. ergo idem quod prius.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in litera ibi. [In quibus autem media &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod per effectum nõ conuertibilem potest fieri demonstratio quia non propter quid. nam quandocunque effectus est nobis sua causa notior, per talem effectum potest demonstrari causa a priori, & quo ad nos, sed aliquis effectus non conuertibilis cum sua causa potest esse nobis notior quam causa. ergo aliqua demonstratio potest procedere per effectum non conuertibilem sicut demonstratio.

Qui-

Quicũque habet febrem, habet pulsum commotum, sed talis non habet pulsum commotum, ergo non habet febrem, vel sic, quodcunque est non desiccans, non est ignis, sed homo non est desiccans, ergo non est ignis. vtrobique enim proceditur ab effectu non conuertibili cum causa.

Pro cuius declaratione considerandum est hic secundum Egidium, quòd ille effectus qui potest sequi ex varijs & multis causis dicitur esse conuertibilis cum sua causa, quia excedit quamlibet ipsarum, ut puta desiccare potest esse effectus solis & ignis, videlicet si talis effectus sit notior sua causa, ut si notius est nobis quod aliquid sit desiccatum. ergo quòd sit ignis poterimus a tali effectu arguere ad suam causam non affirmatiue, quia est transcendens quia, non autem propter quid.

Considerandum est ulterius secũdum Doct. S. in præsenti lectione, & effectus qui accipitur pro medio si conuertatur cum maiori extremitate, & excedit minorem, sensus est, quod conueniens fit syllogismus, sicut si probatur de venere quod sit prope, quia non sintillat. si autẽ ecõuerso minor terminus esset in plus, quam medium assumptum non fit conueniens syllogismus, non enim de stella potest uniuersaliter concludi, quod sit prope ꝑ hoc quòd non sintillat. In comparatione aũt ad maiorem terminũ ecõuerso arguitur. nam si medium sit terminus, qui non sit aliquis terminus in plus conueniens fit syllogismus. sicut si per hoc quod est moueri motu progressiuo de aliquo ostenditur quod habeat naturam sensitiuam siue animam. si autẽ fit in plus non fit conueniens syllogismus, nam est ab effectu, qui a pluribus causis procedere potest, non autem una illarũ concludi, sicut non põt concludi ꝙ aliquis hẽat febrẽ ex excitatione pulsus. hæc ille formaliter.

Considerandum est ulterius, quod dũ hic Doct. S. dicit, quod effectus qui sumitur pro medio exceditur ab aliqua extremitate, aut excedit minorem, non est inconueniens syllogismus intelligendum est affirmatiue syllogizando, non autem negatiue, non ualet enim negatiue in similibus, ut patet in primo notabili. Ex prædictis elici potest quòd demonstrationem aliquam procedere per effectum non conuertibilem potest intelligi dupliciter, videlicet aut loquendo de demonstratione propter quid, aut quia. si primo modo sic non habet ueritatem, ut patet per diffinitionem demonstrationis supra positam. Si secundo modo hoc dupliciter uel affirmatiue demonstrando uel negatiue, si secundo modo sic aliqua demonstratio potest procedere per effectum non conuertibilem, ut patet per duo prima ante primum notabile hic adducta. si primo modo hoc dupliciter uel attenditur effectus inter, effectum qui diffinitur pro medio, & minorem extremitatem, vel attenditur inter medium & maiorem extremitatem. Si primum hoc dupliciter, quia uel medium excedit minorem extremitatem uel econuerso. si primum sic est bona determinatio, si secundum, sic non ualet exemplum primi. omnis planeta non sintillans est prope. venus est huiusmodi. ergo &cæt. Si vero talis effectus attenditur inter medium & maiorem extremitatem hoc etiam dupliciter, quia uel medium exceditur a minori extremitate, idest in minus se habet quam maior extremitas, uel econuerso. Si primum sic valet determinatio & non secundo modo. exemplum primi, quicquid mouetur motu progressiuo habet animam sensitiuam, sed asinus est huiusmodi, ergo &c. exemplum secundi, patet in argumento articuli. Ex quo patet quod per effectum non conuertibilem non solum potest demonstrari causa de aliquo negatiue, sed etiam affirmatiue.

SOLVTIO.

Ad argumenta autem patet solutio ex dictis.

LE-

LECTIO XXIIII.

De demonstratione quia, & est lectio 24. San. Docto.

QVÆSTIO XXIX

quę habet articulos tres.

EST insuper considerandum de exemplo, propter quod Philosophus probat aliquam determinationem quia procederet per causam remotam & mediatam.
Secundo vtrum sicut affirmatio sit causa affirmationis, oporteat negationẽ esse causam negationis, & econuerso.
Tertio vtrum demonstratio quia sit demonstratio simpliciter.

Sequitur in Philosopho, & in Docto. S.
Amplius in quibus medium.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod nulla demonstratio procedat per causam remotam, quod sic patet. Nam si esset aliqua talis maxime esset ista, quæ tangitur a Philosopho, videlicet quicquid respirat est animal, sed paries non est animal. ergo paries nõ respirat, sed talis non procedit per causam remotam, quod sic patet, quia non procedit per causam. Non animal enim non est causa respirationis, vt deducit Philosophus in textu. si enim affirmatio non est causa affirmationis, negatio non erit causa negationis. ergo nulla est demonstratio, quæ procedat per causam remotam, cum causa remota non sit causa.

Secundo. Nõ sequitur. piscis est animal. ergo piscis respirat: cum antecedens sit uerum & cõsequens falsum, & ibi arguitur a causa mediata ad suum effectum. ergo nulla causa procedit a causa mediata vel saltem non est causa formalis: quia non in omnibus terminis valet.

OPPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in littera ibi. [Amplius in quibus medium &c.] ubi exponitur, in his enim ipsius quia & propter quid demonstratio est. non enim dicitur causa, vt quare non respirat paries: quia non est animal. si enim hoc ualet, non animal non respirat, nisi causa est, oportet animal causam esse respirandi, vt si causa est negatio ipsius esse, affirmatio est causa ipsius esse.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod illud est sextum capitulum huius tertij tractatus in quo Philosophus tantum unam innuit conclusionem. videlicet quod aliqua est demonstratio quia est, quę procedit per causam mediatam, quæ sumitur pro medio, quod extra ponitur, quam conclusionem probat vnico exemplo. Nam ista est bona demonstratio in secundo modo secundæ figuræ. Quicquid respirat animal est, sed paries non est animal. ergo paries non respirat, ibi autem procedit a causa remota ad suum effectum. Manifestum est enim quod non animal non est causa propria ipsius, uel illius quod est non respirare, quod sic probat Philosophus, quia animal non est causa propria & adęquata ipsius respirandi, aliàs omne animal respiraret, qđ est falsum, quia animalia sanguine carentia & pulmone non respirant. ergo non animal non est causa non respirandi. patet consequentia per auctoritatem philosophi: quia si negatio est causa negationis, affirmatio est causa affirmationis. ergo si affirmatio non est causa affirmationis, negatio non erit causa negationis. Exemplum philosophi est, sicut non commensurando calida, & frigida non sanandi causa est, ita causa sanandi est eorum mensura. prædictum autem modum demonstrandi adducit Philosophus in modo & in figura p terminos non significatiuos, videlicet per a. b. c. per a. intelligitur medium in secunda figura, scilicet animal, & hoc ideo quia medium in secunda figura utrobique prædicatur, per b. intelligitur maior extremitas, videlicet respirat.

rat. per c. minor extremitas, videlicet paries.

Considerandum est autem hic secundum Doctorem Sanctum, quod non solum in his, quæ demonstrantur per effectum demonstratur quia & non propter quid, sed etiam in quibus medium extra ponitur. Dicitur autem medium extra poni quando medium est diuersum a maiori termino, ut accidit in syllogismis negatiuis: uel medium extra ponitur, quando genus est quasi communius, & non conuertitur cum maiori termino. Quod autem per tale medium non possit probari propter quid probat Philosophus in hoc, quod demonstratio propter quid est per causam, tale autem medium non est causa proprie loquendo. hæc ille formaliter. Notanter ibi dicit Doc. S. non est causa proprie loquendo, causa enim remota nõ est causa proprie loquendo. Illa enim dicitur causa proprie loquẽdo propter quam res est, & quoniam illius est causa &c. sed causa remota non est huiusmodi, quia ipsa posita non ponitur effectus, ipsa tamen remota remouetur effectus. igitur non est causa proprie dicta. Quando igitur Philosophus dicit in textu, quod non animal non est causa non respirandi, non loquitur de causa vniuersaliter sumpta, sed dicunt totum eius ambitum, aliàs modi causarum in quinto metaphy. & in secundo physi. non essent bene assignati a Philosopho, sed loquitur de causa proprie & specialiter sumpta modo exposito. Ex quo patet qualiter demonstratio propter quid & quia differunt alio & alio modo in eadem scientia. videlicet quia demonstratio propter quid semper procedit per causas proprias & immediatas, demonstratio vero quia aliquando procedit per causas remotas, & hoc negatiue procedendo vt dictum est, & non affirmatiue, quia ut dictum est tali causa posita non ponitur effectus de necessitate, & per hoc patet solutio ad secũdum argumentum.

Cõsiderandũ est ulterius ſm Philosophũ in littera ibi. [Comparant aũt &c.] quod causæ mediatæ cõparantur ad actiones siue effectus secundum excedentiam maiorem uel minorem. Nam earum quæ sunt remotæ, quædã sũt remotiores, q̃dã remotissimę, vt patet per exẽplum Anacharsidis, videlicet ꝙ apud Scythas ñ sũt sibilatores: quia non sunt ibi uites, uoluit autem Anacharsis reddere causam, quia scythę. videlicet illi homines qui nominantur in Scythia non sunt sibilatores. hoc ideo dicit esse, quia non sunt ibi uites. Sed hoc licet sit causa, tamen est multum remota, nam vites sunt causa vini, vinum est causa potationis, potatio est causa lętitiæ & gaudij. gaudium est causa sibilationis: vnde vites sunt causa multum remota sibilationis. potest tamen argui a causa remota ad suum effectum secundum excedentiam, idest secundum causam magis remotam, uel minus remotam, si sic arguatur. In Scythia non sunt uites. ergo ibi non sunt sibilatores. In Scythia non sunt vuæ. ergo ibi non sunt sibilatores. In scythia non est vinum. ergo ibi non sunt sibilatores, & sic de alijs. Accipitur autem hic sibilatio secundum Docto. Sanctũ, pro cantu non quocunque, sed pro cantu vindemiantium qui vocatur celeuma.

Sed instat discipulus contra prædictũ modum arguendi ipsius Anacharsidis. Nam non sequitur in Flandria non sunt uites. ergo in Flandria non sunt sibilatores, cũ antecedens sit uerum consequẽte existẽte falso, in Flandria enim abundãt cantores, & tamen ibi non sunt vites. Ad hoc responsum est quia licet in Flandria sint cantores & cantus, tamen ibi non sunt cantus vindemiantium, cum ibi non sint vineæ.

Instat autem adhuc discipulus probando quod per causam remotam potest fieri demonstratio quia affirmatiue. Nam bene sequitur Sol est in capite vel in cauda draconis, ergo luna eclypsatur, & tamen ibi arguitur a causa mediata, causa autem immediata ipsius eclypsis lunæ est interpositio ipsius terræ inter solem & lunam. Respondeo dicendum, quod aliqua causa potest dici remota dupliciter. vno

vno modo quia est communior cõmunitate prædicationis quàm suus effectus, sicut animal est in plus quàm respirare; arguẽdo aũt de tali causa remota, pcedit exemplum Philosophi, & non ualet affirmatiue, sed solũ negatiue. Alio modo aliqua causa potest dici remota nõ quia est cõior, sed quia ipsa sola non requiritur, sed cũ ea requiritur alia, & dicitur remota potius per medium positionis siue situs quàm prædicationis, sicut est solem esse in capite vel in cauda draconis est causa eclypsis lunæ remota, quia cum ea requiritur interpositio terræ, & arguendo a tali causa remota ad suum effectum valet tam affirmatiue quam negatiue. sed proprie loquendo demonstrationes, quæ fiunt per huiusmodi causam remotam, dicuntur propter quid, aliàs astrologus demonstraret eclypsim lunæ demonstratione quia, quod non est concedendum vt deducit hic Paulus Venetus.

SOLVTIO.

Ad argumenta patet solutio ex dictis.

Sequitur vbi supra in Philosopho & in Docto. Sancto.

ARTICVLVS II.

AD secundũ sic proceditur. Videtur quòd non oportet quòd si negatio sit causa negationis affirmatio sit causa affirmationis, aut econuerso. Nam non sequitur. Si nullum animal est irrationale, nullus homo est irrationalis. ergo si aliquod animal est irrationale, aliquis homo est irrationalis, sed committitur fallacia consequentis, arguendo a positione consequentis ad positionem antecedentis. ergo si negatio est causa negationis, non oportet quod affirmatio sit causa affirmationis.

Secundo. Omne album disgregat, & tamen non omne album per se congregat. ergo si affirmatio est causa affirmationis, non oportet quod negatio sit causa negationis.

Tertio. Non sequitur, si homo currit, aliquod animal currit. ergo si nullus homo currit, nullum animal currit, sed ibi arguitur a destructione antecedentis ad destructionem consequentis, & per consequens ibi committitur fallacia consequentis, & sic idem quod prius.

Quarto. Quod non est ens, non potest esse causa alicuius, quia aut esset causa materialis, aut formalis, aut efficiens, aut finalis. sed negatio est non ens. ergo negatio non est alicuius causa, quod est contra præsuppositum.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus vbi supra dicens. Si causa est negatio ipsius nõ esse, affirmatio est causa ipsius esse &c. & paulo post. Similiter si affirmatio est causa ipsius esse, & negatio ipsius non esse supple est causa &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendũ, q in causis proprijs per se & immediatis, de quibus hic loquitur Philosophus, si negatio est causa negationis oportet affirmationem esse causam affirmationis, & econuerso. nam sicut remota causa propria remouetur effectus, ita posita ponitur effectus, & econuerso. vnde sicut positio causæ in talibus est causa positionis effectus, ita negatio causę est causa negationis effectus.

Considerandum est autem hoc secũdum Egidium, quòd negatio effectus debet accipi proportionabiliter ad negationem causæ, quæ proportio attendenda est siue accipienda secundum idem genus oppositionis, aliter non habet ueritatem hic quod dicit, nam si album disgregat non oportet quod non album congreget: quia album & non album se habent in plus quàm congregare & disgregare, album enim & non album contradicunt, congregare vero & disgregare cõtrariantur: vnde oportet arguere secundum idem genus oppositionis, vt si albũ disgregat, non album non disgregabit: & si album disgregabit & nigrum congregabit: quia eodem genere oppositionis album & nigrum, congregare & disgregare opponuntur, similiter album & non album. disgregare & non disgregare

eodem genere oppositionis opponuntur, unde isto modo arguendo a causis per se & proprijs. si affirmatio est causa affirmationis & negatio est causa negationis, & econuerso, ex quo patet quod auctoritas Philosophi solum veritatem habet in terminis conuertibilibus, quia causa propria & immediata conuertitur cum proprio effectu, in terminis autem conuertibilibus contingit arguere a positione consequentis ad positionem antecedentis, & a destructione antecedentis ad destructionem consequentis, bene enim sequitur gratia materiæ licet non gratia formæ, si hoc est hõ, hoc est risibile, sed hoc est risibile. ergo hoc est homo. uel sic, sed hoc non est homo. ergo hoc non est risibile.

SOLVTIO.

Ad primum, secundum, & tertium patet solutio ex dictis. Ad quartum dicitur quod non ens non potest esse causa positiua alicuius entis, potest tamen esse causa priuatiua, vt patet de priuatione primo physicorum, vel dicendum quod licet negatio non possit esse causa in essendo, potest tamen esse causa illationis. s. inferendo, nam sicut homo infert risibile, ita non homo infert non risibile. Vel dicendum quod licet negatio causæ sit negatio formaliter, sicut etiam affirmatio uirtualiter siue æquiualenter. verbi gratia. respiratio nihil aliud est quàm motus in aeris attractione ad refrigerandum sanguinem & ad caliditatem temperandam, sed non respirando non est nisi quies cordis in tali attractione, quæ quidem quies affirmatiue dicitur.

Sequitur ubi supra elicitiue tamen.

ARTICVLVS IIII.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod demonstratio quia, quæ procedit per causam remotam uel per effectus non conuertibiles non sit demõstratio simpliciter. Nam demonstratio simpliciter facit scire, vt patuit supra per primam diffinitionem demonstrationis, sed nulla demonstratio quia est facit scire simpliciter. ergo nulla talis demonstratio est demonstratio simpliciter. probatio medij, nam vt supra capite primo tractatus huius libri declaratum est, scire simpliciter est causam rei cognoscere propter quam res est, & quomodo illius est causa, sed nulla demonstratio quia est procedit per causam propter quam res est &c. ergo nulla demonstratio quia est facit scire simpliciter. quod fuit probandum.

Secundo demõstratio simpliciter procedit ex primis ueris & immediatis prioribus notioribusque causis, sed nulla demonsttatio quia procedit ex immediatis causis, sed procedit ex remotis causis. ergo nulla demonstratio quia est demonstratio simpliciter.

OPPOSITVM.

Sed in contrarium arguitur quoniam demõstratio quia facit scire simpliciter. ergo est demonstratio simpliciter. antecedens patet quia facit scire per causam propriam. prima autem causa maxime facit scire, vt supra cõcedit Philosophus. ergo demonstratio quia facit scire simpliciter, & per cõsequens est demonstratio simpliciter: quia demonstratio eorũ quæ ad aliquem finem ordinantur, a fine sumitur.

CONCLVSIO.

Respõdeo dicẽdum, quod propter duo argumẽta in cõtrariũ adducta Rodulphus Britonus cõcludit quod demr̃atio quia non est demr̃atio simpliciter, nec facit scire perfecte & simpliciter, sed si accipiatur simpliciter vt idẽ est quod perfectissime in superlatiuo gradu siue proprijssime, sic uerũ est quod demr̃atio quia nõ est demr̃atio simpliciter, nec facit scire simpľr, sed si accipiatur simpliciter, vt idem est quod perfecte siue proprie, tũc idem dicit: sed in dubium vertitur.

Simpliciter enim potest accipi multis modis, vno modo idẽ est quod non ꝯ̃cte, sicut dicitur in primo priorum, quod syllogismus simpliciter dictus idest non contra

ctus

ctus eſt ſubiectum in libris prioru m analyticorum, & iſto modo accipiendo ſimpliciter nulla demonſtratio propter quid nec quia dicitur demonſtratio ſimpliciter, quia quælibet eſt contracta ad determinatam materiam. videlicet ad materiam neceſſariam.

Alio modo accipitur ſimpliciter vt diſtinguitur contra per accidens ſicut cũ dicitur ſimpliciter dico, quod ſine addito dico, & iſto modo quælibet demonſtratio tam propter quid quàm quia dicitur demonſtratio ſimpliciter, cum nulla earum ſit demonſtratio per accidens.

Alio modo vt idem eſt quod abſolute ſicut cum dicimus, quod homo ſimpliciter loquendo, ideſt abſolute loquendo eſt perfectior leone, licet quantum ad aliquid leo ſit perfectior homine, & iſto modo etiam quælibet demonſtratio dicitur ſimpliciter.

Alio modo accipitur vt diſtinguitur contra ſecundum quid. inquantum illud quod eſt ſecundum quid diminuit, aut corrumpit aliquid quod eſt de ratione illius quod dicitur ſimpliciter, ſicut homo mortuus reſpectu omnis, & iſto modo demonſtratio quia dicitur demonſtratio ſimpliciter, nihil enim ipſum quia diminuit de ratione demonſtrationis inquantum demonſtratio licet ei non conueniant omnes conditiones quæ requiruntur ad demonſtrationem propter quid. ratio enim alicuius communis conuenit omnibus ſub eo contentis, demõſtratio autem communis eſt, & diuiditur in demonſtrationem propter quid & qa eſt, non ſicut totum in modo, aut ſicut totum in quantitate in ſuas partes, ſed ſicut totum vniuerſale in ſuas partes ſubiectiuas, nunquam enim partes ſubiectiuæ diminuunt de ratione totius, vt patet per Philoſophum in topicis, licet prima pars ſubiectiua includat aliquid per quod remoueantur aliqua quæ requiruntur ad rationem alterius partis ſubiectiuæ, ſicut patet de homine & bruto reſpectu animalis. multa enim requiruntur ad rationem alicuius inferioris, quæ non requiruntur ad rationem ſuperioris. Concedimus ergo quòd demonſtratio quia eſt demõſtratio ſimpliciter, accipiendo ſimpliciter, vt diſtinguitur contra ſecundum quid, cuius ratio eſt quia vt dictum eſt demonſtratio quia nõ diminuit aliquid, quod eſt de ratione demonſtrationis. ergo eſt demonſtratio ſimpliciter. Antecedẽs patet. quia de ratione demonſtrationis in cauſa eſt facere ſcire certitudinaliter, ſiue hoc ſit per cauſam, ſiue per effectum, ſiue per cauſam remotam, ſiue propinquam, demonſtratio autem quia facit ſcire certitudinaliter. ergo non diminuit de ratione demonſtrationis inquantum demonſtratio eſt Præterea. Demonſtratio quia facit ſcire ſimpliciter, ergo eſt demonſtratio ſimpliciter. patet conſequentia per locum a cauſa finali ad ſuum effectum, aſſumptum patet quia facit ſcire in propria forma: ergo facit ſcire ſimpliciter. patet conſequentia, quia ſcire ſecundum quid, ſiue ſophiſtico modo, vt ſuperius dixit Philoſophus, eſt ſcire in alio, aut in vniuerſali, aut in confuſo, ſicut pars cognoſcitur in ſuo toto, vel inferiora in ſuis ſuperioribus. ſcire autem in propria forma eſt ſcire ſimpliciter. vt ſimpliciter diſtinguitur contra ſophiſtice ſcire, uel ſecundum quid. relinquitur ergo quod demonſtratio qa facit ſcire in propria forma & non in alio tantum. Præterea: Si demonſtratio quia non faceret ſcire ſimpliciter, ſequeretur quod illæ ſcientiæ, quæ acquiruntur per demonſtrationem quia, non eſſent ſcientiæ ſimpliciter ſed ſolum ſecundum quid & imperfecte, conſequens eſt falſum quia aliàs mathematica & theologia non eſſent ſcientiæ niſi ſecundum quid, quod ab omnibus falſum eſſe iudicatur, relinquitur ergo quod demonſtratio quia eſt demonſtratio ſimpliciter & facit ſcire ſimpliciter in propria forma, & non ſolum ſecundum quid & ſophiſtico modo, vnde ſi quis accipere vellet ſcire per excellentiam ut tantum ualeat ſicut perfectiſſime, ſic concludendum eſt quod demonſtratio quia non eſt demonſtratio ſimpliciter.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum negando minorem accipiendo simpliciter vt distinguitur contra secundum quid. & ad probationem dicendum, quòd scire simpliciter est rei causam cognoscere, verum est accipiendo ly simpliciter vt excellentiam perfectionis dicit, non autem vt distinguitur contra secundum quid.

Ad secundum dicendum, quod ad demonstrationem propter quid bene requiritur quod procedat ex primis ueris & immediatis causis: non autem hoc requiritur ad demonstrationem inquantum demonstratio: unde licet demonstratio quia non sit demonstratio propter quid est tamen demonstratio simpliciter, ut ly simpliciter determinat rationem demonstrationis inquantum est demonstratio; secus etiam si determinat demonstrationem secundum quod habet specialem modum in suis membris diuidentibus, sicut accidens, licet non dicatur ens simpliciter secundum quòd simpliciter dicit specialem gradum perfectionis ipsius entis quia est magis entis quàm ens; tamen si accipitur simpliciter vt determinat rationem entis absolute, accidens dicitur ens simpliciter, & satis in prima ratione Philosophi diuine disputatum est. Ad illud autem quod obijciebatur in contrarium. dicendum quòd primum accipitur dupliciter: uno modo idem est quòd proximum, quod arguitur primum via resolutionis: & sic prima causa, idest, proxima maxime facit scire. alio modo accipitur primum per viam diuisionis, vt idem est quòd vniuersalius, & sic prima causa non facit maxime scire formaliter loquendo, secus autem virtualiter, quia virtute primorum principiorum & causarum omnia sciuntur, & quibus ignoratis nulla sciuntur, ut satis supra declaratum est dum de principiis communibus aut specialibus ipsius demonstrationis ageretur.

LECTIO XXV.

Qualiter demonstratio quid & quia se habeant ad scientias, & est lect. 25. Doct. S.

QVAESTIO XXX.

quę habet articulos duos.

MODO restat considerare de differentia demonstrationis propter quid & quia in diuersis scientijs. Circa quod quærantur duo. Primo vtrũ demonstratio propter quid & quia differant in diuersis scientiis. Secundo vtrum philosophia naturalis subalternetur perspectiuæ, & perspectiua geometriæ.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S.

Alio autem modo differt.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod demonstratio propter quid & quia non differant in diuersis sciẽtiis. Nam si differrent in diuersis scientiis hoc maxime esset, ut innuit hic Philosophus, in scientiis subalternantibus & sub alternatis, quia scientiæ subalternantes dicunt propter quid, & scientiæ subalternatę dicunt quia, sed non potest hoc dici. igitur demonstratio propter quid & quia non differunt in diuersis scientiis. probatio minoris. nam si scientiæ subalternatæ dicerent quia, uel hoc intelligeretur de principiis, vel de conclusione, non de conclusione, quia in tali scientia demonstraretur propria passio, & de proprio subiecto per diffinitionem subiecti aut passionis. aliàs non esset scientia, cũ scientia sit habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus: sed talis demonstratio est propter quid & non quia tantum. ergo scientia subalternata non dicit quia quantum ad conclusionem. Si dicatur de principiis, tunc nulla erit dif

ferentia,

ferentia, quia ſcientiæ etiam ſubalternantes non dicunt propter quid quantum ad principium ipſarum.

2 Sed dicebat diſcipulus. Nam ſcientiæ ſubalternantes dicunt propter quid de principiis ſcientiarum ſubalternatarum, de quibus ſcientiæ ſubalternæ dicunt tantum quia, & ea ſupponuntur determinata his ſcientiis ſubalternantibus.

Tertio. Conſiderandum, quod principia ſcientiarum ſiue demonſtrationum ſunt imediata, vt ſupra oſtēſum eſt, ſed ꝓpōnes immediatę non poſſunt demōſtrari cum careant medio. ergo falſum eſt quod dicitur, uidelicet quod principia ſcientiæ ſubalternatæ demonſtrentur in ſcientia ſubalternante.

Quarto. Scientia de Iride ſubalternatur perſpectiuę, vt dicit hic Philoſophus, & tamen perſpectiua de multis dicit quia, de quibus alia ſcientia dicit propter quid, vt patet de geometria. ergo ſcientia ſubalternans non dicit propter quid ſemper.

Quinto. Media ordinata ad eundem finem non differunt ſpecie, cum ſpecies ſortiatur a fine, ſed demonſtratio propter quid & quia ordinantur ad eundē finē, videlicet, ad ſcire. ergo demonſtratio propter quid & quia ad minus non differunt ſpecie, quod autem differant numero nulla eſt difficultas.

Sexto. Demonſtratio quia poteſt fieri propter quid vt patuit per Philoſophum ſuperius, qui docuit, quod tranſumptis terminis una demonſtratio mutatur in aliam. ergo non differunt ſpecie, quia una ſpecies nō poteſt uerificari de altera, neque una pōt fieri altera.

Septimo. Demonſtrationis propter quid & quia eſt una diffinitio, uidelicet ſyllogiſmus faciens ſcire. ergo non differunt ſpecie, patet conſequentia, quia quarum ratio eſt una, iſta ſunt idem ſpecie, ut patet per Philoſophum. 5. meta. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra eſt Philoſophus in litera ibi. [Alio vero modo differt propter quid ab ipſo quia, ſecundum quod eſt ꝑ aliam ſcientiam utrunque ſpeculari. huius autem ſunt quæcunque ſic ſe habent adinuicem, quod alterum ſub altero eſt &c.]

CONCLVSIO.

Reſpondeo dicendum, quod iſtud eſt tertium capitulum huius quinti tractatus, in quo Philoſophus unam duntaxat deducit concluſionem probabilem quæ eſt reſponſiua ad quæſitum, uidelicet quod demonſtratio propter quid & quia differunt inter ſe in diuerſis ſcientiis, quæ probatur tali ratione Philoſo. elicitiue, nam ſcīæ diuerſæ ſunt in dupli ci differentia, quædam ſunt eſſentialiter diuerſæ, quarum proprie una dicitur alia ab altera, aliud enim dicit diuerſitatem eſſentialem potiſſime in neutro genere, aliæ uero ſunt, quæ non ſunt eſſentialiter diuerſæ, ſed accidentaliter, ſicut ſunt ſcientiæ ſubalternatæ & ſubalternantes, ſcientia enim ſubalternata dicitur altera a ſcientia ſubalternante, nō autem alia proprie loquendo. aliàs contingeret demonſtrantem de genere in aliud genus deſcendere, cum deſcendat a genere ſcientiæ ſubalternantis ad genus ſcientiæ ſubalternatę, ſed demonſtratio propter quid & quia differunt in diuerſis ſcientiis utroque modo diuerſitatis. ergo differunt inter ſe in diuerſis ſciētiis. maiorem innuit Philoſophus in litera. minorem probat quo ad primā partem, quia ſcientiæ ſubalternantes dicunt de multis propter quid, de quibus ſcientiæ ſubalternatæ dicunt tantum quia. ergo demonſtrationes propter qd fiunt principalius in ſcientiis ſubalternantibus quam ſubalternatis, & per cōſequens in ſcientiis diuerſis differunt, quarum una ſe habet ad alteram ſuppoſitiue, ita, uidelicet, quod ſubiectum ſcientiæ ſubalternatę continetur ſub ſubiecto ſcientiæ ſubalternantis, ſecundam partem minoris probat Philoſophus extra, quia ſunt multę ſcientiarum quæ non ſunt ſubalternatæ, ſed diſparatę, quæ ſic ſe habēt adinuicē, ut dictum eſt, uidelicet, quod ad unam partem

quia,

quia, & ad alteram propter quid. verbi gratia medicina & geometria sunt sciẽtiæ non subalternatæ sed disparatæ, nõ enim subiectum medicinæ sumitur a subiecto geometriæ, sed geometriꝗ est dicere propter quid de aliquibus conclusionibus, de quibus medicina dicit tantum quia, vt vulnera circularia tardius sanantur quam oblonga, ipsius medicinꝗ est scire quia, ex eo ꝙ experitur sed propter quid scire est ipsius geometrie, ad quã pertinet cognoscere, vt dicit hic Doc. S. quòd circulus est figura sine angulo, vnde partes vulneris non appropinquant sibijnuicem, sicut partes vulneris oblongæ, vt possit de facili cõiungi. sic ergo propter quid & ipsum quia non semper pertinent ad eandem scientiam. ergo demonstratio propter quid, cuius finis est scire propter quid, & demonstratio quia, cuius finis est scire quia, differunt in diuersis scientiis.

Pro declaratione præcedentium considerandum est primo secundum Doct. S. in præsenti lectione, quod vnam scientiam esse subalternatam potest intelligi dupliciter. vno modo quando subiectum vnius scientiꝗ continetur sub subiecto superioris scientiæ, sicut species continetur sub genere, sic scientia de animalibus est subiectiua naturali isto modo, quia animal est species entis, siue corporis naturalis. Alio modo quando subiectum inferioris scientiæ non est proprie species subiecti superioris sciẽtiæ, sed subiectum inferioris scientiæ comparatur ad subiectum superioris scientiæ, sicut materiale ad formale, & hoc modo accipitur hic a Philosopho vnam scientiam esse subalternatam sicut perspectiua se habet ad geometriam, geometria enim est de lineis & de alijs magnitudinibus, perspectiua autem est circa lineam determinatam ad materiam, videlicet, ad lineam visualem: linea autem visualis non est species lineꝗ simpliciter, sicut neque triangulus ligneus est species trianguli, & similiter machinatiua, quæ est scientia de faciẽdis machinis & alijs ingenijs ad geometriã, quæ est de mẽsuris corpũ, & siłr habet arithmetica, i. musica ad arithmeticam, & sic de alijs. hæc ille. Ex prædictis elicitur, ꝙ scientia de spẽ nõ subalternatur sciꝗ de genere, licet species ponatur sub genere, ad eandem enim scientiam pertinet consideratio totius & partium subiectiuarum respectu eiusdem passionis.

Sed dicebat discipulus, ꝙ Doc. S. vr̃ hic concedere ꝙ corpus naturale sit subiectum philosophiꝗ naturalis dicẽs, ꝙ subiectum sciꝗ de aĩalibus, videlicet animal continetur sicut spẽs sub subiecto sciæ naturalis, videlicet, sub corp e naturali, & tñ oppositum sustinet in primo Physico. Dicendum ꝙ corpus naturale est subiectũ spãle Philosophiꝗ naturalis q̃a est prĩcipalior pars subiectiua ipsius entis modalis, q̃d est subiectũ attributionis Philosophiæ naturalis, vt satis in primo physico disputatum est. ratio ergo discipuli laborat in æquoco. Cõsiderãdũ est vlterius ſm Philosophũ in litera, ꝙ pdictꝗ sciꝗ, quæ sic se hñt, ꝙ vna continetur sub alia mõ exposito oẽs fere sunt vniuocꝗ, q̃a conueniunt in uno nomine ſm eandẽ rõnẽ non quidẽ specificã sed genericã. Conueniũt aũt in noĩe gñerico, ut dicit hic Doc. S. & nõ in noĩe specifico, iõ dicit Philosophus fere oẽs sunt uniuocꝗ. Dñr.n. geometria & arithmetica astrologia naualis sciа, practica musica & cꝗterꝗ aliꝗ, q̃ in textu numerãtur oẽs mathematicꝗ, sed diuersimode, quia quædã dñr simpliciter mathematicꝗ, q̃ sunt de subiecto abstracto a materia, ut geometria & arithmetica. aliæ uero sunt uel dñr mathematicꝗ nõ simpłr sed p applicationẽ principiorũ mathematicaliũ ad res nãles. Ex quo patet, ꝙ ꝯueniũt in noĩe gñris, uel põt dici, ut adiũgit Doc. S. ꝙ pdictꝗ sunt uniuocꝗ, q̃a ẽt in noĩe spẽi cõueniunt: nã naualis dr̃ astrologia, & practica musicꝗ dr̃ musica, dr̃ aũt fere, quia non conuenit in oĩbus, sed in pluribus, vt de se patet.

Considerandũ est ulterius ſm Egidiũ, ꝙ uniuoca dñr, quorũ nomẽ cõe est, & rõ substãtiꝗ eadẽ est. R õ autẽ substãtiæ

ex forma sumitur, ex qua illā & eandē formam, quam considerat scia superior modo abstracto, considerat scientia inferior & subalternata non sensibili, & per applicationem ad materiam, ideo vna est fere vniuoca alteri, eandem sententiam adducit hic Paulus Venetus. Astronomia enim mathematica, & naualis scientia habent eundem modum, quia vtraque est astrologica, & habent eandem rationem, quia quælibet earū est de motibus planetarum, sed non eodem modo, quia astrologia & mathematica est de illis simpliciter, & secundum suas causas, sed naualis est de eis ꝑ habitudinē ad signa apparētia cęli, vel aeris.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, ꝙ de multis conclusionibus scientiæ subalternatæ dicunt quia, de quibus scientiæ subalternantes dicunt propter quid, vt dictum est, licet aliquæ conclusiones in scientijs subalternatis etiam demonstrarentur propter quid. Ad secundū dicendum, quod principia in illa scientia in qua sumūtur tanquam principia sunt indemonstrabilia. tamen possunt demonstrari in scientia superiori, in qua sumuntur pro cōclusionibus. Ad tertiū dicendum, ꝙ perspectiua per respectū ad geometriam est scientia subalternata, per respectum tamen ad sciam de iride dicitur subalternans, vnde ipsa inquantum subalternata est dicit quia, in quantum vero est subalternās dicit propter quid. Ad quartum dicitur, quod demonstratio propter quid & quia bene ordinantur ad eundem finem cōem, videlicet ad scire, nō tamē ad eundē finē specialem, quia aliud est scire quia, & aliud est scire propter quid. Ad quintū dicendum, ꝙ formaliter demonstratio quia nō fit propter quid: sed bene reductiue, quia illa, quæ dicitur demonstratio quia, pōt reduci ad demonstrationē propter quid. non tamē demonstratio quia inquātū huiusmodi pōt fieri demōstratio propter quid. Ad vltimū dicēdū, ꝙ diffinitio illa demonstrationis non cōuenit demonstrationi quia est, cum scire sit rei causam cognoscere, propter quam res est &c. ꝙ demonstrationi qa est non competit, nisi forte secūdū analogiam siue proportionem.

Sequitur ubi supra impertinēter tantē.

ARTICVLVS II.

AD secundū sic proceditur. Videtur quod philosophia naturalis non sit subalternata perspectiuæ. Nam subiectum scientiæ subalternatæ continetur sub subiecto scientiæ subalternantis: vt innuit hic Philosophus & Doc. S. sed subiectū philosophiæ naturalis, qđ est ens mobile secundum D. S. vel corpus mobile secūdum Albertum magnū non continetur sub subiecto ipsius perspectiuę, quod est linea uisualis, vt de se patet. ergo philosophia naturalis non subalternatur perspectiuę.

2 Præterea. Subalternata videtur esse pars scientiæ subalternātis, sed philosophia naturalis nō est pars perspectiuæ. igitur idem ꝙ prius. probatio minoris. quia illarū vna est pars alterius, quarum vna ponitur sub alia. sed scientia subalternata est huiusmodi respectu scientiæ subalternantis. ergo &c.

3 Præterea. Geometria est de magnitudinibus. sed linea visualis quā considerat perspectiua, nō est magnitudo cum magnitudo soli corpori debeat, linea aūt nō est corpus. ergo ꝑspectiua nō est subalternata geometriæ. cū subiectū vnius nō cōtinetur sub subiecto alterius.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus vbi supra in suis exēplis ꝓ scđa parte q̄stī: ꝓ qua parte sic cōtrariū arguit. Nā sciētia de iride est scia pertinēs ad philosophiam naturalem, sed scientia de iride secūdū Philosophū hic est subalternata perspectiuę. ergo philosophia est saltē ſm partem subalternata ipsi perspectiuæ.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendū est, quod aliqua scientia secūdū Egidium dr̄ subalternari alteri dupliciter. uno mō simpliciter uide-

videlicet secundum se totam, sicut musica subalternatur arithmeticæ, & astrologia perspectiuę, & perspectiua subalternatur geometriæ. philosophia vero naturalis isto modo non subalternatur perspectiuæ, vt voluit primum argumentum articuli. Alio modo aliqua scia dicitur subalternata alteri non simpliciter, sed quantum ad aliquam partem, & hoc mō philosophia dr̄ subalternata ꝑspectiuæ, vc3 quātum ad illam partem eius, quæ est de iride. Et ideo in multis vt dicit hic Philosophus & D. S. cū aliis doctoribus naturalis dicitur, quia quantū ad ea quæ spectant ad iridē, de quibus perspectiua dicit propter quid. dicit. n. naturalis conuersionem visus ad nubem aliquo modo oppositā ad solē esse cām iridis, sed propter quid hoc fit, sumitur a perspectiua.

Considerandū est diligenter ſm Egidium, ꝙ Philosophus in littera quatuor differētias assignat inter scientiā subalternantem & subalternatā, quarū prima est ex modo sciendi. Nā modus sciēdi ipsius scientiæ subalternatæ est scire quia, subalternantis uero propter quid. secunda differentia est ex parte rei scitæ, nā multotiens ipsum quia est scitū est in scia subalternata, ꝙ non est scitū in scientia subalternante. tertia dr̄ia est ex parte scientiæ subalternatæ, quia est materialior & sensibilior quā subalternans. quarta differentia est ex parte sciētiæ subalternantis, quia est formalior & abstractior quam scientia subalternata. hæc ille, quæ etiam hic adducit Paulus Venetus.

Cōsiderandū est vlterius ꝙ de subalternatione possumus loqui dupliciter: vno modo cōiter. Et sic ibi scia dr̄ subalternata alteri, cuius subiectū contrahit subiectū alterius siue per dr̄iam essentialem siue accidentalem. alio mō proprie, & sic ad hoc ꝙ una scientia dicat esse subalternata alteri, tres conditiones requiruntur, vt adducit hic Albertus magnus. Quarum prima est, ꝙ subiectū scientiæ subalternatæ cōtrahat subiectū superioris scientiæ. secūda est, ꝙ subiectū scientiæ subalternatę contrahat subiectū subalternantis per dr̄iam materialem siue extraneam, sicut numerus sonorus contrahit numerū. & linea visualis cōtrahit lineam, vnde scientia de specie non subalternatur sciētiæ de genere, licet species ponatur sub genere, & cōtrahat ipsum. tertia cōditio ē, quod talis contractio nō fiat per passionem sicut risibile cōtrahit animal ad hominē accidētaliter, vnde sciētia de passione non est subalternata sciē de subiecto, vel de genere subiecti. quarta cōditio ab aliquibus superadditur, quæ est, ꝙ scia subalternata debet supponere principia esse probata in scia subalternāte. Ex prædictis patet, ꝙ perspectiua subalternatur proprie geometriæ, quia omnes prędictę cōditiones sibi conueniunt, vt patet per singulas discurrēdo, philosophia vero naturalis non est proprie subalternata metaph. qa deficit secūda cōditio supra posita. Ens. n. mobile, quod est subiectum philosophiæ naturalis, non cōtrahit ens, quod est subiectum metaph. per dr̄iā extraneā: nihil. n. est extraneū enti, cū nihil rationē entis subterfugere possit.

Considerandum est vlterius secūdū Albertum de saxonia, ꝙ quatuor modis aliqua scientia dr̄ subalternata alterius. primo modo, eo ꝙ subiectum vnius est pars subiectiua subiecti alterius & sic se habent adinuicem scientia de magnitudine & linea, nam linea est pars magnitudinis. secundo modo, eo ꝙ vna illarū sciētiarum est de aliquo subiecto supposito sine contractione. & alia est de eodē cōtracto per aliquā contractionem per se, & sic scientia de ente mobili ad vbi subalternat sciē, quæ est de ente mobili. tertio modo aliquæ scientiæ subalternantur adinuicem, eo quod vna illarum est de aliquo non contracto, & alia de eodem cōtracto cōtractione accidentali, & sic se habent adinuicē arithmetica & musica. quarto modo scientię subalternantur adinuicem, ex eo ꝙ per principia & cōclusiones vnius sciētiæ demonstrantur aliquæ conclusio-

nes alterius ſcientię,& ſic ſe habent ad inuicē geometria & mathematica. Hęc ille.quę procedunt de ſubalternatione communiter loquendo, ſecus autem loquendo de ſubalternatione proprie loquendo ſecundum modum expoſitum.

SOLVTIO.

Ad primum igitur patuit ſolutio ex dictis. Ad ſecundum dicendum, quod ſciētia ſubalternata dicitur pars ſcientię ſubalternantis non integralis, neque ſubiectiua proprie loquendo, ſed dicitur pars eius ratione ſui ſubiecti, quia ſubiectum ſciētię ſubalternatę eſt pars magis in modo quam ſubiectiua ſubiecti ſcientiæ ſubalternantis, ſicut patet de numero ſonoro reſpectu numeri. Albertus vero de ſaxonia hic dicit unā ſcientiam eſſe partem integralem alterius ſcientiæ, non quidem ſimplicis ſed ſcientiæ aggregatæ, de quo in metaphyſi. ad longum diſputatum eſt. Vocat autem ſcientiam ſimplicem ſcientiam unius ſcientiæ uel generis, aggregatam vero ſcientiam vocat, quæ continet diuerſas & plures ſcientias ſimplices plurium concluſionum. Ad tertium dicendum, quod linea eſt magnitudo, & licet non ſit corpus, eſt tamen pars corporis, quod ſufficit in propoſito.

LECTIO XXVI.

De figura ſyllogiſmi demonſtratiui, & eſt lectio. 26. Doctoris Sancti.

QVÆSTIO XXXI.

quę habet articulos duos.

AMPLIVS Conſiderandū reſtat de forma ipſius demonſtrationis, oſtendendo in qua figura demonſtratio potiſſime habet fieri. Circa quod quæruntur duo. Primo vtrum ſyllogiſmus potiſſime habeat fieri in prima figura. Secundo utrum ſit aliqua propoſitio negatiua immediata & aliqua mediata.

Sequitur in Philoſopho, & in Doct. S.

Figurarum autem magis.

ARTICVLVS I.

AD primum ſic proceditur. Videtur quod ſyllogiſmus demonſtrationis non potiſſime habeat fieri in prima figura. Nam ſi in prima figura habeant potiſſime fieri demonſtrationes, hoc eſſet, quia mathematicæ ſcientiæ, quæ ſunt certiſſimæ utuntur ea in ſuis demonſtrationibus. ut dicit hic Philoſophus in littera; ſed hoc non poteſt eſſe verum, quia ſcientiæ mathematicæ non ſunt certiſſimæ, quod ſic patet. Nam metaphyſica, quæ eſt de Deo & ſubſtantijs ſeparatis, eſt de magis intelligibilibus quàm ſcientię mathematicæ, quę ſunt de quantitate. ergo metaphyſica eſt certior, & per conſequens non illæ ſunt certiſſimæ.

2 Pręterea. Perfectius eſt ſcire aliquid in particulari quàm in vniuerſali, ut ex ſupra dictis patet. ſed tertia figura concludit particulariter. ergo videtur, quòd magis faciat ſcire quam prima. & per conſequens in ea deberēt potiſsime fieri demonſtrationes, quarum finis eſt facere ſcire.

3 Pręterea. Si ſic vel hoc eſſet in primo primæ, uel in aliquo alio modo. non primum, quia primus modus primę figurę concludit vniuerſaliter. ſed ſcire aliquid vniuerſaliter eſt ſcire imperfecte, & ſophiſtico modo, vt in principio huius libri declaratum eſt. ergo primus modus primę figurę non facit maxime ſcire. neque dicendum eſt ſecundum, quia pari ratione in ſecunda & tertia figura demonſtrationes potiſſime habent fieri, cum in eis concludatur

datur particulariter & vniuersaliter sicut in alijs modis primę figuræ.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in littera ibi. [Figurarum aūt magis faciens scire prima est. mathematicæ.n.scientiæ per hanc faciunt demonstrationes vt arithmetica & geometria &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod iste est vnus tractatus huius primi libri in quo postquam Philosophus determinauit de materia syllogismi demonstratiui, nunc autem determinat de forma eiusdem, ostendendo in qua figura demonstratio potissime habet fieri, qui quidem tractatus vnicum duntaxat continet capitulum, in quo ponuntur duæ conclusiones, quarum prima est responsiua ad q̄situm, videlicet quod in prima figura demonstrationes propter quid potissime habent fieri. secunda est quod aliquæ sunt propositiones negatiuæ immediatæ, & aliquæ mediatæ, de qua in sequenti articulo videbitur. Prima conclusio probatur tribus rationibus, quarum prima sic formatur, quia in illa figura potissime habent fieri demonstrationes ꝓpter quid, quæ maxime facit scire, cū finis demonstrationis propter quid sit maxime facere scire, vt superius dictum est, sed prima figura maxime facit scire. ergo &c. probatio mediæ est Philosophi assignatio, nam mathematicæ scientiæ ut arithmetica, geometria, & quęcūque aliæ propter demonstrantes, quæ sunt certissimę, vt plurimum prima figura vtuntur, ergo prima figura est maxime faciens scire. & per consequens maxime accommodata demōstrationibus ad propter quid speculandum. ut dicit hic textus. Secunda ratio talis est, quia in illa figura potissime habet fieri demōstratio propter quid, quæ utilis est ad inuestigandum ipsum quod quid est, siue ipsam diffinitionem, cum ipsum q̄d quid est potissimum locū habeat in demonstrationibus. quia ipsa diffinitio, quæ significat ipsum ꝙ quid est, vt dictum est superius, aut est principium demonstrationis, aut conclusio, aut certe tota demonstratio sola terminorum positiōe differens. sed prima figura sola ualet ad inuestigandum ipsum quod quid est. ergo in prima figura potissime habent fieri demonstrationes propter q.d. Probatio mediæ, quia diffinitio prædicatur vniuersaliter & affirmatiue de diffinito, similiter ipsum quod quid est conuenit vniuersaliter & affirmatiue ei cuius est. non enim tantum quidam homo est animal rationale vel bipes, sed omnis homo. prima autem figura sola cōcludit vniuersaliter & affirmatiue, nā secunda figura solum concludit negatiue, tertia vero solum particulariter. ergo prima figura sola valet ad inuestigādum ipsum quod quid est, quod fuit probandum. tertia ratio talis est. aliæ figuræ indigent prima. prima vero non indiget alijs. syllogismi enim aliarum figurarum reducuntur ad primam propter ineuidentiam ipsorum. non autem syllogismi primæ figuræ reducuntur ad modos aliarum figurarum, cum sint euidentissimi. ergo prima figura maxime facit scire, & per consequens in ea potissime fiunt demonstrationes propter quid.

Considerandum est pro declaratione primæ rationis secundum Doc.S. in præsenti lectione, quod causa quare demonstratio propter quid maxime fiat in prima figura, hęc est & ratio. nam in prima figura medius terminus subijcitur maiori extremitati qui est prędicatum conclusionis, & prędicatur de minori termino, qui est subiectū cōclusionis. sed in demonstratione propter quid mediū esset causa passionis, quę prędicatur in cōclusione de subiecto, & vnus modus dicēdi per se est ē qn̄ subiectū est causa prędicati sicut supra dictum est, & hoc competit primę figuræ, in qua medium subiicitur maiori extremitati, & prædicatur de minori termino, ut dictum est. hęc ille formaliter.

Considerandum est ulterius secundum eundem ibidem pro declaratione

ne tertiæ rationis, per hoc quod aliæ figuræ indigent prima. manifestum est quia oportet ad perfectam scientiam habendam quod propositiones mediatæ, quæ sumuntur in demonstrationibus ad immediatas reducantur, quod quidē fit dupliciter, scilicet condensando media, & augmentando. Condensando quidem quando medium acceptum coniungitur mediate vtrique extremorum uel alteri, videlicet, maiori extremitati. unde quando accipiuntur media alia inter medium primum & extrema, fit quasi quædam condensatio mediorum, sicut si acciperetur primo sic: omne corpus animatum est substātia. sed omnis homo est corpus animatum. & deinde inter corpus animatum & substantiam sumatur aliud medium, uidelicet, corpus &, inter hominem & corpus animatum sumatur animal.

Sed augumentatio fit quando mediū est immediatum minori extremitati & non maiori. tunc enim oportet sumere plura media supra primum medium acceptum primo, ut puta si primo accipiatur. omne animal rationale est sensibile. sed omnis homo est animal rationale, & postea supra animal rationale accipiatur homo sic arguendo. omne animal est sensibile. omne animal rationale est animal, & sic de similibus. hæc autem condensatio & augmentatio mediorum fit solum per primam figuram, tum quia solum in prima figura concluditur vniuersalis affirmatiua, tum quia solum in prima figura medium sumitur inter extrema: in secunda autem medium sumitur supra extrema quasi prædicatum de eis, in tertia uero figura infra extrema quasi subiectum de eis.

Considerandum est vlterius secundum Egidium, quod per causam per accidens non est demonstratio, igitur in demonstrationibus est causa per se, in per se autem includitur de omni, vt ex supradictis patet. ergo talis causa est vniuersalis. Illud quod demonstratur propter quid demonstratur vniuersaliter. demonstrare autem vniuersaliter conuenit dupliciter, uel affirmatiue vel negatiue. prima vero figura concludit uniuersaliter affirmatiue & negatiue, non autem aliæ figuræ. igitur prima figura uel demonstrat omnino propter quid, idest propositionem habentem per se causam & propositionem uniuersalem quantum ad uniuersalem affirmatiuam, uel ut in pluribus, uidelicet quantum ad utranque tam affirmatiuam quam negatiuam, ut dictum est. ideo Philosophus circa primū dicit. aut enim omnino aut frequentius, & in pluribus propter hanc figuram id est, primam propter quid fit syllogismus. vbi secundum Egidium tangitur secunda ratio, sed secundum Doct. San. est magis complementum primæ rationis.

Considerandum est ulterius secundū eundem ibi, quod sicut rectum est index sui & obliqui, & sicut p rectū intelligimus rectum & obliquum. ita & affirmatio est index sui & ipsius negationis, & per affirmationem intelligimus affirmationem & negationem. affirmatio enim multum facit ad scire, negatio aūt parū. & quia uniuersalis affirmatiua p primā figuram concluditur negatiua uniuersalis per primam & secundam, unde bene dictum est in textu, quod frequentius est vt in pluribus faciens scire syllogismus. speculari enim idest cognoscere propter quid maxime fit pe hanc primam figuram. hæc ille.

Considerandum est ulterius ſm eundē, ꝙ demonstratio dicitur scientia diffinitionis, non quia diffinitio semper demōstretur, sed quia demonstratio semper est habita per diffinitionem, nam in demōstratione potissima semper diffō est medium, nā per diffinitionem quæ est causa passionis cōcluditur passio de subiecto. & hæc est scientia. igitur demōstratio dr scientia diffinitionis. i. per diffinitionem generata. diffinitio aūt uniuersaliter cōpetit affirmatiue diffinto quod est minor extremitas, & quia propria passio quæ est maior extremitas

vni-

vniuersaliter,& affirmatiue prædicatur de medio, necesse est ipsam in conclusione vniuersaliter prædicari de minori extremitate & affirmatiue. demonstratio ergo quæ dr̃ sc̄ia diffinitionis modo exposito constituitur ex duabus præmissis vniuersalibus affirmatiuis vniuersalem affirmatiuam concludentibus, & per hoc solum fit in prima figura. igitur sola prima figura maxime facit aliquid scire.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum secundum Egidium in præsenti capitulo, ꝙ mathematicas esse scientias certissimas potest intelligi dupliciter. vnomodo ex parte rei. alio modo ex parte nostra. primo modo mathematica non est certissima, sed magis illa quæ est de simplicibus, quæ est metaphy. quæ est de Deo & substantiis seperatis. sed secundo mõdo mathematica est certissima, quia est de illis quæ sunt magis proposita intellectui nostro, vt patet per commen. primo Physicorum. Ad secundum dicendum, quod licet tertia figura concludat particulariter, tamen non facit scire in particulari, idest in propria forma, quia ut supra dictum est scire in propria forma est scire rem adæquatam per propriam quiditatem, quæ vniuersaliter & non solum particulariter prædicatur de eo cuius est quiditas, & de passione quæ a quiditate subiecti fluit, non quidem quiditatiue, sed in genere causæ efficientis per se tantum, uidelicet in secũdo modo perseitatis & in quarto, vt supra expositũ est, & ꝑ hoc patet solutio.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S. deinde cum dicit. sicut autẽ &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod nulla propositio negatiua sit immediata. Nã propositio immediata est illa, qua non est altera prior, neque notior, ut ex supradictis patet, uidelicet, per diffinitionem propositionis immediatę, sed qualibet ꝓpositione negatiua est aliqua prior, videlicet, propositio affirmatiua, vt patet primo perihermenias. ergo nulla est propositio negatiua.

2 Præterea. Si aliqua propositio esset immediata, sequeretur ꝙ hæc esset immediata, videlicet, nulla actio est passio cum ibi vnum prædicatũ remoueatur a reliquo, sed consequens est falsum. quia omnis propositio immediata est uera, sed illa, nulla actio est passio falsa, cum eius cõtradictoria sit vera, videlicet, actio est passio realiter, cum sint unius & idem motus, ut patet tertio phy. quęcũque enim sunt idem uni tertio realiter, illa inter se sunt eadem essentialiter, ut patet. 4. metaph. ergo nulla est propositio negatiua immediata.

3 Præterea. Si esset aliqua propositio negatiua immediata potissime hęc esset immediata. nulla substãtia est qualitas, cum neutrum terminorum contineatur sub aliquo termino, sed hoc non est uerum, quia potest demonstrari sic demõstratio, nullum ens per se est qualitas, sed omnis substãtia est ens per se. ergo nulla substãtia est qualitas, nõ est ergo immediata cum sit conclusio demonstrabilis.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in littera ibi. [Sicut autem a. esse in b. &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendũ, quod aliqua est propositio immediata negatiua, cuius uidelicet, neutrũ extremorum continetur sub aliquo toto, idest sub aliquo genere principali, vt nulla substantia est qualitas. quod sic patet, quia illa propositio dicitur immediata negatiua, cuius prædicatum remouetur a subiecto, & per consequens demonstrari non potest, quia omnis demonstratio habet ꝓ medio diffinitionem quiditatiuam, quę datur per genus & differentiam. unde non potest demonstrari aliqua propositio demonstratione propter quid, nisi uterque terminorum contineatur sub aliquo genere, cum genus sit pars diffi-

nitionis ipsius minoris extremitatis.quę quidem diffinitio est medium demonstrationis propter quid, & ista est conclusio proprie immediata, nulla substā tia est quantitas, est etiam aliqua propositio negatiua immediata, cuius, videlicet, alterum extremorum continetur sub aliquo toto, vel quando ambo termini continentur sub altero & altero toto.exemplum primi, vt nullus homo est qualitas. exemplum secundi, vt nullus homo est albedo.quod verò similes propositiones negatiuæ sint mediatæ, sic patet.Nam illa propositio est mediata, quæ habet medium, propter quod potest demonstrari.sed prędictę propositiones sunt huiusmodi, ista enim propositio,homo est qualitas,sic potest demonstrari, nullum animal rationale est qualitas,sed omnis homo est animal rationale. ergo nullus homo est qualitas, sic de similibus.ergo &c.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod propositio negatiua immediata non habet aliquam ea priorem in eodem genere propositionum, licet simpliciter habeat priorem, vt argumentum concludit. Ad secundum dicendum, quod quia illa propositio, nulla actio est passio, est immediata, necesse est dicere, quod sit verissima,& per consequens sua contradictoria falsissima, videlicet actio est passio, essentialiter loquendo, & quando dicitur, actio & passio sunt vnius motus non est locutio essentialis, sed magis materialis, nam actio & passio habent fieri cum vno motu, vt in summa diuinæ Philosophię latius declaratum est.vnde ratio falsum supponit. Ad tertium dicendum, quod ille syllogismus non est demonstratio, cum mediū eius non sit diffinitio quiditatiua, quod ad demonstrationem propter quid requiritur, & de quo fit sermo, ens enim non contrahitur ad substantiam per aliquā differentiam, cum differentia sit extra rationem generis, nihil enim est quod rationem entis subterfugere possit, vt etiam in eadem summa ad longum declaratur, vnde ratio supponit falsum.

LECTIO XXVII.

De syllogismo ignorantiæ affirmatiuo,& est lectio. 27. Doct.S.

QVAESTIO XXXII.

quę habet articulos duos.

RESTAT Insuper considerandum de syllogismo generatiuo ignorantię postquam consideratum est de syllogismo generatiuo scientiæ. Habitus enim præcedit priuationem, sicut affirmatio præcedit negationem. Circa quod quatuor occurrunt considerare. Nam primo considerandum est de syllogismo affirmatiuo ignorantiæ concludentis, videlicet, affirmatiuam falsam contrariam negatiuę immediatæ. Secundo considerandum est de syllogismo negatiuo ignorantię concludentis negatiuam falsam contrariā affirmatiuę immediatę veræ.

Tertio considerandum est quare accidit ignorantia in propositionibus immediatis,& hoc loquendo de ignorantia prauæ dispositionis. Finaliter considerandum est de ignorantia simplicis negationis. Circa primum duo quæruntur. primo vtrum sit aliquis syllogismus demonstratiuus concludens affirmatiuam falsam contrariam negatiuæ immediatæ verę. secundo vtrum ad librum posteriorum pertineat consideratio syllogismi ignorantiæ.

Sequitur in Philosopho, & in Docto.S. ignorantia autem.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod non sit aliquis syllogismus ignorantiæ affirmatiuus concludens affirmatiuam falsam contrariam negatiuæ immediatæ verę. Nam syllogismus

mus est oratio in qua quibusdam positis necesse est aliud accidere, per ea quæ posita sunt, vt patet primo priorũ. ergo in quolibet syllogismo necessario conclusio sequitur ex præmissis, & per consequens non est aliquis syllogismus ignorantiȩ, quod est contra suppositum.

2 Præterea. Si esset aliquis syllogismus ignorantiȩ affirmatiuus &c. vel esset ignorantiȩ simplicis negationis, vel prauæ dispositionis, non primum vt infra ostendit Philosophus in prȩsenti le. vel tractatu. nec secundum quia syllogismus ignorantiȩ prauæ dispõnis accidit ratione addiscentis praue dispositi. nullus ergo debet dici syllogismus ignorantiȩ affirmatiuus.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in litera ibi dicens. [Ignorantia autem non secũdum negationem &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod iste est septimus tractatus huius primi libri, in quo Philosophus determinauit de syllogismo scientiæ, consequenter determinat de syllogismo ignorantiȩ, qui quidem tractatus continet in se quatuor capitula secundum quod sunt quatuor lectiones Doc. S. in primo capitulo Philosophus determinat de syllogismo ignorantiȩ affirmatiuo in immediatis. in secundo ostẽdit quare causatur ignorãtia per syllogismum affirmatiuum, & hoc in immediatis. in tertio vero quare causatur ignorantia in immediatis. in quarto vero capitulo determinat de ignoratia simplicis negationis, quæ nõ causatur per syllogismum. In primo capitulo ponitur vna conclusio, quæ est rñsiua ad quæsitum, videlicet, quod aliquis est syllogismus ignorantiȩ affirmatiuus concludens affirmatiuam falsam contrariam negatiuȩ immediatȩ veræ. Ista conclusio probatur per exempla. Nam iste syllogismus, omnis qualitas est substãtia. omnis quantitas est qualitas. ergo omnis quantitas est substãtia. est syllogismus ignorantiȩ affirmatiuus concludens affirmatiuam falsam contrariã negatiuæ immediatȩ verȩ: ista. n. conclusio, omnis quantitas est substantia, est falsa, & contrariatur isti, nulla quantitas est substantia, quæ est vera & immediata, vt ex supradictis patet. ergo conclusio uera. procedit autem syllogismus ex ambabus falsis contrariis & immediatis veris. Iste est syllogismus ignorantiæ affirmatiuus. omne perfectũ est substantia, sed omnis quantitas est perfecta. ergo omnis quantitas est substantia, & constat ꝙ conclusio est falsa & contrariatur negatiuȩ immediatȩ uerȩ, quæ est, nulla quantitas est substantia. ergo &c. ꝓcedit etiã iste syllogismus ex ambabus falsis, sed nõ contrariis ueris, sed magis contradicunt ueris, quæ sunt, quoddam perfectum non est substãtia, & q̃dam quãtitas nõ est ꝑfecta. Cõtraria uero ꝑdictis ꝑmissis non sunt uera, uidelicet, nullũ ꝑfectum est substantia, & nulla quantitas est ꝑfecta, ex quo patet ꝙ iste syll's differt a primo. Itẽ iste syll's uidelicet, oĩs intelligẽtia est substantia, sed oĩs quãtitas est intelligẽtia. ergo oĩs quãtitas est substantia. est syll's igorantiȩ affirmatiuus concludens affirmatiuam contrariam negatiuȩ ueræ immediatȩ &c. Differt autem iste syllogismus a præcedentibus, quia præcedentes procedunt ex ambabus falsis, iste uero procedit ex una uera & altera falsa. patet ergo ex prædictis, quod est aliquis syllogismus affirmatiuus ignorantiȩ, qui quidem solum habet fieri in prima figura, quia in secunda figura concluditur negatiue. in tertia uero non concluditur conclusio uniuersalis, quæ principaliter attenditur in demonstratione.

Considerandum est autem secundũ Philosophum & Doc. S. in littera, quod duplex est ignorantia. una secundum negationem. alia est secundum dispositionem. ignorantia quidem quæ est secundum negationem est, quãdo homo penitus nihil scit de re, & hæc ignorantia dicitur in non attingendo, sicut patet de rustico, qui omnino non scit de triangulo an habeat tres angulos &c.

igno-

Ignorantia secundum dispositionem est, quando aliquis habet aliquam dispo positionē in cognoscendo, sed corruptam, quādo scilicet existimat aliquid de re sed false, & hęc ignorantia idem est quod error, prima autem ignorantia nō fit per syllogismum, sed secunda per syllogismum fieri potest & tūc vocatur deceptio.

Cōsiderādum est vlterius, quod ignorantia siue deceptio, quæ causatur per syllogismū, potest cōtingere circa duo. vno modo circa ea, quæ sunt prima & immediata, dum scilicet aliquis opinatur opposita principiis. alio modo circa cōclusiones quæ non sunt prima & immediata. prima quidem ignorantia uel deceptio opponitur cognitioni ītellectus, secunda vero opponitur scientiæ, hic Doct. S. in lect. Ex quo patet vel potest elici, quod duplex est cognitio certitudinis, videlicet, cognitio intellectualis, & cognitio scientifica: intellectus enim est cognitio principiorum, vt supra ostensum est, & scientia habitus est siue cognitio conclusionis. Sed instat discipulus. Nam ea quæ non cadunt in apprehensione opinari non possunt, sed opposita primis principijs non cadunt in apprehensione, vt supra concessit Philosophus ergo nullus potest opinari opposita principijs, quod est adductum. Ad hoc respondet Doct. S. quod licet opposita principijs non possint opinari interius in mente, vt supra dictum est, quia non cadunt in apprehensione, potest tamen eis contradicere sermone, & secundum quandam falsam imaginationem, vt habetur de quibusdam negātibus prima principia secūdo metaphy. hæc ille.

Considerandum est vlterius secundum eūdem ibidem, quod vtraque ignorantia siue sit de his quæ sunt prima, siue de his quæ non sunt prima, potest huiusmodi prouenire dupliciter, uno modo simpliciter scilicet quando absolute absque aliquo discursu rōnis existimat falsum, siue affirmando siue negando. alio modo quando inducitur ad existimandum aliquid falsum propter aliquam rationem syllogisticam, sicut etiam dicit Philosophus in quarto metaphy. de quibusdam qui principijs contradicunt, velut rationibus persuasi. alij uero nō quasi rationibus persuasi, sed propter ineruditionem vel pertinaciam uolentes in omnibus quærere demonstrationē. hæc ille formaliter.

Considerandum est ulterius, quod Philosophus in littera in secundo exemplo probat, quod maior extremitas non potest vniuersaliter inesse medio immediate, quia medium non potest cōtineri sub aliquo toto, quod de eo vniuersaliter prædicetur. Sed contra hoc instat discipulus. Nam de eo quod est sub esse aliquo toto sicut species potest aliquid uniuersaliter prędicari, non enim solum genus, aut differentia uniuersaliter prædicatur, sed etiam ipsum proprium. ergo ꝓbatio nulla. Ad quod respondet Doct. S. quod licet prædicta probatio non sit efficax communiter loquendo, est tamē efficax in proposito, quia sicut in primo topicorum dicitur paralogismus disciplinę, de quo hic loquitur Philosophus, procedit ex cōuenientibus disciplinæ, vnde intēdit uti talibus medijs qualibus utitur demonstrator. demonstrationis autem medium est diffinitio, vt supra dictū est. vnde & syllogismus, de quo hic loquitur Philosophus intendit uti diffinitione pro medio, diffinitio autem continet genus & differentiam, vnde oportet id quod vniuersaliter prædicatur in hoc syllogismo contineri, vel in quo est subiectum sicut in toto. hæc ille.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, ꝙ licet in quolibet syllogismo proprie sumpto sit necessitas cōsequentiæ, non tñ in aliquo syllogismo simpl'r sumpto est necessitas consequentiæ præmissarū, sed ꝑmissæ & conclusio sunt falsæ, vt ex supradictis patet, licet conclusio necessario sequatur ex pręmissis, vnde licet ibi sit ueritas prioristica, non tamen est veritas posteriorista. Ad secundum dicendum, quod talis syllogismus est syllogismus igno-

ignorãtię prauę dispositionis, quæ quidem accidit instrumentaliter per syllogismum qui dicitur paralogismus disciplinæ, ut dictum est, unde ratio nulla.

Sequitur vbi supra impertinenter.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ determinare de syllogismo ignorantiæ non pertineat ad hanc scientiam. Nam Philosophus in libris elencohrum determinat de syllogismo ignorantię. videlicet de ignorantia elenchi, ostendendo quod omnes paralogismi reducuntur ad ignorantiam elenchi. ergo ad hunc librum non pertinet eius consideratio, nisi superflue.

2 Præterea. Syllogismus demonstratio nis, siue finis huius scientiæ est scire. ergo non licet considerare de syllogismo ignorantiæ, cum opponatur syllogismo scientiæ.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti tractatu in quo determinat de syllogismo ignorantiæ.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod syllogismũ ignorantię potest accipi dupliciter, uno modo pro eo quod peccat contra illationem, probationem, uel contradictionem, & talis consideratur in libris eléchorum, ut primum argumentum voluit. Alio modo potest accipi pro syllogismo, qui peccat in materia tantum, ꝗ uidelicet procedit ex ambabus, uel altera falsis concludentibus conclusionem falsam, in debito tamen modo, & figura, sicut est syllogismus ignorantiæ, siue deceptio disciplinæ, & talis syllogismus pertinet ad considerationem huius sciẽtię, quia oppositorum eadem est disciplina, cum ergo syllogismus disciplinæ, & ignorãtię syllogismus opponantur, ptinent ad considerationem huius scientię quæ doctrinalis & certitudinalis est ut ex supradictis patet.

Considerandum est hic secundum Doct.S. ꝙ syllogismus ignorantiæ concludit conclusionem falsam, ut declaratum est, quilibet autem syllogismus concludens conclusionem falsam est syllogismus falsus, qui quidem si peccat in forma syllogistica est simpliciter falsus falsitate, uidelicet prioristica, & dicitur paralogismus peccans contra illationẽ, si uero peccat in materia tantum, quia procedit ex præmissis, uel præmissa falsis, est syllogismus falsus falsitate posterioristica loquendo, cum non procedat ex ueris, quod ad demonstrationem requiritur, ut patet per diffinitionem demonstrationis.

SOLVTIO.

Ad argumentum patet solutio ex dictis.

LECTIO XXVIII.

De syllogismo ignorantiæ negatiuo, & est lect. 28. S. Doc.

QVAESTIO XXXIII.

quę habet articulum vnicum.

FInaliter considerandum restat de syllogismo negatiuo ignorantiæ, qui, uidelicet, concludit conclusionem negatiuam falsam cõtrariam affirmatiuæ immediatæ ueræ. Circa quod quęritur unum, uidelicet, an sit talis syllogismus ignorantiæ.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S. Quæ uero in ipsius.

ARTICVLVS VNICVS.

AD primum sic proceditur videtur quod non sit aliquis syllogismus ignorantiæ negatiuus concludens conclusionem negatiuam falsam contrariã affirmatiuę ueræ & immediatæ.

Nam in quolibet syllogismo est argumẽtum, argumentum uerò est ratio rei dubiæ

biæ faciens fidem,vt in topicis habetur. ergo quilibet ſyllogiſmus generat fidē, & per conſequens nullus eſt ſyllogiſmus,per quem generatur ignorātia, qđ eſt contra ſuppoſitum.

2 Præterea.Affirmatio & negatio contradicūt ut eſſe & nō eſſe,vt patet quarto metaphyſicæ. ergo nullus eſt ſyllogiſmus concludens negationem cōtrariam affirmatiuæ ueræ.

3 Præterea.Syllogiſmus verus non poteſt dici ſyllogiſmus ignorantiæ:ſed ſyllogiſmus concludens negatiuam cōtrariam affirmatiuæ veræ eſt verus ſyllogiſmus,cum fiat in debito modo & debita figura. ergo talis non eſt ſyllogiſmus ignorantiæ.

OPPOSITVM.

Sed contra eſt Philoſophus in littera ibi.[Quæ vero eſt ipſius nō eſſe &c.]

CONCLVSIO.

Reſpondeo dicēdum, quod iſtud eſt ſecundum capitulum huius tractatus in quo Philoſophus determinando de ſyllogiſmo ignorantię negatiuo ponit unā concluſionem principalem,quæ eſt reſponſiua ad quæſitum, videlicet ꝙ eſt aliquis ſyllogiſmus ignorantiæ negatiuus concludens negatiuam falſam contrariam affirmatiuæ ueræ & immediatæ. Hanc cōcluſionem probat philoſophus per exempla.primo ſcilicet ſyllogizando per terminos non ſignificatiuos, uidelicet,nullum. b. eſt. a. ſed. c. eſt. b. ergo nullum. c. eſt.a.ideſt nulla albedo eſt color, quæ eſt falſa & immediata.omnis nigredo eſt albedo. ergo nulla nigredo eſt color, concluſio eſt falſa contraria iſti affirmatiuæ uerę. omnis nigredo eſt color,quæ eſt uera & immediata. ergo dabilis eſt ſyllogiſmus ignorantiæ negatiuus.Procedit autem prædictus ſyllogiſmus in prima figura ex ambabus falſis contrarijs immediatis ueris. ſimiliter talis ſyllogiſmus poteſt fieri in ſecunda figura.ſic ſyllogizando ex ambabus falſis in primo modo ſecundæ figuræ,omne animal eſt maſculum, ſed nullus homo eſt maſculus. ergo nullus homo eſt animal.concluſio eſt falſa contraria veræ affirmatiuæ & immediatæ.

Præterea.Poteſt talis ſyllogiſmus ignorantiæ fieri ex altera vera & altera falſa in prima figura maiore exiſtente vera & minore exiſtente falſa ſic arguendo, nulla quantitas eſt color. omnis albedo eſt quantitas.ergo nulla albedo eſt color. ſi vero ſyllogizetur ſic, nulla qualitas eſt color. omnis nigredo eſt qualitas. ergo nulla nigredo eſt color, talis ſyllogiſmus ignorantiæ procedit ex maiore falſa & minore uera. ſimiliter in ſecunda figura poteſt fieri maiore exiſtente falſa & minore uera ſic arguendo in ſecundo modo ſecundæ figuræ: omne animal eſt irrationale, ſed nullus homo eſt irrationalis.ergo nullus homo eſt animal:uel ſic arguendo in primo ſecundę nullum animal eſt animatum, ſed omnis homo eſt animatus. ergo nullus homo eſt animal.uel ſic, nullum animal eſt rationale.omnis homo eſt rationalis.ergo nullus homo eſt animal. patet ergo ex prędictis,ꝙ eſt aliquis ſyllogiſmus ignorantiæ negatiuus immediatę concludēs negatiuam falſam contrariam affirmatiuę ueræ & immediatæ procedens ex ambabus falſis uel altera tantum, ſiue tales propoſitiones ſint in toto falſæ ſiue in parte.Dicitur autem propoſitio in toto falſa cuius prędicatum non conuenit alicui ſuppoſito ſubiecti, vt omnis homo eſt qualitas, ſed propoſitio in parte falſa eſt cuius prædicatum conuenit alicui ſuppoſito ſubiecti, ut omne animal eſt rationale.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, ꝙ licet argumentum uerum ſiue dialecticū faciat fidem de re dubia, ut Boetius deducit,non autem argumētum falſum facit deſignatam fidem,niſi forſitan apparenter uel apparentem.

Ad ſecundum dicendum, quod licet affirmatio & negatio incomplexe contradicant, tamen affirmatio ideſt propoſitio affirmatiua & negatio ideſt propoſitio negatiua ſic complexe deſignatę cōtrariantur,ſi ambæ ſint uniuerſales cæteris conditionibus obſeruatis, quas in

pri-

primo perihermenias numerauimus.

Ad tertium dicendum, quòd licet syllogismus concludens conclusionem falsam contrariam immediatę uerę sit uerus syllogismus ueritate prioristica, tamen est falsus, ueritate posterioristica, modo tamen exposito ratione cuius falsitatis dicitur syllogismus ignorantię, siue syllogismus deceptionis. & hæc de syllogismo ignorãtię, qui habet fieri in immediatis, sufficiant.

LECTIO XXIX.

De syllogismo ignorantiæ in cõparatione ad demonstrationem, & est le. 29. D.S.

QVAESTIO XXXIIII.

quę habet articulos duos.

EST autem considerandum de syllogismo ignorantiæ, qui habet fieri in propositionibus mediatis, postquam cõsideratum est de eo qui habet fieri in propositionibus immediatis, dicuntur autem propositiones mediatæ conclusiones, quæ demonstratione probantur. Circa quod duo quæruntur. Primo utrum in mediatis propositionibus possit fieri syllogismus ignorantiæ negatiuus. Secũdo vtrum in eisdem possit fieri syllogismus ignorantiæ affirmatiuus.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S.

In his autem quæ indiuidua non sunt.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. videtur quod non possit fieri syllogismus aliquis ignorantiæ negatiuus in propositionibus mediatis. Nam aut talis potest fieri ĩ omni figura, aut in aliqua sic, & in aliqua non: non primum vt deducit hic Philosophus, neque secundum, quia non uidetur maior ratio, quòd habeat fieri in aliqua figura magis quam in alia.

2 Præterea. Si talis syllogismus ignorãtiæ formatur in prima figura hic maxime fieret per medium proprium, vt dicit hic Philosophus, sed hoc non potest fieri, quia per medium proprium concluditur conclusio vera, ut de se patet sic arguendo. omnis figura habens angulum extrinsecum æqualem duobus intrinsecis sibi oppositis est figura habens tres angulos æquales duobus rectis, sed omnis triangulus est huiusmodi. ergo &c. sed per idem medium non potest cõcludi affirmatiua vera & negatiua sibi opposita falsa. ergo talis syllogismus nõ habet fieri in prima figura & formari, neque in secunda.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in litera ibi. [In his autem quæ indiuidua non sunt &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod istud est tertium capitulum huius septimi tractatus, in quo Philosophus ostendit qualiter syllogismus deceptionis, siue ignorãtiæ habet fieri in propositionibus mediatis, in quo ponit conclusiones, quæ sunt responsiuæ ad quęsitum, quarum secunda uidebitur in sequenti articulo. Prima vero conclusio quæ est responsiua ad quæsitũ talis est. syllogismus ignorãtiæ aliquis est negatiuus in propositionibus mediatis, quæ probatur, quia talis syllogismus negatiuus in propositionibus mediatis habet fieri in prima, & secũda figura, prima pars patet, quia in prima figura potest concludi negatiua conclusio falsa opposita affirmatiuæ verę, & immediatæ tripliciter per medium, uidelicet proprium & per medium extrinsecum, sed simile proprio & per mediũ extrinsecum dissimile proprio, per medium proprium concluditur sic arguendo, nulla figura habens angulum extrinsecum æqualem intrinsecis duobus sibi oppositis habet tres angulos æquales duobus rectis, sed omnis triangulus est

huiusmodi. ergo nullus triãgulus habet tres angulos æquales duobus rectis, ibi concluditur negatiua conclusio falsa cõtraria affirmatiuæ ueræ mediatæ, sed per medium extrinsecum simile tamen proprio. fit etiam syllogismus ignorantiæ sic arguendo. nullus gradiens est substãtia, omnis homo est gradiens. ergo nullus homo est substantia. conclusio est negatiua falsa, quæ contrariatur affirmatiuæ ueræ, uidelicet isti, omnis homo est substantia, sed per medium dissimile proprio fit syllogismus negatiuus ignorantiæ in prima figura sic arguendo: nulla oliua est viua. omnis homo est oliua. ergo nullus homo est uiuens. uel sic. nullus lapis est uiuens, omnis homo est lapis. ergo nullus homo est viuens, quæ conclusio contrariatur affirmatiuæ ueræ mediatæ, uidelicet, omnis homo est uiuens. patet ergo quod syllogismus ignorantiæ siue deceptionis negatiuus fit in prima figura tripliciter immediate, videlicet, per medium proprium extrinsecum simile proprio, & per medium extrinsecũ dissimile proprio. secunda pars assumpti videlicet, quod syllogismus deceptionis fiat in secũda figura probatur exemplariter sic syllogizando in secundo modo secundæ. omne animal est uiuum. nullus homo est viuus. ergo nullus homo est animal. vel sic in primo modo secundæ, nullum animal est uiuum. omnis homo est uiuus. ergo nullus homo est animal. & licet ista propositio cui contrariatur prædicta conclusio sit immediata immediatione prædicationis, est tamen mediata mediatione posterioristica, potest enim demonstrari per hoc medium omne animal rationale, ut patet diligẽter consideranti, & hoc loquendo de animali non concreto.

Pro præcedenti articuli declaratione considerandum est secundum Doc. San. & alios doctores, qui per medium proprium intelligunt medium sumptum inter maiorem & minorem extremitatem in eadem coordinatione, ut ad concludendum hanc propositionem mediatã: oĩs hõ est substantia, accipitur pro medio proprio quicquid est in prædicamento substantiæ inter hominem, & substantiam, ut animal corpus: corpus animatũ: & similia poterunt accipi tanquam medium proprium ad concludendum affirmatiuam ueram, per quod quidem medium etiam potest cõcludi negatiua falsa manente eadem minore, sed mutata maiore in oppositam qualitatem, unde tale medium proprium dicitur, ut dicit hic Doc. S. per quod fit syllogismus contradictionis, idest ad oppositum, non quidem eodem modo sumpta, sed transmutata qualitate maioris in oppositam qualitatẽ, uidelicet maiore affirmatiua mutata in negatiuam, ut dictum est, & per hoc patet solutio ad secundum argumentum.

Considerandum est vlterius, quod per medium extraneum simile tamen proprio intelligitur, medium sumptum ex altera coordinatione, quod uniuersaliter tamen subijcitur maiori extremitati, & vniuersaliter prædicatur de minore extremitate, sicut hoc medium mobile uel gradiens respectu huius conclusionis, omnis homo est substantia, per hoc idẽ medium concluditur cõclusio negatiua falsa mutando maiorem in oppositam qualitatem remanente minore immutata. vnde ut dicit Philosophus, deceptio quæ fit per tale medium simile proprio, est fere eadem ei quæ fit per mediũ proprium. Est enim inter vtranque deceptionem talis identitas, siue similitudo, & si fiat in prima figura semper sit uera sic patet, quia tale medium in minori siue sit proprium siue simile proprio uniuersaliter affirmatiue prædicatur de minori extremitate, minor autem in prima figura semper est affirmatiua, ut in libris priorum declaratũ est, unde minor semper est vera, & maior semper falsa, si fiat syllogismus deceptionis cum contrarietur affirmatiuę veræ, cuius prædicatum uniuersaliter & affirmatiue prædicatur de subiecto, ut in exemplis prædictis satis declaratum est.

Considerandum est ulterius, quod medium extraneum dissimile proprio

est

est, quod sumitur ex altera coordinatione terminorum, & non vniuersaliter subijcitur in maiori extremitate, neque ēt semper prædicatur uniuersaliter de minori extremitate, unde ambæ præmissæ possunt esse falsæ, uel altera tantum, ut exēplificatum est, & hoc in prima & secunda figura. In tertia uero figura non fit talis syllogismus ignorantiæ, quia in ea solum concluditur particulariter, in demonstrationibus vero conclusio est vniuersalis, & per hoc patet solutio ad primum.

SOLVTIO.

Ad argumenta autem patet solutio ex dictis.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S.
Deinde cum dicit. Si vero affirmatiuus &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur φ in propositionibus mediatis non possit fieri syllogismus deceptionis siue ignorantię, & prauæ dispositionis affirmatiuus. Nam affirmatio præcedit negationem, ut superius adductū est. si ergo esset aliquis talis syllogismus affirmatiuus, Philosophus debuisset de eo determinare antequam determinaret de syllogismo negatiuo in eisdem, quod est falsum. ergo nullus est talis syllogismus affirmatiuus.

2 Præterea Si sic aut fieret in secunda figura syllogismus deceptionis negatiuus, uel non. primum nō est dicendum, ut deducit hic philosophus, neque secūdum, quia non uidetur maior ratio quòd debeat fieri in prima figura quam in secunda, cum utrobique concludatur vniuersaliter. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in littera ibi. [Si uero sit affirmatiuus syllogismus &cæt.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod syllogismus prauæ dispositionis, siue ignorantiæ affirmatiuus fit solum in prima figura, videlicet vniuersalem affirmatiuam falsam contrariam negatiuæ veræ mediatæ concludendo. Quod autem p̄dictus syllogismus fiat in prima figura, patet tripliciter. primo per medium proprium sic syllogizando omnis substātia est quantitas. omnis homo est substantia. ergo omnis homo est quantitas, quę est falsa, & contrariatur negatiuæ ueræ & mediatæ, uidelicet isti, nullus homo est quantitas. semper.n. in tali inductione maior est falsa, & minor sp̄ uera p̄p rōnem superius assignatam. Secundo fit talis syllogismus per medium non proprium, simile tamen proprio, quod videlicet non est eiusdem ordinis, sed ex alia coordinatione, sic syllogizando, omne agens est quantitas. omnis homo est agens. ergo omnis homo est quantitas. oportet autem hic etiam remanere minorem inuariatam, sed maiorē mutari de negatiua vera in affirmatiuā falsam. Tertio vero fit syllogismus per medium extraneū dissimile proprio sic syllagizando, omnis temperantia est uirtus. omnis grāmatica est temperantia. ergo omnis grāmatica est uirtus. ibi maior est uera, & minor falsa, uel sic omnis albedo est uirtus. omnis grammatica est albedo. ergo omnis grammatica est uirtus. Ibi ambæ sunt falsæ præmissæ, uel sic. omnis scientia est animal. omnis musica est scientia. ergo omnis musica est animal. ibi maior est falsa & minor uera. ex quo patet, quod syllogismus prauæ dispositionis potest fieri in prima figura tripliciter, uidelicet, per medium proprium, per medium extraneum simile proprio, & per medium extraneum dissimile proprio, & hoc tripliciter. Primo maiore extremitate uera & minore falsa quando, uidelicet, tale medium continetur sub maiori extremitate, ut patuit per primum exemplum. Secundo ambabus præmissis existentibus falsis, & hoc quando medium non continetur sub maiori extremitate, ut patet per secundum exemplum ultimi membri, ut declaratū est. tertio fit maiore existente falsa & mi

nore

nore uera, ut per tertium exemplũ eiusdem membri patet. Ex præmissis etiam patet quot modis & per quas propositiones ueras possunt fieri deceptiones per syllogismum ignorantiæ tam in propositionibus immediatis quam mediatis, quæ demonstratione probantur.

Considerandum est autem quod quando syllogizatur per medium extraneum simile proprio semper minor remanet uera & maior falsa semper est, ut dictum est, sicut quando syllogizatur per medium proprium. unde tale medium extraneum dicitur simile proprio.

Considerandum est ulterius secundũ Egidium quod aliquis syllogismus potest dici uerus dupliciter uel quantũ ad materiam uel quantum ad formam, syllogismus autem deceptionis nunquã est uerus secundum materiam, quia aut ambę præmissæ sunt falsę, aut altera tãtum. potest tamen talis syllogismus dici uerus quantum ad formam syllogisticam, quia fit in debito modo & in debita figura. unde ut supra concessum est talis syllogismus dicitur uerus ueritate prioristica, nõ autem ueritate posterioristica, sed dicitur falsus & deceptiuus.

Considerandum est ulterius, quod licet grammatica cum sit scientia sit uirtus intellectualis, non tamen est uirtus materiæ moralis, de qua ueritate duo exempla ultimi membri probationis ipsius conclusionis processerunt.

Sed instat discipulus contra deductionem Philosophi præsentis lec. in tertio membro, præsertim contra primum exẽplum adductum. Nam temperantia non est medium extraneum & dissimile proprio respectu uirtutis, quia temperantia, & uirtus continentur in eadem coordinatione, ut in prima specie qualitatis. ergo exemplum malum. Dicendum ꝙ licet id medium temperantiæ sit consonum uirtuti, & non extraneum, quod est maior extremitas, est tamen dissonum & deforme respectu scientiæ, quæ est maior extremitas, unde ut dicit hic Egidius, secus est in propositione affirmatiua falsa opposita affirmatiuæ ueræ uel negatiuæ, & in propositione negatiua falsa opposita affirmatiuæ ueræ, non enim potest accipi medium extraneum nisi duobus modis, uidelicet, uel a maiore extremitate tantum, uel ab utraque. non enim potest accipi tertio modo, uidelicet, a maiori & non a minori, quia postquam affirmatiua ponitur esse uera nil est extraneum a maiori, sed in proposito ubi affirmatiua est falsa & negatiua uera poterit accipi medium extraneum in comparatione ad minorem extremitatem, quod tamen non est extraneum in comparatione ad maiorem extremitatem, ut in exemplo adducto patet, q͂a illud mediũ tẽperãtiæ est dissonũ & cõsonũ, est dissonũ siue extraneũ respectu sciẽ, & consonũ respectu uirtutis

S O L V T I O.

Ad primum igitur dicendum, negando sequelam, quia licet propositio affirmatiua sit simplicior, notior, & prior ꝓpositione negatiua tñ quo ad nos & ordine doctrinæ propositio negatiua præcedit affirmatiuam, quẽ ordinem tenet Philosophus, unde ratio non sequitur. Ad secũdum dicendum, quod similis syllogismus habet fieri in secunda figura uel prima figura. non enim habet fieri in secunda figura, quia in ea non sumuntur syllogismi affirmatiui, cum in ea semper concludatur negatiue, neque etiam hẽt fieri in tertia figura, cum ibidem semper concludatur particulariter. De syllogismis .n. uniuersalib. non est hic ad propositum, cum fiat mentio de demõstratione propter quid, ut supra dictũ est. unde nõ est similis ratio de omni figura.

L E C T I O XXX.

De ignorantia negationis, & est lect. 30. Doc. S.

Q V AE S T I O XXXV.

quę habet articulos duos.

CONSIDERANDVM restat de ignorantia negationis. Circa quod quæruntur duo. Primo vtrum deficiente in nobis aliquo sensu

sensu sit necesse deficere scientiam de sensibilibus illius sensus. Secūdo vtrum in nobis sint tantum duo modi uere addiscendi, uidelicet per demonstrationē, vel per inductionem.

Sequitur in Philosopho & in Doc. S.

Manifestum est autem.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod deficiēte in nobis aliquo sensu non sit necesse deficere scientiā de propriis sensibilibus illius sensus. Nam nos in præsenti statu cognoscimus substantias separatas, & tamen substantiæ separatæ non cadunt sub sensu, cū sint substātię immateriales & insensibiles secūdum rem & rationem simul. ergo deficiente sensu possumus habere scientiam de aliquibus, sic carentia sensus nō tollit scientificam cognitionem.

2 Præterea. Multi cęci visu carentes sunt, qui habent ueram scientiam de coloribus, ut ad experientiam patet. ergo deficiente sensu uisus nō est necesse sciētiam in nobis deficere de coloribus.

3 Præterea. De formis spiritualibus habemus scientiā, & tamen non cadūt sub sensu. cum sensus sit accipiendus respectu corporaliū rerum, ut patet secūdo de anima. ergo &c.

4 Præterea. In secūdo & tertio de anima dicit Philosophus, quòd nos intelligimus cum uolumus, nos studemus dum uolumus. ergo possumus intelligere aliquam intellectualem cognitionem a sensu. scientia autem est intellectualis cognitio. ergo deficiente sensu potest haberi scientia.

5 Præterea. Aliquis cęcus a natiuitate potest habere auditum, ut de se patet, sed quicunque habet auditum potest ab aliquo doceri de coloribus, qui sibi significata colorum manifestet, sed colores sunt a uisu sensibiles, ergo deficiēte sensu uisus non est necesse quod deficiat scientia de proprijs sensibilibus ipsius uisus.

Sed dicebat quod cæcus a natiuitate habens auditum potest doceri ab aliquo de coloribus, siue de proprijs sensibilibus visus quantum ad quid nominis, non autem quantum ad quid rei.

Sexto considerandum, quod cæcus a natiuitate habens sensum tactus, potest cognoscere causas propriorum sensibilium visus, quia qualitates primo tangibiles, quæ tactu percipiuntur sunt causæ colorum, sed cognitis causis alicuius possumus ipsum scire, vt patet per diffinitionem scire. ergo deficiente aliquo sensu non est necesse quod deficiat in nobis scientia de sensibilibus illius sensus.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in capitulo primo huius libri ibi. [Manifestum est autem ꝙ si aliquis sensus deficit necesse est aliquam sciētam deficere &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo, dicendum, quod istud est quartum capitulum huius tractatus, in quo Philosophus determinando de ignorantia simplicis negationis, quæ non causatur in nobis per syllogismum postquam determinauit de ignorantia prauæ dispositionis, quæ causatur in nobis per syllogismum, ponit vnam conclusionem, ex qua infertur necessitas ignorantiæ pure negationis in aliquibus, quæ est responsiua ad quæsitum uidelicet, quod deficiente in nobis aliquo sensu necesse est quod in nobis scientia deficiat de proprijs sensibilibus illius sensus, hanc conclusionem probat Philosophus secundum Doc. S. & alios doctores tali ratione. Nam duplex est modus acquirendi scientiam, unus quidem per demonstrationem, alius uero per inductionem. sed quilibet talis modus necessario presupponit in nobis sensum. ergo deficiente in nobis aliquo sensu necesse est & scientiam deficere de propriis sensibilibus illius sensus, probatio minoris, quia scire per demonstrationem, & scire ex uniuersalibus præsupponit scire ex inductione & ex particularibus, sed scire ex indu-

ctione & particularibus præsuppo- nit sensum. ergo quodlibet nostrum addiscere, & omne nostrum scire cum non sit nisi in duobus modis, præsupponit sensum, vt etiam in capite. j. huius libri deductum est. quod autem scire per demonstrationem præsupponat scire ex inductione sic patet. nam scire per demonstrationem est scire per propositiones vniuersales, sed vniuersales propositiones non possunt sciri nisi inducendo in particularibus, vt patet primo metaphy. ergo per demonstrationem non conuenit scire nisi per inductionem in particularibus, & licet immediatæ vniuersales possint sciri & cognosci immediate per propositiones immediatas seu dignitates, tamen quia cognitio principiorum de immediatis dependet a cognitione terminorum, quorum cognitio a sensu dependet, igitur cognitio cuiuslibet propositionis vniuersalis præsupponit sensum. quod autem per inductionem non sit scire nisi sciantur particularia per uiam sensus sic patet. nam inductio est singularium, sensus autem est particularium. ergo nõ conuenit accipere scientiam de particularibus aut singularibus nisi per uiam sensus. ex quo patet quod sensus est totius nostræ cognitionis intellectiuæ, seu scientiæ ianua necessaria. deficiente ergo sensu necesse est scientiam in nobis deficere de sensibilibus illius sensus. quod intelligendum est dum in nobis sensus a natiuitate deficit, secus antẽ si post natiuitatem sensus deficeret, quod non esset necesse quod scientia illius sensus de sensibilibus nobis deficeret, vt uoluit secundum argumentum. Ex prędicta conclusione clare haberi potest correlarie, videlicet quod causa ignorantiæ puræ negationis in nobis est carentia alicuius sensus.

Considerandum est autem secũdum Doc. S. quod per prædictam conclusionem, & per verba, quæ hic a Philosopho dicuntur, excluditur duplex quæstio. quarum prima est Platonis, qui ponebat, quod nos habemus scientiam de rebus per species participatas ab Ideis, quod si esset verũ vniuersalia fierent nobis nota absque conclusione, & ita possemus acquirere scentiam rerum, quarum sensum non habemus, hoc autem argumento vtitur Philosophus in fine primi metaph. vt ad longum ibi disputatum est. Secunda quæstio est quorundam scotistarum dicentium, quod possumus in hac uita cognoscere substantias separatas cognoscendo proprias qualitates ipsarum, quæ tamen secundum sensibiles earum effectus, qui ab eis omnimode quiditatiue transcenduntur, cognosci non possunt, quo ad earũ proprias essentias, secus autem loquendo de cognitione quia sunt. si enim tales substantiæ quantum ad earum proprias essentias cognoscerentur, sequeretur quod aliquæ cognoscerẽtur scientifice absque inductione & sensu. quod Philosophus hic negat etiam de abstractis. hæc omnia Doc. S. in fine huius capituli quasi formaliter. Sed instabat discipulus contra prædictam conclusionem. Nam aliqua sunt separata a materia sensibili, vt sunt vniuersalia mathematica. ergo cognitio vniuersalium scientifica non habetur per inductionẽ singularium sensibilium. Dicendum vt hic dicit Doc. S. quod uniuersalia, quæ etiam mathematica dicuntur secundũ abstractionem, non contingit nota fieri nisi per inductionem, quia in vnoquoque genere vniuersalium mathematicorum abstractorum sunt quędam particularia, quæ non sunt separabilia a materia sensibili, sed vnumquodque eorũ est hoc, idest, realiter indiuiduum, quanuis enim linea secundum abstractionem dicatur, tamen hęc linea quæ est in materia sensibili inquantum est indiuidua abstrahi non potest, quia indiuiduum eius est ex hac materia. non autem manifestantur nobis principia abstractorum nisi ex partibus, a quibus a sensu percipimus, verbi gratia. ex hoc quod videmus aliquod totum singulare sensibile procedimus ad cognoscendum quid est totum

totum & quid pars, per quod cognoscimus, quod omne totum est maius sua parte, considerãdo hoc in pluribus. hęc dicit Doc.S formaliter. Ex prędictis elici potest ratio per locum a maiori ad probandum quod per demonstrationẽ non possumus accipere cognitionem uniuersalium absque inductione, quia si hoc esset uerum maxime videtur esse verum de uniuersalibus mathematicis abstractis, sed hoc non, ut declaratum est. ergo nullam cognitionem scientificam per demonstrationem possumus habere de vniuersalibus nisi præsupponendo inductionem, quæ cadit sub sensu.

Sed contra prædictam solutionem replicabat discipulus. Nam particularia mathematica sunt abstracta a materia sensibili, possumus enim imaginari siue considerare non solum lineam in communi: sed etiam hanc lineam, quæ est in materia sensibili præter materiam sensibilẽ, quia possumus imaginari hoc quantum non imaginando quale. ergo non requiritur quod in consideratione uniuersalium requiratur uia sensus. Dicendum quod licet possumus habere ut dicit hic Egidius hãc lineã sine materia sensibili tamen si non hæc linea secundum esse quod habet in materia sensibili, suam similitudinem faceret in sensu, nunquam posset imaginari sine materia sensibili, quia vt ait commen. in secundo metaphy Scientia nostra causatur a rebus secundum esse quod habent extra materiam. unde tota nostra scientia, quam possumus habere ex ductu & abstractione rationis, reducenda est ad sensum tanquam ad radicem & tanquam primordiale principium. Vnde deficiente in nobis aliquo sensu necessarium est scientiam deficere in nobis de sensibilibus illius sensus, & per consequens in nobis ponitur ignorantia purę negationis.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod quatuor modis, ut ad propositũ sufficit, aliquid cadit sub sensu, uno modo secundum se ut calor. alio modo secundum suum simile. tertio modo secundum effectum suum. quarto modo secundum suas partes sicut patet de monte aureo. Substantiæ uero separatæ licet non cadant sub sensu secundum earum essentiam, tamen earum effectus per sensum apprehendimus, qui quidem effectus, quia non sunt proportionati essentijs substantiarum separatarum, ducunt nos in cognitionem eorum quantum ad quia est, & non quantum ad quid est, loquendo de quidditate propria & specifica ipsarum, vt latius in secundo metaphy. disputatum est, uerum tamen quia obiectum & actus est proportionatus potentię, sicut patet de motu vniformi ipsius cæli, ideo per obiectum possumus scire quid est actus, & per actum quid est potentia. vnde licet actus sit effectus potentiæ in aliquo genere causarum, possumus tamen per huiusmodi effectum cognoscere ipsam potentiam non solum quantum ad quia est, sed etiam quantum ad quid est, vt deducit hic Egidius.

Ad secundum patet solutio ex dictis. Ad tertium dicẽdum, quod forma substantialis cadit sub esse indiuiduali in sensu non per se sed ratione intentionum accidentium, quę sunt tanquam organa intentionum formarum substantialium, sicut in naturalibus forma accidentalis tanquam instrumentum formæ substantialis facit ad productionem formæ substantialis, sicut patet de calore ignis, sicut autem se habent formæ reales ad actionem realem, sic se habẽt modo suo formæ intentionales ad effectum intentionalem, ut declarari habet in metaphysicis. Ad quartum dicendum, quod nos intelligimus dum volumus supposita sensatione & non aliter, unde ratio non sequitur.

Ad quintum admittatur solutio in obiectione secunda adducta.

Ad sextum dicendum, quod licet cæcus a natiuitate habens auditum possit instrui de causis colorum in sensu diuiso. videlicet ut tales causæ res quædam sunt, non potest tamen instrui de causis

in ſenſu compoſio, uidelicet, inquãtum ſunt cauſę talium colorum . unde nunquam poteſt inſtrui ut habeat ſciẽtiam de coloribus quantum ad quid rei, ſecus autem quantum ad quid nominis, ut dictum eſt.

Sequitur in Philoſopho & in Doc. San.
Impoſſibile eſt &c.

ARTICVLVS II.

AD ſecundùm ſic proceditur. Videtur quod non ſint tantùm duo ſiue duplex modus uere diſcendi, vel ſciendi, uidelicet per demonſtrationem: uel inductionem. Nam Egidius hic aſſignat triplicem modum quo cauſatur ſcientia in nobis, uidelicet, per acquiſitionem, per acceptionem, & per impreſſionem ergo male a philoſopho enumerantur duo modi uere addiſcendi uel acquirendi ſcientiam.

2 Præterea. Aliquandò in nobis acquiritur ſcientia per argumẽtationem probabilem, videlicet, per ſyllogiſmum dialecticum. Manifeſtum eſt autem quod talis ſyllogiſmus non eſt demonſtratio, neque inductio, ut in ſecundo priorum declaratur. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra eſt Philoſophus. Impoſſibile eſt accipere ſciẽtiam ſiue addiſcere niſi per inductionem, aut per demonſtrationem, eſt autem demonſtratio quidem ex uniuerſalibus, inductio autẽ ex his quæ ſunt ſecundum partem.

CONCLVSIO.

Reſpondeo dicẽdum, quod tantum eſt duplex modus uere addiſcendi, uidelicet per demonſtrationem uniuerſaliũ aut per inductionem ſingularium, quod ſic patet. nam quicquid uere addiſcimus aut eſt uniuerſale aut ſingulare, ſi primum ſic addiſcimus per demonſtrationem, uniuerſalium enim eſt demonſtratio, ut ſupra declaratum eſt: ſi ſecũdum ſic addiſcimus per inductionem, ex qua cauſatur experimentalis cognitio, quæ cauſat cognitionem uniuerſalem in nobis, ut probatur in prooemio metaphy. Præterea. Omnis ſcĩa cauſatur in nobis aut per acquiſitionem, aut per inuentionem. ſi primum, ſic eſt primus modus. ſi ſecundum, ſic eſt ſecundus modus.

Conſiderandum eſt hic ſecundum Albertum magnum, ꝙ ſcĩa ſcibilium q̄cunque ſit illa cauſatur in nobis per acceptionem rei quęſitæ, licet deficiente prima ueritate acceptiua, quę eſt ſẽſus, deficiant in nobis cæteræ ueritates acceptiuæ, quia remoto primo remouent̃ omnia quæ ſunt illius generis, ut patet ſecundo metaphy. erg o deficiente ſenſu deficit ſcientia, ut ſupra declaratum eſt.

Cõſiderandum eſt vlterius ſecundum eundum quod ex huius ſcientiæ logica non põt determinari natura intellectus humani, aut cauſa per quam non accipitur uniuerſale, niſi ex ſenſibilibus principijs: ſed hoc primæ Philoſophiæ accipi oportet. vnde de hoc nõ eſt hic multum inueſtigandum, ſed ſupponendum quod ſi ſit.

Conſiderandum eſt autem ſecundum eundem ibidem, ꝙ humanus intellectus eſt coniunctus cum continuo, & tpe. ex coniunctione autem cum continuo accipit a ſenſu communi ea, quæ accipiunt̃ a ſenſibus compoſitis & diuerſis. ex coniunctione autem cum tpe ſiue temporaliter non poteſt accipere niſi a ſenſu ad ſenſus reflexo. iſta uero & ſimilia non hic quærenda ſunt ſed ſupponenda, ut dictum eſt.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod tres modi ab Egidio aſſignati continentur ſub duobus hic a Philoſopho aſſignatis, unde ratio non ſequitur.

Ad ſecundum dicendum, quod per argumẽtum dialecticum non acquiritur ſciẽtia proprie dicta, ſed magis opinio, vnde argumẽtum falſum aſſumit: vel dicendum ꝙ ſi accipiatur hic ſcĩa pro quacunque cognitione intellectuali ſpẽi᷑ uniuerſalis, tũc demõſtratio accipitur ꝓ quacunque argumentatione diſcurſiua, ſecundum ꝙ argumentatio diuiditur a

l hi-

Philosopho in secundo physi. & in primo topicorum in quatuor species, quæ sunt syllogismus, enthymema, inductio, & exemplum, sed quia Philosophus in textu dicit. [Si uere addiscimus] prima solutio magis videtur ualere ad propositum.

LECTIO XXXI.

De statu qui est in demonstrationibus, & est lec. 31. D.S.

QVAESTIO XXXVI. *quę habet articulos duos.*

Vlterius considerādū restat in hoc octauo tractatu de statu qui est in demostrationibus, postquam consideratum est ex quibus & qualibus & in q̄ figura procedit demōstratio.

Circa quod sex consideranda sunt secundum quod huius tractatus sunt sex capitula: siue sex lec. Doct. Sā. Primo cōsiderandum est de his, quę ponit ad veritatem determinādam de numero quæstionum, quas mouet de statu, qui est in demonstrationibus. Secundo considerādum est de solutione tertiæ quęstionis motæ in primo capitulo & de solutione cuiusdam alterius quæstionis, uidelicet, utrum si sit status in affirmatiuis necesse sit status dari in demonstrationibus negatiuis. Tertio cousiderandum est de his quæ philosophus ponit ad ostēdendum logicaliter, quod necessarium est statum esse in affirmatiuis demonstrationibus. Quarto considerandum est, quare hoc probat logice. Quinto considerandum est, quare idem probat analytice. Sexto considerandum est de his, quæ philosophus infert ex prædictis.

Circa primum quæruntur duo.

Primo vtrum ea quæ philosophus hic ponit de materia & forma syllogismorum sint sufficienter assignata.

Secundo vtrum philosophus hic de statu conuenienti, qui est in demonstrationibus, moueat duntaxat tres quæstiones.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S.

Est autem omnis syllogismus.

ARTICVLVS I.

Ad primum sic proceditur. videt ꝙ ea quę hic ponuntur a philosopho ad ueritatem infra determinandam non sint sufficienter assignata. Nam sicut ad syllogismum in communi requiruntur tres termini, ita requiruntur duæ propositiones & modus & figura, de quibꝰ hic philosophus non facit mentionem. ergo insufficienter &c.

2 Præterea. Hæc est uera demonstratio. omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, sed Isocheles est huiusmodi. ergo &c. & tamen nō procedit ex immediatis, cum maior, ut notum est, sit demōstrabilis. ergo male hic reassumit ponendo ꝙ demonstratio est ex his, quæ sunt immediata secundum rei ueritatem.

3 Præterea. Tripliciter aliquid dicitur per accidens, vt patet 6. & 7. meta. ergo insufficienter hic philosophus dicit, ꝙ dupliciter aliquid dicitur siue prædicatur per accidens.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in litera ibi. [Est autem omnis syllogismus p tres terminos, & hoc quidem demonstrare possibile est &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod iste est octauus tractatus huius libri, in quo philosophus ostendit, quod non est in infinitum procedere in demonstrationibus, sed necesse est in eis statum esse, q̄ quidem tractatus continet in se sex capitula, in quorū primo præmittendo aliqua quæ valent ad veritatem determinādam mouet tres quæstiones secundum tres terminos, qui requirūtur in quolibet syllogismo. In secundo uero capitulo ibi. [Quicquid nō conuenit.] soluit tertiam quæstionem probando, quod si sit sta-

 tus

tus affirmationis necesse est & statum fieri in negatiuis. Sed in tertio capitulo ibi. [Quod autem in illis logice &cæt.] ponit aliqua, quæ sunt necessaria ad probandum dialectice, quod in affirmatiuis non est procedere in infinitum in sursum ascendendo. In quarto vero ibi. [Amplius si non hoc, est huius qualitas.] probat dialectice hoc quod nūc dictum est. In quinto vero capitulo ibi. [Analytice autem per hæc manifestum est &c.] ostendit idem analytice. Sed in sexto siue ultimo capitulo ibi. [Mōstratis autē his &c.] infert quasdā cōclusiones, siue correlaria ex prædictis. In primo uero capitulo eliciuntur a Philosopho duæ conclusiones principales, de quarum secunda in sequenti articulo videbitur. Prima autem conclusio quæ est responsiua ad quæsitum talis est. illa quę hic per modum suppositum ponit hic Philosophus cōuenienter ad veritatem determinandam infra præmissa sunt, qđ sic patet: nam illa quæ hic ponit vtilia sunt pro determinatione quæstionum, quas infra mouet philosophus, vt infra declarabitur. ergo conuenienter ab eo præmittuntur, præmittit autem siue supponit quinque, quæ in libris priorū, & in præsēti libro determinata sunt. primum autem quod supponit pertinet ad materiam syllogismi in communi, secūdum vero pertinet ad formam syllogismi affirmatiui. tertium pertinet ad formam syllogismi negatiui. quartum uero & quintum pertinent ad materiam syllogismi demonstratiui.

Primū ergo quod supponit est, quod omnis syllogismus habet fieri per terminos tantum, videlicet, per maiorem extremitatem, minorem extremitatem, & medium, ex quibus fiunt duæ præmissæ vnam conclusionem necessario inferentes in debito modo, & in debita figura, quod quidem pertinet ad formam syllogismi, vt diffusius in primo priorum tractatur.

Secundum vero quod supponit pertine ad syllogismum affirmatiuum, cuius fo ma talis est, vz, ꝙ concludit maiorem inesse minori extremitati ppᵗ hoc, ꝙ maior extremitas inest medio in syllogismo, quę quidem forma syllogistica est forma in prima figura, in qua sola pt̃ ꝯcludi affirmatiua vniuersalis, quæ maxime quæritur in demonstrationibus, & talis forma regulatur per dici de omni, vt patet in primo priorum, uel regulatur, ut dicit Egidius per illam regulam syllogisticam syllogismi expositorij, quæcunque eadem sunt uni tertio cōiuncta sunt inter se. & si arguitur, non sequitur homo est animal æquus est animal. ergo ęquus est homo, & ta men ibi arguitur p regulam prædictam. ergo regula est falsa. ad quod respondet Egidius dicens, ꝙ in prædicto syllogismo syllogizatur in quatuor terminis. non enim valet idem est animal quod prædicatur de homine & de æquo. ergo. si. n. idem esset animal quod prędicatur de homine & de ęquo oporteret vnum de alio prædicari. hoc obseruauit philosophus in primo priorū, ut sic ordinarentur termini p mediū ꝙ mediū non diuersificatū coniungeret vtrique extremitati, & quia quæ quādo vni & eidem sunt eadem si coniungerentur inter se sunt coniuncta vt hic. ꝯñs erat ꝙ extremitates, quæ coniunguntur eidem medio in pręmissis, ꝙ coniungerētur inter se in communi. hęc ille formaliter.

Tertium vero quod præmittit siue supponit pertinet ad syllogismum negatiuum, videlicet, ꝙ de necessitate habet vnam affirmatiuam propositionem, aliā autem negatiuam, differunt autem prima & secunda figura, vt in primo priorum declaratum est. Manifestum est aūt, ꝙ ex vtraque propositione affirmatiua non potest concludi negatiua, neque ex duabus negatiuis, quia ambabus existentibus negatiuis nihil formaliter sequit̃, non enim valet, si aliqua duo remouent̃ ab eodem, sicut homo & risibile ab asino, ꝙ illa remota sint eadem inter se. nec etiā sequitur ꝙ illa sint eadem & diuersa quę remouentur ab vno & eodem, vnde sequitur quod si ex puris negatiuis nihil sequitur vel non concludatur negati

uā, quòd syllogismus negatiuus hic alteram prēmissarum habet negatiuam, alteram affirmatiuam, forma autem talis syllogismi regulatur per tale principium, ut refert hic Egidius, quicquid remouet ab aliquo remouetur ab omni eo quod est idem illi, & hoc syllogizando in tribus terminis hic, pro tanto dicitur, quia licet hoc prædicatum genus remoueat ab homine, & non ab animali, tñ homo animal & homo idem sunt. non. n. hoc ꝑdicatum genus contingit animali ſm ꝙ animal est idem cum homine, unde in similibus terminis syllogizando syllogizatur ex quattuor terminis & non solum ex tribus.

Quartū quod præmittit philosophus ex parte syllogismi demonstratiui, uidelicet, quòd syllogismus demonstratiuus procedit ex uniuersalibus præmissis, vel duabus, q̄ sunt suppositiones & principia, & propositiones cum sint immediatæ indemonstrabiles, uel simpliciter, uel in illa scientia, in qua sumūtur pro principijs siue præmissis demonstrationis, ꝙ dicitur propter demōstrationes quę fiūt in scientia subalternata, q̄ supponit principia sua probata aliunde, ut supra declaratum est, ex quo īstat Philoso. drīā inter syllogismum demonstratiuū & dialecticū. nā quia syllogismus dialecticus ad hoc solum tēdit ut opinionem faciat: hoc solum est de intentione dialectici, vt ꝓcedat ex his, quæ sunt maxime opinabilia, & hęc sunt quæ vñr aut pluribus aut sapientibus, quæ non sp̄ uera sunt, sed aliquando falsa. non. n. refert, vt dicit Philosophus primo topicorum q̄dā falsa quibusdam veris esse probabiliora, siue opinabiliora, & iō si dialectico occurrat in syllogizādo aliqua propositio mediata, quæ in rei ueritate habeat medium, per quod possit probari, sed tñ ei nō videatur habere medium, sed pp sui probationem uideatur sibi proprie nota, ex ea syllogizans sufficit perficere syllogismum dialecticum, sed syllogismus demonstratiuus ordinatur ad scientiam ueritatis & non ad opiniones, ideo ad demonstrationem pertinet, ut procedat ex his, quæ sunt secundum rei ueritatem immediata, & si occurrat mediata propositio necessarium est quod probet eam per medium proprium quousq; deueniat ad immediata.

Quintum uero quod præmittit aut supponit Philosophus est, quod demonstrator in demonstrando procedat ex his, quæ sunt per se, & non ex his, quæ sunt per accidens. dupliciter autem ſm philosophum in litera aliquid prędicatur siue dr̄ per accidens. vno modo quando subiectum prædicatur de accidenti, uidelicet hoc album est homo. alio modo ecō uerso, quando videlicet accidens prædicatur de subiecto, sicut cum dicitur homo est albus: & differt secundus modus à primo quia in secundo modo quando accidens prædicatur de subiecto dicit, homo est albus, nō quia aliquid aliud ab homine sit albū, sed quia ipse homo est albus, & tñ non est ꝑdicatio per accidēs quia album nō conuenit homini ſm ꝓpriam rationē. non. n. ponit in diffinitione eius neque econuerso, ꝙ requirit ad ꝑdicationē per se, vt supra declaratū est cum de modis perseitatis ageretur, sed quando dr̄, album est homo. hoc non dicitur, quia esse hominem insit albo, sed esse hominem inest subiecto albo, cui. s. accidit esse album, videlicet, fieri Sorti, uel Platoni, sunt autem quædā quæ neutro istorum modorum prædicantur per accidens, & illa quę prædicatur per se, non habet locum in syllogismo dialectico, sed solum in syllogismo demonstratiuo, ut patebit clarius infra.

Cōsiderandū est aūt ꝙ ad veritatē infra manifestādā utile erit ꝓmittere suppositiones ꝑdictas. Nā dubitare de statu aut infinitate syllogismorū dupl̄r pōt ꝯtingere, uno modo. n. posset esse dubitatio de quolibet syllogismo in se. alio modo in syllogismo, ut refertur ad formam, quam habet in materia demonstratiua. quantum ad primum utiles sunt tres suppositiones, quas hic ponit philosophus. Nam quilibet syllogismus in se non constat nisi ex tribus,

terminis & duabus propositionibus, & non solum non accipit infinita sed etiã paucissima, sed quantum ad secundum utiles sunt duę vltimę suppositiones ꝙ in his quæ sunt per se & immmediata siue indemonstrabilia non est procedere in infinitũ. cũ ergo reducatur ad immediata, siue ad indemonstrabilia, vt vult quarta suppositio & procedat ex his quæ sunt per se, facile concluditur quod in demonstrabilibus non est procedere in infinitum. ex quo patet ꝙ ea quæ ponit hic Philosophus, cum sint vtilia conuenienter & non insufficienter sunt tradita.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod multipliciter aliqua requiruntur ad syllogismum quæ hic non ponuntur, quia non ex propinquo valet ad propositum inferius probandum, vnde ratio non sequitur. Ad secundum dicendum, quod licet illa propositio omnis triangulus habet tres &c. sit simpliciter demonstrabilis in illo tamen genere demonstrationis, in quo simpliciter est præmissa sine principio non est demonstrabilis. Ad tertium dicendum, quod ille modus secundum quem accidens prędicatur de accidente continetur sub primo prædictorum modorũ per accidens, cum vtriusque eadẽ sit expositio. licet ergo in ſpãli sint plures modi prædicandi per accidens, tamen vt in proposito tantum sunt duo modi in generali, unde ratio laborat in æquiuoco.

Sequitur in Philosopho & in Doc. S.

Deinde cum dicitur &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod Philosophus non conuenienter moueat tres quæstiones de statu aut processu in demonstrabilibus: nam necessaria est vltima alia qõ de statu demonstrationum, uidelicet vtrũ si sit status in affirmatiuis necesse sit fore statum in negatiuis, ut infra patebit, ergo insufficiẽter mouentur a philosopho tantum tres quæstiones.

2 Prçterea. Ad philosophum pertinet considerare statum siue processum in quolibet genere rerum, vt patet secundo & septimo metaphy. ergo Philosophus mouendo aliquas quæstiones hic nõ debuisset de statu sibi demonstrare.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus auctoritate sua, & in hoc capitulo mouet tantum tres quæstiones ibi. [Si igitur &c.]

CONCLVSIO.

Rñdeo dicendum, ꝙ conuenienter Philosopus mouet tres hic tñ qõnes in generali de statu aut ꝓcessu demõstrationis. nam si esset processus in infinitum &c. esset ratione alicuius terminorum, qui requiruntur ad syllogismum demonstratiuum, sed tantum requiruntur tres termini ad quemlibet syllogismum ut supra suppositum est. ergo conuenienter tantum mouentur a Philosopho ad propositum tres quæstiones ratione trium terminorum.

Considerandum est autem quod Philosophus primo mouet primã quæstionẽ ex parte maioris extremitatis, utrũ videlicet in demonstrationibus aut prædicationibus sit abire in infinitum ascẽdendo. in qua quæstione supponitur ultimum subiectum quod non prædicatur de alio. quo supposito, quæstio est utrum sit peruenire ad aliquod primũ prædicatum, de quo nihil prædicatur, vel non si contingit ascendere in infinitum in prædicatis, & quia prædicatum conclusionis in syllogismis est maior extremitas, ideo prædicta quæstio dicitur mota ex parte maioris extremitatis, & quia vt patet in naturalibus motus fit a contento ad continens, vt ab aqua ad aerem dicitur ascensus, maior aũt extremitas continet sub se minorem extremitatem, igitur ex parte maioris extremitatis quærit an sit procedere in infinitum in ascẽdendo, & ex parte minoris extremitatis an sit procedere in infinitum in descendendo.

Sed hic instabat discipulus. Nam minor extremitas est illa, a qua descendit, & maior extremitas est illa, a qua fit ascensus. ergo q̃stio de ascensu magis est propria minori extremitati quam quæstio de descensu, quæ est magis propria maiori extremitati a qua fit descensus.

Dicendum quod propter hoc motiuum vult Egidius quod prima quæstio Philosophi sit de minori extremitate, & secunda de maiori extremitate, & proprie loquendo, cuius oppositum affirmat Doct. San. in præsenti passu.

Sed si quis consideret diligenter manifestum videbit, quod prædicta ratio non militat. Nam cum ars imitetur naturam inquantum potest, sicut motus naturalis, ita & motus rationis potius denominabuntur a termino ad quem quam a termino a quo. ascensus autem & descensus in prædicationibus motum quendam rationis important cum primo, vt innuit idem Doct. San. maior extremitas est illa, a qua incipit ascensus, minor autem extremitas est terminus ad quem eiusdem, vnde quod de ascensu magis debet dici proprie quæstio maioris extremitatis quam minoris, quia econuerso est de descensu, vnde ratio prædicta non sequitur, sed est soluenda negando consequentiam.

Considerandum est vlterius, quod Philosophus ex parte minoris extremitatis mouet secundam quæstionem de descensu eius, vtrum posito primo prædicato sit ire in infinitum descendendo, in hac quæstione supponit esse aliquod primum prædicatum vniuersale, quod de alijs prædicetur, & nihil sit uniuersalius eo, quod de ipso p̃dicatur, uerbi gratia, sit substantia primum vniuersale prædicatum in genere substantię, utrum descendendo ad inferiora sit p̄cedere in infinitum, ita quod sit peruenire ad aliquod particulare indiuiduum quod de nullo alio prædicetur: dicitur autem ista quæstio de descensu, quia in naturalibus dum fit motus a continente ad contentum, & ab aere ad terram dicitur descensus, maior autem extremitas continet minorem. ergo &c. patet satis clarius differentia prædictarum quæstionum, quia præsupponit infimum subiectum & non primum uniuersalissimũ prædicatum, secunda uero præsupponit uniuersaliũ prædicatũ, & non infimum subiectum, ut dictum est.

Considerandũ est ulterius quod Philosophus mouet tertiam quęstionem ex parte medii, in qua supponũtur duo extrema determinata, uidelicet, uniuersalissimum prędicatum & infimum subiectum, quę quidem quęstio talis est, utrum determinatis extremis sit procedere in infinitum ex parte mediorum, hoc est si in prædicationibus sit procedere in infinitum in sursum ascendendo uel deorsum descendendo, utrum contingat infinita media inter primũ uniuersalissimum prędicatum & infimum singularissimum subiectum, uel utrum hoc sit impossibile.

Considerandum est ulterius secundũ Philosophum, quod prędictę quęstiones pertinent ad materiam, de qua nũc ageretur, uidelicet, ad demõstrationes. Nam in prędictis quęstionibus idem est ac si quęratur, utrum demonstrationes procedant in infinitũ uel ascendendo, uel descẽdo, ascendendo quidem ita ꝙ quęlibet propositio, ex qua demonstratio procedit sit demonstrabilis per aliã priorem demonstrationem, ita quod cuiuslibet propositionis sit demonstratio ascendendo: aut si ex qualibet demonstratione, uel propositione demr̃a ta contingat iterum ad aliam posteriorem demonstrationem procedere uel non, hoc est utrum una demonstratio confirmetur per aliam descẽdendo, ut ex una demonstratione procedat alia descendendo, & hoc usque ad aliquem terminum.

Considerandum est ulterius secundũ Philosophum in litera. quod prædictę quęstiones etiam habent locum in demonstrationibus negatiuis, quia demõstratio negatiua oportet quod utatur pro-

propositione affirmatiua, cum ex puris negatiuis nihil sequitur, in qua subiectũ consequentis contineatur sub medio, & aliquid subiectum conclusionis remoueatur, secundũ ergo ꝙ est ascensus & descensus in affirmatiuis, oportet ꝙ sit ascensus & descensus in negatiuis syllogismis & propositionibus.

Considerandum est vlterius secundũ Philosophum in litera, ꝙ prædictę qõnes non habent locũ in cõuertibilibus, quia vt dicit Doc. S. in his, quæ de se prædicantur æqualiter in inuicem, & cõuertuntur ad inuicem, non est accipere aliquid prius & posterius, quia siue sint infinita prædicata & infinita subiecta, oĩa huiusmodi similiter se habebunt ad omnia, quia quælibet eorum poterit prædicari de qualibet & subijci cuilibet conuertibilium, & sic demonstratio circularis esset possibilis, quod superius improbatum est, posset esse tamen talis differentia, quia vnum prædicabitur vt prædicatũ accidẽtale, siue vt accidens, & aliud prædicabitur vt prędicatum substantiale, quæ differentia est inter diffinitionem & propriũ, quorum vtrũque est conuertibile, & tñ diffinitio est p̃dicatum essentiale, & ꝑ ꝑ hoc est prius naturaliter proprio, quod est prædicatum accidentale, & sic iden est ꝙ in demonstrationibus vtimur diffinitione ꝓ medio ad demonstrandum propriã passionem de subiecto.

Sed instabat discipulus. Nã primo cõtra hoc quod dr̃ hic, qm̃ demonstratio procedit ex his, q̃ sunt de oĩ per se, & de secundum ꝙ ipsum, vt supra declaratũ. ergo procedit ex conuertibilibus, si ergo prædictę quæstiones non habent locum in conuertibilibus non habebunt locum in demonstrationibus, quod est contra prædicta. Dicendũ ꝙ licet termini ex quibus demonstratio procedit sint conuertibiles si coniunctim sumantur, non tamen si seorsum sumantur, verbi gratia, si genus & differentia ex quibus constituitur diffinitio, quæ est medium in demonstratione propter q̃d simul sumantur, sic conuertuntur cum subiecto & propria passione, si tamen sumantur seorsum, manifestum est, ꝙ nõ omnino conuertitur dr̃ia cum gñe.

Præterea. Instabat discipulus idem. Nã subiectum quod cõuertitur cum ꝓprio est prius proprio, cũ sit causa eius, vt patet. 7. meta. ergo male dictum est, ꝙ in his quæ conuertuntur non est accipere prius & posterius. Dicẽdum quod in his quæ conuertibiliter prædicantur, non est accipere prius & posterius secũdum illum modum, quo prius & posterius est, a quo non conuertitur subsistendi consequentia, prout vniuersalia sunt priora singularibus, de quo modo id quod dictum est intelligebat, licet in eis sit accipere prius & posterius secũdum illum modum, quo aliquid est prius altero natura, idest, naturali perfectione, vnde ratio laborat in ęquiuoco.

Tertio instabat idem. Nam proprium prædicatur de subiecto per se. ergo non prædicatur accidentaliter, patet ɔña, quia illud dr̃ solũ prædicari accidentaliter, q̃d prædicatur ꝑ accñsali quo p̃dictorum modorum. Dicendum ꝙ prædicatio accidentalis accipitur dupliciter. vno modo stricte, vnde qñ prædicatur accñs cõe de subiecto, vel econuerso, aut accñs de accidente, isto mõ ꝓprium nõ prædicatur accñtaliter. Alio mõ accipitur cõiter, videlicet, ꝓ eo ꝓ quo prædicatur aliq̃d de aliquo, q̃d non est de essentia eius, licet per se cõsequatur essentiam, & isto modo illa prædicatio est accidentalis, non tamen per accidens, sed per se, vt dictum est.

SOLVTIO.

Ad primum igitur principale dicendũ ꝙ tñ in materia sunt tres qõnes principales, q̃ motæ sunt, licet sint & possint esse plures incidentales. Ad secundum dicendum, quod ad Philosophũ primũ pertinet considerare processum realem qui est in gradibus entis, & tamen ad logicum pertinet cõsiderare processum, qui reperitur in terminis, aut in propositionibus intentionalibus, vel de his quæ subiiciuntur huiusmodi terminis secundę impositionis.

LEC-

LECTIO XXXII.

De statu in demonstrationibus, & est lectio.32. Doct. San.

QVAESTIO XXXVII.

quę habet articulos duos.

PRæterea considerandū est de solutione tertiæ quæstionis principalis superius motę, & de solutione cuiusdam quæstionis incidentaliter admixtis. uidelicet vtrum si sit status in affirmatiuis, necesse sit esse statū in negatiuis. Circa quod quæruntur duo. Primo vtrum si sit status in extremis, necesse sit esse statum in mediis. Secundo vtrum si sit status in affirmatiuis, necesse sit esse statum in negatiuis.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S.

Quod quidem igitur.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod determinatis extremis non sit necesse esse statum in mediis, sed cōuenit semper in infinitum procedere ex parte mediorum. Nam quæ rationis sunt & uoluntatis conuenit in infinitū procedere, ut concludit Do. S. in prima secundæ. quæstio. prima, artic. quarto, ad secundum & tertium. unde in numeris intellectus in infinitum ratiocinari potest.

2 Prræterea. Extrema lineæ sunt finita & determinata. cum sint tantū duo. videlicet punctus initians, & punctus terminans. sed constat, quod infinita sunt puncta intermedia. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti passu dicens. [Quod quidem igitur non &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod istud est secundum capitulum huius octaui tractatus in quo Philosophus soluendo tertiam quæstionem superius motam adducens solutionem alterius quæstionis prędictis quęstionibus admixtæ, ponit duas conclusiones, de quarum secūda videbitur in secundo articulo. Prima vero conclusio est talis. Quod determinatis extremis in sursum ascendēdo & descendendo in deorsum, impossibile est media esse infinita. Pro cuius probatione conclusum est secundum philosophum in littera quod sursum ꝓcedere dicitur, quando itur ad magis particulare de cuius ratione est ꝙ subijciatur, dicuntur ergo extrema determinata in sursum & deorsum, qñ supra ꝑdicatum possunt actu prędicari de infimo subiecto, quo supposito prędicata cōclusio probatur tali ratione philosophi, nam sit infimum prædicatū. a. idest substātia, & infimum subiectum sit. c. homo vel sortes, & inter substātiam & hominem sint infinita media, ut puta corpus, animatum descendendo in infinitum, igitur substātia erit primū prędicatum primo de aliquo medio sibi propinquissimo, vt puta de corpore, & iterum illud mediū de aliquo medio inferiori, & cum media sint infinita, sequitur quod in infinitum prędicatio erit descēdendo, & sic supremū prædicatum nunquā poterit de infimo subiecto prędicari, q̄d est cōtra hypothesim. ponetur. n. ꝙ nō descendat prędicatio in infinitum. Et similiter si accipiatur infimum subiectū procedet ascendendo in infinitum, antequā ueniatur ad supremum prędicatum, quod est etiam contra hipothesim datam. determinatis ergo extremis in sursum ascendendo, impossibile est media esse infinita.

Sed dicet aliquis cauillose. vt adducit hic philosophus. prædicta ratio procedit ac si media & extrema sic se haberent, quod essent adinuicem vnita, ita videlicet quod inter ea non esset aliq̄d medium. Vnita, enim dicuntur vt patet 6. physic. quę consequēter se hn̄t, cū se

tangant

tangant. sed ille qui ponit esse infinitas dicit, quod hoc non contingit, dicit enim quod inter quoscunque terminos acceptos sit aliquod medium.

Ad hanc cauillationem respondet Philosophus dicens quod nihil dicunt, siue hic accipiantur infinita media, ita quod sint unita adinuicem, sicut contingit in distinctis, vel non sicut contingit in continuis, quia semper medio accepto, oportet semper accipere infinita media ad alterum extremorum. Vnde nihil refert, vtrum statim tale medium coniungatur alteri extremorum, idest sine medio, uel non statim per aliqua media. quia etiam si coniūgitur alteri extremorum sine medio, necesse est quod postea inueniantur infinita media respectu alterius, & ita semper oportebit, si est infinitas in medijs, quod procedatur in infinitum in prędicationibus vel ascendendo vel descendendo. sicut prædicta ratio probat. hæc omnia Doct. Sanct. in lect.

Considerandum est autem hic secundum Egidium, quod quæstiones superius motas Philosophus abbreuiat dupliciter, primo quæstiones de medio reducendo ad quæstiones de extremis. quia si non est procedere in infinitum ex parte extremorum in sursum ascendendo, vel deorsum descendendo, non erit procedere in infinitum in mediis. secundo reducendo quæstiones de priuatiuis ad quæstiones de affirmatiuis. vnde ostendit quod si sit status in affirmatiuis, necesse est quod sit status in negatiuis, quę duo probat in pręsenti capitulo.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod ratio in suis actibus potest procedere in infinitum accidentaliter, & non per se subordinatis, demonstratio uero procedit ex his, quæ sunt per se, ut patuit per quintam suppositionem superius a Philosopho adductam. unde Doct. Sanct. in prima secundæ. quæstio. prima ar. quarto ad tertium sic dicit, quod in his, quę sunt per se, ratio incipit a principiis naturaliter notis, & ad aliquem terminum progreditur, unde Philosophus probat in primo posteriorum, quod in demonstrationibus non est processus in infinitum. quia in demonstrationibus attenditur ordo aliquorum per se adinuicem admixtorum & non per accidens. in his etiam, quæ per accidens conuertuntur, non prohibet rationem in infinitum multiplicari. hæc ille. Ad secundum dicendum, quod inter duo extrema lineę non sunt infinita puncta actu, nec etiam essentialiter, uel per se subordinata. sicut est de gradibus formarum, quæ intenduntur, aut remittuntur, unde ratio nihil ad propositum.

Sequitur in Philosopho, & in Do. S.

Deinde cum dicit. Manifestum est autem.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod si sit status in affirmatiuis prædicationibus, aut syllogismis demonstratiuis, quod non sit necesse esse statum in negatiuis. Nam propositio negatiua pluribus modis concluditur quàm affirmatiua, cum ipsa concludatur in tribus figuris. affirmatiua vero in prima & tertia figura tantum, vt patet primo priorum, videtur ergo quod si sit status in affirmatiuis, quod non debeat esse status in negatiuis.

2 Præterea. Plures sunt propositiones negatiuæ mediatę quàm affirmatiuę, ut ex supradictis patet. igitur idem quod prius.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in præsenti capituto ibi. [Manifestum est autem &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod secunda conclusio huius capituli, quę est uidelicet quod si sit status in affirmatiuis demonstrationibus, necesse est esse statum in negatiuis demonstrationibus, & hoc

& hoc in sursum & deorsum. quæ conclusio probatur elicitiue tali ratione Philosophi. Nam nulla propositio negatiua mediata potest demonstrari nisi per unam affirmatiuam & aliam negatiuam. cum ex puris negatiuis nihil sequatur. si ergo in negatiuis sit procedere in infinitum quantum ad demonstrationem, uel reductionem ad immediata, necesse est, quod sit procedere in infinitum in affirmatiuis, quia ut dictum est ipsa propositio negatiua, sine negatiua demonstrari, siue syllogizari non potest, ut hic deducit Philosophus per exempla in prima & tertia figura, sed supponitur quod est impossibile, videlicet quod in affirmatiuis sit procedere in infinitum, aut in sursum, aut in deorsum, ut infra probabitur. si ergo est status in affirmatiuis demonstrationibus, necesse est esse statum in negatinis quod est per exempla manifestum, vt patet diligenter consideranti.

Considerandum est hic secundum doctores, quod conclusio negatiua cõclusa in quacunque figura hoc modo reducitur ad immediata. quod si concludatur negatiua, oportet quod concludatur per aliam negatiuam & vnam affirmatiuam. quia ex ambabus affirmatiuis non concluditur negatiua, tunc quæretur de illa negatiua, utrum sit mediata vel non, si sit ergo ibi est status in negatiuis, si non, oportebit quod concludatur per aliam negatiuam & affirmatiuam, donec perueniatur ad immediata, unde si procedatur in infinitum in similibus propositionibus negatiuis, procedetur in infinitum in affirmatiuis, quod est contra præsuppositum. Sed dicet cauillator, ut adducit hic Philosophus, quod si concludatur aliqua propositio negatiua in aliqua figura, non erit procedere in infinitum secundum illam figuram, sed si concludatur illa propositio in omnibus modis, quibus fieri potest, possunt in qualibet figura tales syllogizantes cum prosyllogizationes essent infinitæ. Sed vt hic innuit Philoso. dicere hoc, vel affirmare ridiculum est, cum figuræ sint finitæ, & ipsæ syllogizationes, dato ergo quod in qualibet figura fiãt prosyllogizationes variæ, non poterunt tamen esse infinitæ, quia finitum finities sumptum facit finitum, cum finitas finities sumpta constituat finitum, vnde patet quod cauillatio est nulla.

SOLVTIO.

Ad primum ergo & secundum dicendum negando consequentiam, quia licet propositio negatiua concludatur in pluribus figuris quàm affirmatiua, & sint pauciores propositiones negatiuæ immediatę, tamen nunquam popositio negatiua potest demonstrari nisi per unam affirmatiuam & vnam negatiuam, unde ut dictum est, si esset procedere in infinitum in negatiuis demonstrationibus, necesse esset procedere in affirmatiuis.

LECTIO XXXIII.

De statu in prædicatis, & est lec. 33. Sanct. Docto.

QVAESTIO XXXVIII.

quę habet articulos duos.

INSVPER considerandum est de his, quæ philosophus præmittit, quæ necessaria sunt ad probandum per rationes cõmunes in omni syllogismo, quod in demõstrationibus affirmatiuis quantum ad p̃dicatum non procedit in infinitum. Primo considerandum est in capite huius capituli, ꝙ non est procedere in infinitum in prędicatis, quæ prędicantur in eo quod quid. Circa ꝙ quęruntur duo.

Primo vtrum in prędicatis, quæ prædicantur in eo quod quid, sit procedere in infinitum.

Secundo vtrum ea, quæ hic philosophus præmittit sint sufficienter posita.

Sequitur

Sequitur in Philosopho, & in Docto. S. quod autẽ in illis logice quidẽ.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod in prædicatis quiditatiuis sit procedere in infinitum ascendendo sursum, vel descendendo deorsum. Nam vt dicit Albertus. diffinitio debet indicare totam naturam diffiniti a prima potentia vsque ad vltimum actum, sed inter primam potentiã, quæ est materia prima, & vltimum actum ordine perfectionis, qui est Deus, infinita est distantia, cum finitum & infinitum differant. ergo in tali infinita distantia poterunt sumi infinita prædicata substantialia secundum diuersos gradus perfectionis. igitur in prædicatis substantialibus est procedere in infinitum, quę quiditatem rei habent indicare.

2 Præterea. Non est deuenire ad suprema & prima prædicata transcendentia, quæ ad omnium rerum quiditatem pertinent. ergo est procedere &c. probatio accidentis. Nam secundum commen. 7. metaphy. a duobus etiam numero distinctis conuenit abstrahere conceptum communiorem, sit vnus conceptus. e. & vnus consimilis. d. & arguatur vt prius non est deuenire ad prima prædicata transcendentia, & sic in sursum ascendendo est procedere in infinitũ in prædicatis quiditatiuis, cum transcendentia potissime ens ad quiditatem rerum pertineant.

3 Præterea. Quando vnus conceptus est certus de vno, dubius vero de duobus, necesse est ponere tertium conceptum præcisum, quo est certus de vno, & dubius de duobus, sed intellectus est certus, quod ratio entis in tota sua communitate considerata secundum quod conuertitur cum vno sit ens. dubius tamen est, an ratio talis est vnius vel nõ, quia si primum detur, sequitur quod talis ratio non erit vna in tali prioritate, & quod non est ens, erit vnum, quia nihil denominatur vnum nisi per rationẽ vnius, si detur secundum sequitur quod secundum rationem ens non præcedet rationem vnius, & per consequens ens non posset intelligi, nisi intelligeretur vnum, quod est contra Doc. S. & Aui. in plerisque locis. intellectus ergo est dubius de duobus & certus de vno, vnde ponere necesse est vnum tertium cõceptũ a ratione entis, & a ratione vnius, sit talis conceptus. b. qui poterit significari per aliquem terminum, qui sit. d. q significabit aliquam rationem siue conceptionem. & arguatur ut prius, non est ergo deuenire ad primum transcendens, quod primam rationem rei significet, & sic idem quod prius.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus ibi. [Sed quoniam autem in his quidem &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo, quod istud est tertium capitulum huius octaui tractatus, in quo Philosophus ostendendo quod non est procedere in infinitum in prædicatis quiditatiuis siue essentialibus præmittit aliqua, quę sunt necessaria ad probandum ita quod in nullis prædicatis affirmatiuis est procedere in infinitum in sursum aut deorsum. ponit ergo duas conclusiones remouendo quandam cauillationem, quarum prima est responsiua ad quæsitum, uidelicet, quod in prædicatis quiditatiuis, idest, prædicatis quiditatem rei indicantibus non est procedere in infinitum, quam conclusionem probat Philosophus per vnam rationem logicam ducentem ad impossibile. Nam si in his, quę prędicantur in eo quod quid est, idest, in prædicatis, ex quibus quod quid est, idest, diffõ constituitur, procedatur in infinitum, sequitur quod nihil conuenit diffiniri, & per consequens nihil scietur, cum medium demonstrationis sit diffinitio rei, vt nunc supponitur, sed concedere consequens est magis inconueniens quam dicere, quod in prædicatis sit procedere in infinitum. ergo in prædicatis quiditatiuis est status probatio sequelæ, quia oportet diffinientem, diffinibile & ea quæ ad diffinitionem

tionem pertinent intelligere, infinita autem, vt infinita sunt, vt superius adductum est, non est per transire, sed cõclusio in prædicatis ipsius quidditatiuis siue diffinitiuis non esset status sed processus in infinitum. ergo nullius rei esset diffinitio per intellectũ attributionis.

Considerandum est autem secundũ Doc. S. quia hę dicuntur logicę rationes quæ procedunt ex communibus quibusdam, quæ pertinent ad considerationem logicę & secundum Albertum magnum in præsenti tractatu. 2. capitulo qui incipit. Sic speculatio scire. ratio logica est. quæ diuiditur econuerso contra anayticam, & hęc est, quæ per modum adinuẽtionis procedit, sic est inuenire statum ex ratione medij, & ex ratione extremi. Analyticam autem vocat rationem, quæ procedit per iudiciũ resoluendo principi ũin principiata, & ex illo iudicatur statum esse finitum tam in modis quam in extremis. hæc ille formaliter.

Sed argueret aliquis contra determinationem Philosophi, vt adducit hic Paulus Venetus. Nã vt colligitꝰ ex doctrina eiusdem. omnis demonstratio procedit ex conuertibilibus, frustra ergo determinauit dubitationem de processu in infinitum in demonstrationibus quoad ascensum & descensum, in quo non est terminorum conuertibilitas, sed modus prioris, secundum quem aliquid dicitur prius, a quo non conuertitur subsistendi consequentia. Dicendum quod licet ea, ex quibus demonstratio procedit formaliter sint conuertibilia, tamen ea, in quę resoluitur non sunt cõuertibilia. Manifestum est enim quod a quolibet termino prædicamentali ad quemlibet terminum transcendentẽ est præcessus infinitus, aliter non posset aliqua talis resolutio fieri, vt ergo possemus deuenire, & demonstrationem cognoscere, cuius medium est ipsa diffinitio indicans ipsum quod quid est, fuit necessarium concludere processum fore finitũin prædicatis quidditatiuis, quia infinitum est ignotum nihil faciens scire, licet etiam quælibet demonstratio propter quid & potissima procedat ex conuertibilibus, nõ tamẽ demonstratio quia est, quæ procedit ꝑ causam remotam, aut per effectum nõ conuertibilem, vt superins declaratum est. ergo determinatio quæstionum de ascensu & descensu in infinitum non est frustra.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum, quod licet inter primam potentiam & vltimũ actum, videlicet, differentiam. sit infinita distantia virtutis, siue perfectionis, non tamen est ibi infinita distantia demonstrantis. siue quantitatis quam non conuenit pertransire ab intellectu. secus autem de distantia virtutis. Neganda est etiam consequentia, quia dato ꝙ inter prænominata esset distantia quantitatis dimensiuę, non oporteret de necessitate esse infinita prædicata quiditatiua, ponatur enim per impossibile, ꝙ circulus sit infinitę quantitatis, non tamen sequitnr propter hoc, quod hẽat infinita prædicata quiditatiua, cum quãtitas rei & gradus eius non pertineant ad quiditatem rei. Sed attendendum est quod quando Albertus dicit, quod diffinitio debet indicare totam naturam diffiniti a prima potentia vsque ad vltimum actum, non accipit ibi potentiam pro materia prima, quæ est prope nihil, neque accipit vltimum actum prout argumentum supponit, sed accipit vltimum actum pro differentia, quæ complet rei diffinitionem, & significat vltimam diffiniti perfectionem. Per primã vero potentiam intelligit primũ prædicatum essentiale communissimum qđ de diffinitione prædicatur, quod quidẽ comparatum ad inferiora habet rationem potentialis & contrahibilis, siue terminabilis ut satis deductũ est super prædicabilia Porphyrij. Ad secundum, dicendum, quod vt dicit Paulus Venetus Commentator intelligit de solo numero differẽtibus non se habentibus per modum signorum, sed significatorum tantum. constat enim quod tran-

scendentia

scendentia sunt signa & non signata tā tùm, vnde ratio nulla est, licet etiā duo transcendentia differant secundum rationem, non ta men differunt numero. aliter differrent realiter, quæcunque.n. differunt numero secundum quod Philosophus loquitur. 5. metaphy. capitulo de Differē. inter se realiter differunt, vt ibidem declaratum est ad longum. licet ergo a Sorte & Platone solo numero differentibus abstrahatur conceptus speciei, videlicet hominis, & a duob⁹ vt puta ab homine & asino sola specie specialissima differentibus abstrahatur cōceptus generis subalterni, & a duobus specie subalterna differentibus, vt puta a substantia corporea, & incorporea abstrahatur conceptus generis generalissimi; & a duobus generibus siue ab omnibus genere generalissimo differentibus abstrahatur conceptus secundum aliquos, videlicet, entis, tamen in transcendentibus est status, a quibus nō potest fieri altior cōceptuum præcisio, quæ si numero differant transcendenter loquendo, non tamen differunt numero numerositate suppositi, aut essentia, vt in. 4. metaphy. declaratur. Ad tertium dicendum, quod quando intellectus est certus de vero, dubius de duobus non est necesse ponere alium conceptum, qui sit alius alietate pręcisionis sed bene alietate continentię, quia plura in se cōpręhendet, vt etiam. 4. meta. ad longum declaratum est. vbi de vniuocatione entis agitur. Sed vtrum ratio entis secundū quod ens differat ab vno, & sit prius eo, sic vna est magna difficultas, quia si est vna. ergo aliquid erit vnum secundum quod distinguitur ab vno, & vnitas qua denominatur vna in illo priori præcedet vnum & rationem eius, qđ est ab absurdum, si verò nec est vna, ergo aliquid erit ens quod non erit vnum, ꝙ etiam vnum de mirabilibus putādum est. Sed hęc difficultas, ad metaohys. pertinet. igitur pro præsenti dimittatur.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S

Vbi etiam sicut dicimus &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod ea quę hic Philosophus supponit ad probandum, ꝙ in prædicatis affirmatiuis tam essentialibus quam accidentalibus vniuersaliter nō sit procedere in infinitum, non sint sufficienter posita vel adducta. Nam in principio Philosophus adducit secundū Doc. S. quòd in prædicatis per accidens est triplex modus prædicandi per accidens videlicet, quando accidens prædicatur de subiecto &c. ista vero dicit secundū eundem. quando accidens prædicatur de subiecto, ut homo est albus. non est per accidens sed per se. ergo uidetur ibidem contradictio.

Secundo. Vt supra habitum est a Philosopho quandocunque aliquid prædicatur per se aut subiectum est de diffinitione prædicati aut econuerso, sed in hac propositione, homo est albus. neque subiectum est de diffinitione prædicati, neque econuerso, cum album non sit de essentia hominis, neque necessario eius essentiam consequatur. ergo talis ꝓpositio non est ꝑ se, quod est contra adductum Philosophi.

Tertio. Secundum modum diuersorū decem prædicamentorū possunt præ dicationes in infinitum multiplicari secundum infinitos modos obseruandi prædicata ad inuicem. ergo cum hic quæratur status in his, quæ prædicantur, frustra Philosophus præsupponit in secunda suppositione modos prædicandi per se secundum decem prædicamenta.

Quarto. Omnis prædicatio est prædicatio simpliciter seu directa, aut secundū quid & indirecta, vt innuit hic Philosophus. sufficienter adducit hic Philosophus quinque modos prædicandi accidentaliter, præsertim cum superius adduxerit tantum duos.

Quinto.

Quinto. Ista est prædicatio per se & simpliciter, videlicet omnis triangulus habet tres &c. aliter non esset a geometra demonstrabilis. & tamen ibi prędicatur accidens de accidente, & accidēs subiicitur accidenti. ergo non conuenienter hic Philosophus adducit, quod illa prædicatio est accidentalis, & non simpliciter, quando accidēs subiicitur, autem de eo prædicatur.

Sexto. Quando dicitur. homo est albus. ibi album non conuenit subiecto. scilicet homini nisi ratiōe Sortis aut alterius indiuidui. prædicata autem accidentalia non conueniunt superioribus nisi ratione vel nisi mediantibus inferioribus vt supra. & in præsenti declaratum est, ergo ista prædicatio nō est per se homo est albus sed per alterum cuius oppositum Philosophus hic adducit.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus vbi supra prępertim ibi. [Vbi autem sicut dicimus &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo quod secunda conclusio huius capituli responsiua est ad quæsitum, videlicet illa, quæ hic Philosophus supponendo adducit ad probādum vniuersaliter esse statum in affirmatiuis, sūt conuenienter adducta, non omnia quæ hic supponendo adducit, valent de propinquo ad propositum suum infra ostēdendum. vt manifeste patebit. ergo conuenienter hic adducuntur potissime ne aliqua magnitudine multotiens repeterentur.

Pro cuius declaratione considerandum est, quod Philosophus in genere supponit duo. quorum primū pertinet ad prædicata accidentalia. secundum vero pertinet ad prædicata essentialia seu per se, supponit ergo primo quod triplex est prædicatio accidentalis, quarum vna est quando accidens prædicatur de accidente. ut album ambulat, alia est quando subiectum prædicatur de accidente. vt album est lignum. tertia est quando accidens prædicatur de subiecto, vt homo est albus, vel homo ambulat, quod est intelligendum de accidente proprio nisi accipiendo prædicationem accidentalem largo modo, vt supra declaratum est. quod nihil est ad propositum, quia hic est mentio de demonstrationibus. ex quo patet solutio ad quintum argumentum.

Considerandum est vlterius circa eandem suppositionem, quod prædicti tres modi prædicandi secundum Philosophum inter se differunt, nam subiectum prædicatur de accidente dicendo, album est lignum. sensus est quod illud vniuersale prædicatum quod est lignum prædicetur de subiecto, cui accidit esse album, scilicet de hoc particulari ligno, in quo est albedo. ita quod sit sensus album est lignum, idest, lignū cui accidit esse album est lignum. non enim est sensus quod album sit subiectum ligni. cuius ratio Philosophi est, quia illud, quod est subiectum secundū prędictos modos prædicandi, fit hoc quod prædicatur de ipso, sicut de subiecto uel secūdum totum, uel s̄m partem sicut hō fit albus, licet neque albū, neq; aliqua pars albi fit lignum, quia accidēs non est subiectum transmutationis, q̄a de non ligno fit lignum, omne autem quod incipit esse hoc, fit hoc, si igitur aliquando non fit hoc, non est hoc nisi detur quod semper fuerit hoc, non autem semper fuit verum album esse lignum. quia aliquando non simul fuerunt albedo, & lignum. cum ergo non sit uerum dicere, quod album fiat lignum, manifestum est quod album non est lignum proprie, & per se loquendo. Sed si hoc concedatur album est lignum, intelligitur per accidens, quia scilicet aliquod particulare subiectum cui accidit album, est lignū. hæc omnia hic Doctor Sanct. dicit. Et si arguatur Socrates adolescens est animal, sed non fit animal, ergo aliquod est tale, quod non fit tale. Dicendum q̄ licet Socrates non semper fiat albus, tamen uerum est dicere quod aliquando fit albū. unde rō nō sequit: ex quo patet

sensus prædicationis illius, in qua subiectum prædicatur de accidente.

Considerandum est vlterius circa eandem suppositionem, quod quando accidens prædicatur de subiecto, vt homo est albus, non est sensus prædictis similis, sed est sensus quòd subiectum, videlicet, homo realiter factus est albus, & non aliud ab subiecto, & si homo subijciatur albedini ratione sortis vel alterius indiuidui, tamen sortes essentialiter non est aliud ab homine, vnde propter hoc non subijcitur per aliud quam per se, vt dicunt hic doctores, ex quo patet solutio ad vltimum argumentum. Sensus vero alterius modi prędicandi, uidelicet, quando accidens prædicatur de accidente, similis est primo, cum enim musicum esse album nõ aliud significet nisi quod ille homo particularis puta Sor. cui accidit esse musicum, est albus. ex quo colligitur inter prædictos modos talis differentia, quia cum prædicatur accidens de subiecto non prędicatur per aliquid aliud subiectum, vnde talis prædicatio est prædicatio simpliciter, & non secundũ accidens, licet sit accidẽtalis, cum vero prædicatur accidens de accidente, fit prędicatio ratione alterius, vel ratione eius, quod subijcitur termino in subiecto posito. de quo quidem vt dicit Doc. S. prædicatur aliquod accidens accidentaliter, ipsa vero species subiecti essentialiter. vt homo prædicatur essentialiter de sorte, cui accidit esse musicum de quo album a parte prædicati positum prædicatur accidentaliter. restringendo igitur modos prædicandi accidentaliter tantum erit duplex modus prædicandi in genere, vnus simpliciter alius non simpliciter, sed per accidens, licet sint tres modi in speciali vt declaratum est. Ex quo patet solutio ad quartum argumentum. In proposito fit debita restrictio prædicationum ad prædicationem simpliciter, & per accidens.

Considerandum est vlterius circa secundam suppositionem, quam hic Philosophus præmittit de prædicatis per se, q̃ illud q đ prędicatur ꝓprie, idest, q đ ꝑdicatur nõ ſm aliq đ subiectũ mõ exposito diuersificatur secundũ decem ꝑdicamenta, nam quicquid per se & primo ꝑdicatur, aut prædicatur per modum substantialis prædicati, aut per modum qualis, aut quanti, aut per modum alicuius alterius prædicamentorum, & hoc cum vnum de vno prædicatur, quia si prædicatum non sit vnum sed multa, non poterit prædicatum simpliciter prædicari secundum aliquem modum alicuius prædicamentorum, possent enim prædicationes in infinitum multiplicari: cum ergo quæratur hic status in his quæ prædicantur, conuenienter Philosophus dixit vnum de vno prædicari. ex quo patet solutio ad tertium argumentum.

Considerandum est vlterius ſm eandem suppositionem, q̃ inter prędicta ꝑdicata est talis differentia, nam illud q đ prædicatur per modum substantialis ꝑdicati patet, vt dicit hic Philosophus, q̃ significet essentiam eius de quo prędicatur quod vere illud est, exemplum primi, nam cum dicitur, homo est animal, hoc est quod vere est animal, animal. n. significat essentiã hominis, igitur ad ipsum q̃ est homo, est essẽtialiter animal. exemplum secundi, nam cum dicitur, homo est albus, cum album sit prædicatum accidentale non est de essentia hominis. vnde non est sensus quod homo sit vere hoc ipsum q̃ est albũ, idest, significatum album non includitur in significato hominis, & quamuis illa vt dicit Doc. S. quæ non significant substantiam sint accidentia, tamen non prædicantur, per accidens sed per se. cum non prædicentur de subiecto ratione alterius subiecti quod est intelligendum accipiendo prędicatum per se cõiter, videlicet, pro eo quod non prædicatur de subiecto rõne alterius, non autem accipiendo per se proprie, vt in modis perseitatis accipitur, videlicet, pro eo quod est de essentia eius, de quo prædicatur, quod sequitur necessario essentiam eius. Ex quo patet

tet solutio ad primum & secundum argumentum in contrarium adducta.

Sed instare posset Platonicus cauillando, nam prædicata vniuersalia quæ significant substantiam significant quasdam essentias separatas per se subsistentes. igitur non sunt vere & essentialiter illud de quo prædicantur, vel illud aliud, idest, aliquid eius, neque accidentia quæ sunt in indiuiduis sicut in substantiis conueniunt huiusmodi prædicatis communibus essentialibus. Sed ad hoc respondet Philosophus, si supponantur gña & spẽs, idest, ideę esse, vt dictum est, debent gaudere tanquam mõstra vel pręmonstrationes. habent enim aliquid nobilius commune quam res naturales nobis notæ, huiusmodi enim res sunt particulares & materiales, illæ autem ideę sunt vl̃es, & immateriales. sunt etiam quædam pręmonstrationes rerũ naturaliũ, idest, q̃dã exẽplaria eorũ entiũ naturalium. gaudeant ergo genera & spẽs, idest, ideę rerũ, q̃ñ monstra sunt. Sed si huiusmodi spẽs sunt separatę vt dicit Platonicus nihil pertinẽt ad rationem, quia non fit mentio de huiusmodi rebus, de quibus in nobis scientia per demonstrationem acquiritur, sq̃ sunt res in natura existentes nobis notæ de quibus fiunt demonstrationes, & ideo si detur quod animal sit quoddam separatum quasi monstrum, idest, præmonstratio existens animalium naturalium, tamen cum dicitur, homo est animal, secundum q̃ hac propositione vtimur in demonstrationibus, ly animal significat essentiam rei naturalis de qua est demonstratio, vnde cauillatio nulla.

Considerandum est vlterius hic secũdum Doc. Sanc. quod quando Philosophus hic dicit quod illa prædicata quæ substantiam significãt, oportet quod significent esse eius de quo prædicantur quod vere illud est, aut quod vere illud aliquid est, potest intelligi dupliciter. Vno modo vt ostendatur distinctio ex parte prædicati quod vel significat totam essentiam subiecti sicut diffinitio, & significatur cum dicitur quod vere illud est, vel quod significet partem essentię, sicut genus & differentiã, & hoc significatur cum dicitur. aut quod vere est illud aliquid. Alio modo vt ostendatur distinctio ex parte subiecti quod consequens est conuertibile cum prædicato essentialiter, sicut diffinitum cum diffinitione, & hoc significat Philosophus cum dicit, quod vere illud est. Quandoque vero illud est pars subiectiua prædicati, sicut homo ipsius animalis. & hoc significat cum dicit, aut quod illud aliquid est. homo enim aliquid animalis est. hęc ille. Idem Egidius dicit hic formaliter.

Sed hic oritur difficultas vt hic adducit Egidius, nam pars non potest prædicari de suo toto siue sit forma siue sit materia, cum ergo tam genus quam differentia prædicentur de specie, oportet quod quælibet dicat totam essentiam speciei, & non partem oppositam vt videtur hic innuere Doc. S.

Ad hoc respondet Egidius dicens, quod genus & differentia dicit totam essentiam speciei sed non significant. genus enim dicit & significat, differentia vero dicit sed non significat, animatum enim non significat nisi animam quæ est pars rei & non tota res, sicut album non significat nisi albedinem, & inde est quod differentia non prædicatur essentialiter sed denominatiue. animal enim non est anima sed animatum. Genus autem dicit totum quia significat totum, & inde est quod contra rationem generis est prædicari denominatiue, sed prædicatur essentialiter, vnde dicit vniuersaliter quod genus dicit totum, differentia dicit totum, species totum, ac diffinitio, aliter tamẽ & aliter, quia vnum per modum materię, aliud per modum formę, aliud vero per modum vtriusque, species enim dicit totum indistinctum, diffinitio vero distincte & denominatiue. hęc omnia ille formaliter. Addit autem Paulus Venetus, quod differentia non significat totum sed totam

partem. Sed hic oritur difficultas & argumentum dubij videtur stare, nam omnis prædicatio est essentialis vel accidentalis aut suppositalis, de qua nihil ad propositum, sed differentia non prædicatur accidentaliter de specie cum sit pars diffinitionis eius. ergo prædicatur essentialiter & non denominatiue nisi loquendo de denominatione secundum modum tantum, illud etiam qnod dicit totum per modum partis non prædicatur de eo, sicut humanitas non prædicatur de homine. hæc enim est falsa. homo est humanitas, & ista. homo est albedo. vnde cum differentia prædicetur de specie, videtur quod dicit totam essentiam speciei per modum totius.

Dubium est hic etiam de quo accipit ibi dicere. communiter enim logicantes dicunt quod termini isti dicunt id quod significant. igitur quomodo genus & differentia dicunt totum & non significant totum, præsertim cum modus prædicandi fundetur supra modos significandi. posset enim aliter sustinendo dictum Doct. San. dici, uidelicet, quod genus & differentia possunt dupliciter considerari. Vno modo vt sunt diuersa prædicabilia respectu speciei, & isto modo different quod significant totam essentiam speciei etiam per modum totius. licet non secundum omnem modum, aliter de specie non prædicarentur propter rationem adductam. Alio modo possunt considerari vt sunt partes diffinitionis, & isto modo significant partem essentiæ speciei, non ut essentia sed vt quoddam diffinitum est, genus enim & differentia partes diffinitionis sunt. si enim genus & differentia considerentur etiã primo modo quantum ad id a quo nomina imposita sunt ad significandum, isto modo dicunt & significant partem, quia genus sumitur ab eo quod habet modum materię, & differentia ab eo quod habet modum formę, vt clare in secunda parte diuinę philosophię declaratum est, si vero considerantur quã tum ad id, ad quod nomina imposita sunt ad significandum, tunc significant totum per modum totius modo exposito. Ex quo patet solutio ad argumentum dubij, & hæc in prædicationibus latius declarari habent.

Considerandum est vlterius secundum Egidium & Paulum Venetum, quod Philosophus adducit in secunda suppositione, quod vnum de uno semper debet prędicari propter tria. primo propter ipsam prædicationem, secundo ratione demonstrationis, tertio ratione diffinitionis rerum, ratione autẽ prædicationis, quia demonstrator utitur in suis demonstrationibus propositionibus & prædicationibus simpliciter, propositio plures non est propositio simpliciter, ut patet primo perihermenias. ergo neque prædicatio plures est simpliciter prædicatio: ratione autem demonstrationis, quia nulla demonstratione demrantur plura de uno, ut patet per Philosophum in hoc libro primo & secundo posteriorum, sed ratione diffinitionis, quia nullum complexum diffinitur, ut patet. 7. metaphy. diffinitio aut est medium demonstrationis, aut conclusio, aut tota demõstratio sola positione differens ut dictũ est., & in secundo huius declarabitur, quartum potest superaddi ratione significationis, quia omne prædicatum per se significat unum tantum, uidelicet, substantiam, quantum, quale, & etiam demonstratio est ex his quæ sunt per se. ut etiam declaratum est & hic supponitur.

Considerandum est finaliter, quod Egidius redarguit Doct. San. in hoc quod rationem reddit quare ideę debent gaudere, quia si sint ut Plato posuit, habent esse nobilius istis rebus materialibus, cum habeant esse immateriale & separatum, sed quia Philosophus addit quoniam monstra sunt, monstra autem uidentur habere uilissimum esse, ut patet secundo Physicorum, ideo concludit quod uerba Doctoris Sancti non sunt ad pro-

propositum philosophi. Sed si aliquis diligenter consideret verba & propriam eius expositionem uerborum ista redargutio laborat in æquiuoco; quorũ Doc. S. non accipit monstrum vt accipitur secundo physico. videlicet pro eo quod præter intentionem accidit: sed accipit monstrum pro demõstratione quadam. vt expresse patet per verba Doctoris Sancti. manifestum est autem, quòd secũdum Platonem idea est causa rerum: cum scientia sit incorruptibilium, vt deducitur ad longum primo metaphysic. igitur reprehensio nulla.

SOLVTIO

Ad argumenta patet solutio ex supra dictis.

LECTIO XXXIIII.

De processu in omnibus prędicatis: & est lec. 34. S. D.

QVÆSTIO XXXVIIII.

quę habet articulos duos.

Sed ideo considerandum restat qualiter philosophus probat esse statũ vel iter in quibuscunque prædicatis affirmatiuis. Circa quod quæruntur duo. primo utrũ contingat in aliquibus prędicatis procedere in infinitum. secundo vtrum contingat intelligentem quamlibet syllabam diffinire: ut philosophus hic innuit.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S.

In his autem quæ indiuidua non sunt.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd non sit status in prædicatis affirmatiuis, sed quòd in eis procedatur in infinitum, nam infinita accipere possunt vt dicitur primo & quinto physicorum. ergo in prędicatis saltem accidẽtalibus procedere in infinitũ erit possibile.

2 Præterea. Sicut genus prędicatur de specie, sic econuerso. videtur ergo, quòd in prędicatis essentialibus per modum circulationis sit possibilis processus in infinitum. Si dicatur quòd licet species prędicetur de genera & econuerso, non tamen ex eo, quia prædicatio generis de specie est magis propria quam econuerso. Contra considerandum est quòd prædicatum semper tenet locum formę, sed genus tenet locum materiæ. ergo species erit formalior genere, & per consequens species verius & magis proprie prædicatur de genere quam econuerso.

3 Prꝫterea. Secundum sententiam Platonis & philosophi primo topicorum, indiuidua non cadunt sub arte quia infinita sunt. unde in specie specialissima iubet Plato quiescere. ergo in deorsum descendendo potest esse processus in infinitum ratione indiuiduorum.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti capitulo ibi. [Amplius si non huiusmodi qualitas &c.]

CONCLVSIO.

Rñdeo dicendũ, ꝙ istud est quartũ capl̃m huius octaui tracta. in quo Philosophus dialectice demr̃ando suã propriã opĩonem de statu siue ꝓcessu in oĩbus vl̃r prædicatis ponit vnã cõclusionẽ, q̃ est rñsiua ad q̃situ, videlicet ꝙ in ꝑdicatis aut prædicationibus affirmatiuis nõ est processus in infinitũ in demr̃ationibus. quæ conclusio probatur tali ratione Philosophi elicitiue. Nam si in similibus esset procedere in infinitum, aut hoc esset verum de prædicatis substantialibus, vel absolute loquendo de aliquibus siue substantialibus siue accidentalibus, sed nullum istorum est dicendum. igitur &c. primum probat Philosophus quatuor supponendo siue resumendo. primo quod prædicatum accidentale consignificat aliquod genus

accidentis, puta qualitatẽ, non potest autem esse ꝙ prædicata se habeant hoc modo adinuicem, vt primum sit qualitas secundi, & secũdũ sit qualitas primi. secũdo ꝙ alia est rõ qualitatis & eius cui inest rõ, quia vniuersaliter nõ est possibile ꝙ qualitas habeat q̃cunque qualitatem sibi inhęrentem, qđ est intellectum tanquam subiectum, quia nullum accidens est subiectum alterius accidentis ꝑ se loquendo. soli enim substãtię competit rõ subiecti. Tertio, ꝙ in prędicatis essentialibus & accidentalibus impossibile est quod sit mutua prędicatio ad inuicem, idest, secundum ęqualem rationem prędicandi, sicut vere dicitur ꝙ hõ est albus ita econuerso, sed nõ ex æquo & ita est in prędicatis essentialibus in quibus id quod prędicatur prędicatur vt substantia, aut aliquo aliomodo si sit sicut substantia, aut sicut genus, aut sicut differentia. hęc enim duo sunt partes diffinitionis quę significant essentiã. Quarto, omnem substantiã quę habet non aliquid vniuersalius quod de ipsa prędicatur quę etiam potest demr̃ari de aliquo inferiori, contingit diffinire, genera vero generalissima de quibus alia vniuersaliora non prędicantur, & singularia quę non prędicantur de aliquibus inferioribus non contingit diffinire, solam ergo & quanlibet substantiam mediam contingit diffinire. Quibus resumptis per modum suppositum sic formatur probatio primi, nam si esset procedere in infinitum in prædicatis essentialibus, vel hoc esset in directum, vel per modum circulationis, nõ primum quia sic non contingeret aliquid diffinire, quia oporteret diffinientem intelligendo pertransire illa quę substantialiter prędicantur de diffinito cum omnia cadant in diffinitione, vel sicut genus vel vt differentia. sed infinita non contingit pertransire. ergo non contingit diffinire substantiam, de qua infinita prędicantur, impossibile est ergo talem substantiam quę non est genus supremum neque infimum subiectum si debeat diffiniri quod habeant infinita prędicata quę de ipsa substantialiter prædicantur, non est ergo in eis procedere in infinitum neque in sursum neque in deorsum, aliter ut dictum est substantia non esset diffinibilis, quod est summũ ut de se patet inconueniens. Neque dicendum est secundum, uidelicet, quod in eis sit procedere in infinitum per modum circulatiõis siue reciprocationis, quia in q̃buscunq; est circulatio ibi potest esse & est ęqua prædicatio, sed in prędicatis substantialibus siue essentialibus non est ęqua prædicatio, ut patuit per tertiam suppositionem. igitur &c. ex quo patet eadem ratione, quod in prædicatis accidentalibus cum in eis per eandem suppositionem non sit ęqua prædicatio quod non est procedere in infinitum per modum circulationis. Secundũ principale, uidelicet quod uniuersaliter loquendo non est procedere in infinitum in aliquibus prædicatis probat Philosophus duabus rationibus. quarum prima sic resumitur per modum aliquorum suppositorum, quorum primum est ꝙ omnia prædicata accidentalia prædicatur de his, quæ pertinent ad substantiã rei. secundum est, quod substantialia ꝑdicata sunt finita. tertium est, ꝙ genera etiam prædicatorum sunt finita, quartum est quod in prædicatione simpliciter dicta unum de uno prædicatur. quintum est quod de accidentibus nihil proprie prædicatur, quia nullum accidens est aliquid subsistens, quod est intelligendum de accidentibus in concreto designatis. secus est de abstractis d̃ q̃bus superiora essentialiter prædicantur quibus suppositis sic formatur prima ratio. Nam si in aliquibus prædicatis esset procedere in infinitum, aut hoc esset ex parte subecti quasi in deorsum descendendo, aut ex parte prædicati quasi in sursum ascendendo. non primum quia omnia accidentia & prædicata essentialia uel substantialia prædicantur de his, quæ pertinent ad substantiam rei, ut patet per primam suppositionem. sed illa prædicata substantialia

quæ

quæ pertinent ad substantiam rei sunt finita, vt patet per secundã suppositionẽ.ergo ex pte subiecti non est procedere in infinitũ in huiusmodi prædicationibus quasi in deorsum. neque secundum, quia tam prædicata substantialia quam genera accidentium sunt finita, vt patet per secundam & tertiam suppositionem. ergo ex parte prædicatorum quasi in sursum, non est procedere in infinitum in prædicationibus. hæc autem est probatio logica, quæ sumitur secundum diuersos modos prædicationum Primo secunda rõne Philosophus tria supponit. primo ꝙ oĩs propõ immediata est demr̃abilis. secundo ꝙ ꝓpositionẽ demr̃abilẽ non possumus melius cognoscere quam ipsam sciẽdo per demonstrationem cuius finis est facere scire. principia enim indemonstrabilia melius cognoscimus quam sciendo, qũia ea cognoscimus, vt per se nota. tertio si aliqua propositio est certa per aliam, si illam per quam vera est non scimus neque cognoscimus eam meliori modo quã sciendi, consequens est quod neque scimus propositionem quæ per eam cognoscitur. semper enim ad sciendum posteriora necesse est scire priora, vel necesse est nos habere ad ipsa melius quam scire. nam si illa priora sunt indemonstrabilia, ad ea nos melius habemus quam scire, vt cognoscantur habitu intellectus qui certior est scientia & nobilior, vt supra declaratum est. si vero illa priora sunt dedemonstrabilia, illa priora poterũt per demonstrationem sciri nisi sit procedere in infinitum. Quibus suppositis secũda ratio talis est, si contingat aliquid scire simpliciter per demonstrationem, & non ex aliquibus, neque ex suppositione non erit procedere in infinitum ratione alicuius prædicatorum, quia non contingit intelligentem aut demonstrantem infinita pertransire. sed constat quod cõtingit aliquid scire simpliciter per demonstrationem. igitur in prędicatis quibuscunque demr̃ationem respiciẽtibus nullo modo procedetur in infinitum, & est similis consequentia. si homo currit homo mouetur, sed homo currit. ergo homo mouetur.

Considerandum est hic secundum Doc. S. quod philosophus dicit hic quod contingit aliquid scire per se simpliciter, & non ex aliquibus ad excludendum demonstrationem ad impossibile ducentem, in qua proceditur contra propositiones aliquas ex aliquibus propositionibus datis ut infra patebit. dicit etiam neque ex suppositione ad remouendum demonstrationes, quia tales sunt in sciẽtijs subalternatis, quæ supponunt cõclusiones superiorum scientiarum, ut supra habitum est cũ de subalternatione scięntiarum ageretur.

Considerandum est vlterius, quod cum a philosopho hic dicitur quod ad principia non habemus intellectum, cũ tamen sint sicut locus ianuę in domo, quem nullus ignorat, ut patet secundo metaphysicę, potest intelligi tripliciter vno modo secundum viam suppositionis, supposito enim cũ aduersario quod omnium sit demonstratio, vel quod demonstrationes procedant in infinitum, consequẽs est quod nulla sit propositio immediata, & etiam quod nulla sit ꝓpõ prima simpliciter. Secundo nullius rei erit intellectus, & per consequens ad nihil nos melius habemus, quam ad scire. secundo modo per viam assimilationis. nam sicut deficientes in sensu non possunt scire posteriora per priora, ideo oportet quod deficiat illis scientia secũdum illum sensum, sic ponentes demonstrationem ire in infinitum, quia hoc posito oportet ignorare priora, cum non contingat infinita pertransire, consequens est secundum hoc quòd nihil contingit scire neque intelligere, & per consequens ad nihil melius se habere quam scire. tertio modo per viam distinctionis. Nam principia possunt considerari dupliciter. uno modo quantum ad ascensum quo ascendimus eis oblatis. alio modo quantum ad resolutionem qua resoluimus posteriora in talia priora principia, quantum ad primum quilibet ru-

ſticus idiota ſi offerantur ei principia dum tamen intelligat quid eſt quod dicitur p vocem, niſi deficiat in ſenſu ſtatim aſſentit eis. ſed quantũ ad ſecundum videlicet reſoluere poſteriora in priora principia ſcientium eſt, & non idiotarũ, non ergo poſſumus ſcire poſteriora niſi reſoluendo in prima principia, quod eſt impoſſibile ſi in demonſtrabilibus nõ ſit ſtatus, quia ſic nihil contingit ſcire neque intelligere, & per conſequens nos non poſſumus ad talia principia melius nos habere quam ſcire, quia ut dictum eſt, hoc modo nullius eſt ſcientia neque intellectus. & quando dicitur quod talia principia ſunt ſicut locus ianuę, uerum eſt ſi ſecundum ſe conſiderentur, non autem ſi conſiderentur, vt in ea reſoluuntur poſteriora, & iſto modo eſt nobiliſſimum ſcire principia, uidelicet intelligere pro ut in ea reſoluuntur principia.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum, quod ſolutio patet ex dictis, quia demõſtrationes procedunt ex his, quæ ſunt per ſe, & non ex his quæ ſunt per accidens. Ad ſecũdũ admittatur ſolo in obiectione facta. Ad tertium dicendum, quod genus, & ſpecies poſſunt conſiderari dupliciter. uno modo ſecundum Egidium, ut ſunt ſignificatiua naturę ſiue eſſentię rei. alio modo ut ſunt inſtrumenta intellectus ad intelligendum. primo modo genus eſt formalius ſpecie. nam natura humana ſignificata per aliud eſt multo abſtractior, & formalior quam ſignificata per hominem, ſed ſecundo modo accidit econuerſo, quia hoc modo forma generis eſt multo potentialior quam forma ſpeciei. nam intelligere hominem in animali eſt ipſum intelligere in potentia. ſed intelligere hominem in ſeipſo eſt intelligere ipſum perfectum & in actu. animal enim non prædicatur de homine, vt eſt inſtrumentum intellectus ad intelligendum, ſed ut eſt ſignificatiuum rei. Nam genus eſt formalius ſpecie, & genus magis eſt propria prædicatio quando genus prædicatur de ſpecie quam econuerſo, & quia differentia complet diffinitionẽ ſpẽi. formalior eſt ipſa ſpecie, & ſic magis propria eſt prædicatio qua differentia prædicatur de ſpecie quam econuerſo, & licet genus ſumatur a materia, & teneat locum materię, non tamen eſt vera materia, ſed vera forma per modum totius deſignata ſecundum quod prędicatur de ſpecie, ſpecies autem ut ſubiectum eſt in prædicatione tenet locum materiæ.

Sequitur vbi ſupra in Philoſopho, & in Doct. S. impertinenter.

ARTICVLVS II.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quod non contingat intelligentem omnem ſubſtantiam diffinire, ut innuit hic Philoſophus. nam ſubſtantia diuiditur in materiam & formam & totum compoſitum, ut patet 5. & 7. metaphyſicæ. ſed materia non eſt diffinitio, ut patet ẽt 7. metaphyſicæ loquẽdo de diffinitione quidditatiua, ut in propoſito loquitur Philoſophus. ergo quęlibet ſubſtantia non poteſt diffiniri.

2 Præterea. Indiuiduũ de genere ſubſtantiæ eſt ſubſtantia, & tamen non poteſt diffinri, vt patet 7. metaphyſicæ. ergo idem quòd prius. ſed ſolius ſpeciei eſt diffinitio vt vult Boetius, ſed multæ ſunt ſubſtantiæ, quæ non ſunt ſpecies, uidelicet genera, ũt de ſe patet. ergo &cæt.

OPPOSITVM.

Sed in contrarium arguitur per Philoſophum in præſenti capitulo innuentem ꝙ omnem ſubſtantiam huiuſmodi contingere diffinientem diffinire.

CONCLVSIO.

Rñdeo dicendum, ꝙ contingit omnem ſubſtantiam diffinientem diffinire, quæ eſt inter genus generaliſſimum, & indiuidua de genere ſubſtantiæ, vt vult Philoſophus, quia omnis talis hẽt dĩfiã & genus, q̃ ſunt partes diffinitionis q̃ditatiuę. vr̃ aũt loquendo non contingit intelligentẽ oẽm ſubſtantiã diffinire, vt uoluerũt argumẽta añ in ꝯriũ adducta.

Conſi-

Cōſiderādū eſt hic ſecundū Egidiū, ꝙ ſicut eſt triplex ſubſtātia realis ita quod realiter diuerſa ſunt, videlicet materia & forma & compoſitum, ita poſſumus dicere, quod triplex eſt ſubſtātia ſecundum rationem differēs videlicet genus, quod ſe habet vt materia, differentia q̃ ſe habet vt forma, & ſpecies quę ſe habet tanquam compoſitum, quando ergo dicitur quod contingit omnem ſubſtantiam &c. non eſt intelligendum de ſubſtātia quæ ſe habet ut materia, uidelicet de genere in ſenſu compoſito loquendo inquantum videlicet genus eſt, non de ſubſtantia quæ ſe habet ut forma. ſ. differētia. ſed de ſubſtantia quę ſe habet tanquam compoſitū videlicet de ſpecie. nā omnis talis ſubſtantia eſt diffinibilis. talis enim ſubſtātia q̃ eſt ſpēs dr̄ eſſe inter genus & differētiā nō ſ̄m rectā lineā præſentialē. ſed q̄a eſt inter ea ut conſtitutum inter conſtituentia.

Conſiderandum eſt ſecundum eundem ibidem, quod ſecundum commentatotatorem diffinitio eſt quaſi òrganum intellectus ad intelligendum, cum ſit quaſi quoddam ſpectaculum in quo reſpicit intellectus & concernit materiam rei, vt hic Philoſophus ſpecialem facit mentionem de intellectu & intelligente, accipiens intelligentem per diffiniētem illa quæ poteſt tranſire. hæc ille.

SOLVTIO.

Ad argumenta omnia patet ſolutio ex dictis.

LECTIO XXXV.

De probationibus Philoſophi. & eſt lec. 35. San. Doct.

QVAESTIO XL.

quę habet articulum unicum.

POSTEA conſiderandū reſtat qualiter Philoſophus analytice ſiue ex ꝓprijs probat eſſe statū in prædicationibus quibus demonſtratiuę ſcientiæ vtuntur. Circa quod quæritur vnum tantum, uidelicet utrum probatio qua probat Philoſophus eſſe ſtatum in prædicationibus in hoc capitulo quę analytice dicuntur, ſit ſufficiens.

Sequitur in Philoſopho, & in S. Do.

Analytice autem manifeſtum eſt.

ARTICVLVS I.

AD quod ſic proceditur. Videtur quod probatio Philoſophi in hoc capitulo ad probandum eſſe ſtatum in prędicationibus non ſit analytica nec ſufficiens. nam ſuperius fuit probatum eſſe ſtatum in prędicatis ratione prædicatorum per ſe, vt ex dictis patet. & tamen talis probatio erat dialectica ſiue logica. ergo cum iſta probatio procedat etiam ratione prædicatorum, videtur quod ſit probatio dialectica, & non analytica.

2 Pręterea. Ipſius ſubſtantię non eſt demonſtratio vt ſecundo huius patet. ergo probatio iſta inſufficienter procedit ex parte prædicatorum in primo modo dicendi per ſe. cum hic principaliter quæratur ſtatus qui eſt in ſcientiis demonſtratiuis.

3 Pręterea. Hæc probatio procedit ex inſufficienti diuiſione. ergo eſt inſufficiens. probatio accidentis, quia ſolum procedit ex prædicatis per ſe in primo & ſecūdo modo perſeitatis, ſed clarum eſt, quod ſunt plures modi perſeitatis, vt deductum eſt. ergo probatio eſt inſufficiens.

4 Præterea. Proceſſus analyticus dicitur eſſe proceſſus reſolutorius vt omnes doctores concedunt. ſed iſta probatio philoſophi non eſt reſolutoria cum nō reſoluat aliquod prędicatum in ſua principia. ergo non eſt probatio analytica.

5 Pręterea. Iſta probatio non eſt probatio logica, vt deducunt hic doctores, ergo non eſt analytica pro-

probatio consequentiæ tenet a toto in modo in suam partem vel a superiori ad inferius negatiue. analytica n. pars logicæ dicitur.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti capitulo ibi. [Analytice autē manifestum est &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo, dicendum quod istud est quintum capitulum huius tractatus in quo Philosophus ponit vnam conclusionem principalem in hoc tractatu intentam inferendo quædam correlaria. quæ conclusio talis est, videlicet, quod in sursum accipiendo supra prædicatũ, nec in deorsum accipiendo sub subiecto prædicata media, quæ scilicet de inferiori prædicantur, contingit esse infinita in scientiis, scilicet demonstratiuis & demonstrationibus, quam conclusionem probat analytice philosophus vna ratione per viam diuisionis duo supponendo ex supradictis. Primo supponit quod analytica, id est, demõstratiua sciētia in suis demonstrationibus vtitur tantum prædicatione per se, & non prędicatione per accidens. secundo resumendo supponit quod tantum sunt duo modi prædicandi per se quorum primus est quando prædicata ponuntur in diffinitione subiecti, vt multitudo prędicatur de numero per se, & ponitur in diffinitione eius. est enim numerus multitudo ex vnitatibus. secundus modus est quando ipsa prædicata ponuntur in diffinitione prædicatorum. sicut impar prędicatur hoc modo per se de numero, & numerus ponitur in diffinitione eius. est enim impar numerus medio carens, vel vt dicit Pytagoras numerus impar in cuius diuisione intercidit vnitas. & licet sint quatuor modi perseitatis superius enumerati, tamen vt dicit hic Doct. Sanct. duo ultimi reducuntur ad hos duos numeratos. secundum vero Albertum hoc loco. quartus est magis modus genere causalitatis. quia tertius modus est magis modus per se essendi quàm prædicandi, duo prmi modi quos hic Philosophus resumit sũt modi prædicandi. quia primus est prædicati comparati ad subiectum. secundus vero subiecti comparati ad prædicatũ. cum igitur de prædicationibus demonstratiuis fiat mentio, ideo Philosophus tātũ duos modos perseitatis resumpsit. ex quo colligitur secundum ipsum ꝙ tantum sunt duo modi dicendi siue prædicandi per se, licet sint quattuor modi perseitatis, vt patet quinto metaphysicę. quibus suppositis probatur tali ratione. nam si prędicationes in demonstratiuis scientijs in sursum vel deorsum in infinitum procederent, vel tales prędicationes essent in primo modo dicendi per se vel in quarto vt suppositũ est ꝙ demonstratiuę scientię vtuntur prędicationibus per se secundum duos modos adductos. Non secundum, quod patet dupliciter. nam cum impar prędicatur per se hoc modo de numero vt exēplificatum est, oportet quod si procedatur vlterius quod aliquid aliud prædicetur de impari hoc secundo modo dicendi per se, & tunc sequitur quod impar sit in diffinitione ipsius, numerus autem ponitur in diffinitione imparis. unde sequitur quod numerus ponitur in diffinitione illius termini qui per se inest impari, sed non contingit abire in infinitum, vt scilicet infinita insint in diffinitione alicuius vt probatum est. relinquitur ergo quod in huiusmodi p̄dicationibus non est procedere in infinitum in sursum, idest, ex parte prędicati. Secundo idem patet. nam dato quod esset in prędicatis per se de secundo modo perseitatis procedere in infinitum, non esset ad propositum quęstionis pręsentis qua quæritur de processu in sursum & deorsum, quia talia prædicata inter se & cum primo subiecto mutuo sibi inuicem inessent, & per consequens inter se essent conuertibilia, uel nõ se ipsa excedētia in sursum vel deorsum. si n. impar ꝑ se p̄dicat̄ de numero, oportet ꝙ quicquid ꝑ se prædicatur de impare p̄dicetur ꝑ se de numero & iterum oportet quod numerus omnibus il

lis diffinitiue insit. quia si numerus ponatur in diffinitione imparis, oportet quod ponatur in diffinitione omnium eorū quæ diffiniuntur per impar, & sic omnia essent conuertibilia, & per consequens nullus esset ibidem processus in sursum vel deorsum de quo est ad propositum. Neque dicendum est primum videlicet quod sit processus in infinitū in sursum vel deorsum in prædicationibus secundum primum modum perseitatis. nam illa quæ per se illo modo prędicantur ponuntur in diffinitione subiectorum. ergo non possunt esse infinita, aliter non contingeret diffinire vt probatum est, cum impossibile sit diffinientem, idest intelligentem infinita pertransire. impossibile est ergo in demonstratiuis scientijs prædicationes pertransire in infinitum. ex quo secundum Philosophum sequitur primo quod si omnia, quę prædicantur in demratiōnibus per se, prædicantur & in prædicatis per se, non est procedere in infinitum, necessarium est quod prædicata stent in sursum. sequitur secundo ulterius quod etiam stent in deorsum, quia ex quacunque parte ponatur infinitū, tollitur scientia & diffinitio ut ex supradictis patet. sequitur tertio quod si est status in sursum & deorsum, necessariū est quod sit status in medijs, quia vt probatum est determinatis extremis, terminis media non possunt esse infinita. quarto sequitur quod aliqua sunt principia prima demonstrationum indemōstrabilia, & sic non conuenit vt quidam dixerunt omnia demonstrare. Nam si omnia principia essent demonstrabilia sequeretur quod primorū principiorū essent principia, quod est contra rationem primi principii, vt patet primo & 8. physicorū. ex quo ulterius sequitur quinto, quod demonstrationes non procedunt in infinitum cum reducantur ad aliqua principia indemonstrabilia. sequitur ulterius sexto quod est aliquod principium immediatum & indiuisibile, idest, aliqua propositio immediata quę cum sit immediata erit indemonstrabilis, quia cum aliquid demonstretur, oportet sumere tertium terminum videlicet medium dimittendo. scilicet quod sit infra prædicatum & subiectum de quo, scilicet per prius prædicatur prædicatum, idest maior extremitas quàm de subiecto, idest de minori extremitate, vel si sit propositio negatiua a quo prius remoueatur, non autem in demōstrationibus accipitur medium assumēdo extrinsecus, huius enim esset assumere extraneum medium, & non propriū, & sic non contingeret demonstrantem descendere in aliquod genus quod supra improbatum est a philosopho. Assumere autem medium extrinsecum conuenit litigiosis syllogismis & dialecticis syllogismis qui non procedunt ex proprijs. sequitur septimo quod aliquæ sunt propositiones demonstrabiles & aliquæ immediatę, aliter demonstrationes in infinitum procederent, & sequeretur quod media essent infinita inter duos terminos quod esset impossibile, quia prædicationes stant in sursum & deorsum, ut supra probatum est.

Considerandū est ergo secundum Doct. Sanct. quod analytica, idest demōstratiua scientia quæ resoluendo genus ad principia per se nota indicatiua dicitur, est pars logicę, quę dialecticam sub se continet. ad logicam autem communiter pertinet considerare prædicationē vniuersaliter s̄m quod cōtinet sub se ꝑdicationē q̄ nō est ꝑ se, & illā q̄ est per se, sed ipsius demonstratiuæ scientię proprie est prædicatio per se, & ideo supra probauit philosopus logice propositum. quia ostendit vniuersaliter in omni genere prędicationis non esse procedendum in infinitum. hic autem idem ostēdit analytice, quia hic probat solum in his quę prædicantur per se. hęc illę. Secundum Albertum dicitur hec probatio analytica quia procedit per resolutionem demonstratiuę conclusionis in sua principia. eandem rationem assignat hic Egidius, ex quo patet solutio ad quęsitum.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum, vt dicit hic Egidius, quod licet fuerit probatum esse statum in prędicatis ratione prædicatorum per se, & per quædam communia non descendendo ad substātiales terminos, non tamen solum ratione prædicatorum per se fuit probatū, sed etiam descendendo ad substantiales terminos, ut satis ex dictis patet. Ad secundum dicendum, quo licet ipsius substantiæ non sit demonstratio sicut eius quod demonstratur, tamen eius bene est demonstratio, sicut eius de quo fit demonstratio, eius autem diffinitio est vtilis ad demonstrationem cum fit medium in demōstratione propter quid potissima, vt in secundo huius patebit. vnde ratio nulla. Ad tertium dicendum negando minorem. resoluit enim conclusionem probandam in sua principia & si non formaliter tamen virtualiter. Ad vltimum dicendum, quod logica aliquando ut in proposito accipitur pro parte logicæ quæ dialectica dicitur, & hoc modo probatio analytica non dicitur logica, sed a se inuicem distinguuntur.

LECTIO XXXIX.

De reductione mediatorum ad immediata, & est lectio 39. Sancti Doct.

QVAESTIO XLI.

quę habet articulos quatuor.

EST insuper considerandū de correlariis Philosophi ex prædictis illatis, & de reductione propositionū mediatarum ad immediata principia. Circa quę quęruntur quatuor. Primo vtrum si aliquid inest duobus, hoc eis insit semper per aliud commune, licet non semper illud commune sit nobis nominatum. Secundo vtrum in prædicationibus demonstratiuis, in quibus vnum de vno prædicatur, necesse sit deuenire ad aliquod primum vnum pręcipue hoc est utrum propositiones mediatæ habeāt reduci ad immediata, quę sunt elementa aut principia demonstrationum. Tertio vtrum in reductione propositionum mediatarum ad principia immediata sit necesse sumere medium quod est eiusdem generis cum atomis, idest duabus extremitatibus. Quarto utrum propositiones immediatæ se habeant ad conclusiones demonstratiuas sicut metrum & mensura earum.

Sequitur in Philosopho & in S. Doct.

Monstratis autem his.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. videt͂ q si aliquid inest duobus quod necessario inest eis per aliquod commune. Nam quælibet propria passio adęquate siue primo & per se inest suo proprio subiecto. Si ergo inest duobus contentis sub illo subiecto, quorum neutrum prędicatur de reliquo, inerit eis ratione illius communis, quia illud quod conuenit alicui per alterum necesse est quod conueniat ei per illud, cui competit primo & per se.

2 Præterea. Risibile conuenit Sorti & Platoni per aliquod cōmune, videlicet per hominem, vt de se notum est. ergo &c. patet consequentia, quia quod de uno singularium probatum est, de omnibus alijs eadem ratione probatum est.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in littera ibi. [Monstratis autem his &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo, dicendum, quod istud est ultimum capitulum huius octaui tractatus, quo Philosophus determinando de reductione mediatarum ad immediata in demonstrationibus ponit quattuor correlaria, quarum primum est responsiuum ad quęsitum, videlicet quod non

non est procedere in infinitum in prędicationibus & demonstrationibus, manifestum est quod aliquod insit aut prædicetur de duobus, ita quod vnum illorum non prædicetur de altero nullo modo. sicut animal prædicatur de homine & asino. aut vnum prædicatur uniuersaliter de altero. sicut animal prædicatur de homine & masculo, non oportet quod illud prædicatũ quod de vtroque prædicatur insit vtrique secundum aliquod commune, & hoc in infinitum procedendo. correlarium probat Philosophus duabus rationibus ducentibus ad impossibile. Prima ratio talis est, qa si sic sequeretur quod in prædicationibus & demonstrationibus esset procedere in infinitum quod est contra hypothesim & prędeterminata. sequela de se manifesta est. nam si illud commune prædicatũ insit duobus ratione alicuius cõis inest illi communi ratione cõiori, & tali cõmuniori ratione alterius, & sic deinceps: ergo manifestum est, quod esset procedere in infinitum similiter & in prædicationibus. Secunda talis est. quia si sic sequeretur quod procederetur in infinitum in mediatis & inter duo extrema caderent infiniti termini medij. hoc autem est impossibile vt probatum est, quia determinatis extremis necesse est &c. non ergo necesse si idem insit pluribus ꝙ semper in infinitum insit eis secundum aliquod commune vt declaratum est, necesse est ergo quod deueniatur ad aliqua spatia immediata, idest ad aliquas immediatas prædicationes. Sed diceret quod illud prędicatum quod semper accipitur secundum aliquod commune prædicatum non eiusdem generis sed alterius generis: puta omne seipsum mouens inest homini & asino. sed hoc commune quod est animal est secundum aliud commune quod habens quantitatem vel habens calorem vel aliquid aliud huiusmodi quæ possunt accipi in infinitum. hanc cauillationem philosophus excludens dicit quod necesse est terminos medios qui, accipiuntur, esse ex eodem genere & ex eiusdem atomis, idest extremitatibus. aliter contingeret descendere de genere in aliud genus simpliciter quod supra probatum exemplo, idem correlarium probat philosophus. Nam sunt duæ species trianguli, quarum vna vocatur scalenon, idest triangulus gradatus cuius sunt tria latera inæqualia. alia est isocheles cuius sunt latera æqualia. vnum autem illorum non prędicatur de reliquo, & utrique inest hæc passio habere tres angulos ęquales duobus rectis, quę inest eis secundum aliquod cõmune, scilicet quia vterque istorum est figura quędam, scilicet triangulus. hoc autem non semper sic se habet ita quod in infinitum considerat secundum aliquid aliud, puta habere tres considerat triangulus iterum secundum aliquid aliud, & sic in infinitum, hęc omnia Doct. Sanct. ad litteram.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum, quod licet propria passio consideret in pluribus contentis sub subiecto quorum unum non prędicatur de reliquo ratione communis videlicet ratione subiecti, tamen hoc non procedit isto modo in infinitum, vnde ratio nulla. Ex quo patet solutio ad secundum.

Sequitur in Philosopho, & in D.S. ibi.
Deinde cum dicit. Manifestum est autem &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod in demonstratiuis prędicationibus in quibus vnum de uno prędicatur, non sit necesse propositiones mediatas quę sunt demonstrabiles reduci ad immediata, quę sunt elementa aut principia demonstrationum. Nam si sic, sequeretur quod nobis esset necessarium ad inuestigãdum prima principia demonstrationis, & per ɔ̃ñs q̃libet scientia haberet uiam ad principia sua resoluto-

resolutorie, uidelicet procedendo a mediatis ad immediata, consequens est cōtra philosophū in hoc libro & in primo physicorum & 4. metaphy. igitur nō est necesse &c.

2 Præterea. Dialecticus qui procedit probando habet viam ad principia & non demonstrator, cum procedat secundum rei ueritatem ex proprijs cuiuslibet scientiæ. igitur nulla est uia ad principia demonstrationis, & sic idem quod prius.

3 Præterea. Elementum ut patet quinto metaphysicæ est illud ex quo fit aliquid cum insit, sed ex proprijs principijs demonstrationum non fiunt demōstrationes cum non ingrediantur demōstrationes sed supponantur. ergo talia principia cum dicantur propositiones simpliciter immediatę non debent dici elementa demonstrationum, quod est contra partem quæsiti.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in litera ibi. [Manifestum est autem &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod secundum correlarium philosophi ex prædictis declaratum est quod in demonstrationibus siue in demonstratiuis sciētijs & prædicationibus in quibus unum prędicatur de reliquo, ꝓpositiones mediatæ reducuntur necessario ad immediata, quæ sunt principia siue elementa cōclusionum mediatarum quæ sunt demōstrabiles. hoc correlarium probatur a philosopho dupliciter. Primo in communi ratione sumpta ex prædeterminatis. Nam si propositiones mediatæ non reducuntur ad immediatas sequeretur quod esset procedere in infinitū in demonstrationibus, vt de se patet. consequens est contra supradicta & hypothesim. ergo &c.

Sed instabat discipulus. nam supra ꝓbatum est quod non est procedere in infinitum in demonstrationibus, quia mediata ad immediata reducuntur, hic vero inferre videtur philosophus quod mediata reducūtur ad immediata, quia in eis non est procedere in infinitum, & per consequens uidetur esse circulatio philosophi in demonstrationibus.

Dicendum quod philosophus superius non solum probauit esse statum in demonstratiuis prædicationibus propter hoc quod mediata ad immediata reducuntur, sed alijs rationibus, unde cauillatio nulla. Vel dicēdum, quod pręsens probatio est a priori quo ad nos & conditionalis, uidelicet si sit status &c. necesse est mediata ad immediata reducere. Alia uero probatio est a priori simpliciter, unde nulla est in dictis philosophi circulatio.

Secūdo probatur idem correlarium a philosopho in speciali dupliciter. Primo in affirmatiuis sit data quęcūq; propositione affirmatiua in demōstratiuis scientijs vel est mediata vel immediata. si sit mediata poterit per medium demonstrari donec perueniatur ad aliqd immediatum, aliter esset procedere in infinitum in demonstrationibus quod est ꝯ suppositum. si uero sit immediata non erit demōstrabilis per aliquod medium, quia nulla propositio immediata est demonstrabilis loquendo de immediatione causæ & subiecti, ut dicit hic Egid. secus uero loquendo de immediatione subiecti tantum & non causæ. ista enim propositio. homo est risibilis est immediata immediatione subiecti, tamen est demonstrabilis eo ꝙ non est immediata immediatione causæ. Patet ergo quod omnes propositiones affirmatiuę in demonstratiuis scientijs sunt immediatę, uel ad immediata reducuntur, quę aut omnes aut uniuersales sunt principia conclusionum mediatarum quæ per ea concluduntur. nihil enim sunt elementa aut principia demonstrationum quàm propositiones immediatę, quare autem philosophus dicit aut omnes aut uniuersales statim patebit. Secundo idem probatur secundum philosophum in negatiuis. Nam data propositione negatiua si est immediata erit indemonstrabilis, si vero est mediata est demonstrabilis per aliam propositionem

tionem, quę si sit mediata iterum erit demonstrabilis. Cum ergo non sit ut ꝓbatũ est procedere in infinitum in demonstrationibus, necesse est peruenire ad propositiones immediatas quæ sint elemẽta siue principia ꝓpositionũ mediatarum. tot enim sunt elementa propositionum, quot sunt termini, nam & horũ terminorum propositiones sunt principia demonstrationis. accipiuntur autem hic termini pro medijs acceptis cum extremitatibus ex quibus simul sũptis fiũt propositiones immediatæ quæ dicuntur elementa. ex prædictis subinfert Philosophus duo: primo quod sicut sunt aliqua principia indemonstrabilia affirmatiua in quibus vnum prædicatur significando quod hoc essentialiter est illud, sicut cũ diffinitio, q̃ est mediũ demr̃ationis ꝓdicat̃ de diffinito uel significando ꝙ hoc sit per se in illo. sicut propria passio prędicatur de proprio & immediato subiecto, vt homo est risibilis, ita etiam sunt aliqua principia indemõstrabilia in negatiuis negando vel essentiale prædicatum, vel etiam propriam passionem. secundo subinfert quod q̃dam sunt principia demonstrationis ad demonstrandum conclusionem affirmatiuam quam oportet concludere demõstratiue ex omnibus præmissis affirmatiue, & quædam sunt principia demõstrationis ad probandum demonstratiue conclusionem negatiuam, ad cuius illationem oportet assumere aliquam affirmatiuam & aliquam negatiuam vt in prioribus ad longum declaratur. ex ꝓdictis ẽt patet via ad inueniendũ prima principia demõstrationũ. s. procedere a mediatis ad imediata per viã resoł̄onis.

Considerandum est autem secũdum Doc. Sã. in lect. quod cum Philosophus dicit quod propositiones immediatæ aut omnes aut uniuersales sunt principia aut elementa demonstrationis, potest intelligi dupliciter. uno modo accipiendo propositionem uniuersalem secundum quod distinguitur contra propositionem singularem. nã species specialissima non prædicatur de singulari nisi per aliquod medium, vnde hæc propositio est immediata sortes est homo, non tamen est principium demonstrationis, quia demonstrationes non sunt ex singularibus, cum eorũ non sit scientia, & ita non omnis propositio immediata est principium demonstrationis, sed solum uniuersalis. alio modo potest intelligi secũdum qood propositiones vniuersales dicuntur propositiones cõmunes omnibus propositionibus alicuius scientiæ, sicut omne totum est maius sua parte, vnde huiusmodi sunt prinpia demonstrationum simpliciter omnibus per se nota. hæc autem propositio Isocheles est triangulus non est principium demonstrationis in tota scientia sed aliquarum particularium demõstrationum, nec etiam omnes huiusmodi propositiones sunt omnibus per se notę. hæc ille formaliter. Egidius vero prędicta recitãs dicit, quod aliter potest intelligi & forte melius, videlicet quod ꝓpositiones immediatæ quandocunque immediatæ sint siue immediatione subiecti tãtum siue immediatione subiecti & causæ, omnes sunt principia demõstrationum particularium, propositiones uero immediatæ immediatione causæ si sint uniuersales secundum vniuersalitatem causæ tantum sunt princicipia demonstrationum simpliciter uel demonstrationum vniuersalium. hæc ille. bene iste opinator adiũgit forte hoc aduerbium forte. philosophus enim dũ loquitur de reductione propositionum mediatarum ad immediata accipit immediationem eodẽ modo, aliter in sua probatione esset fallacia æquiuocationis. vnde talis propositio sit immediata immediatione subiecti aut immediatione causalitatis nihil ad propositum philosophi, standum est ergo in expositione Doc. S. quæ secundum intentionẽ philosophi procedit.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod habere viam ad principia potest contingere duobus modis. vno modo per viam probationis ea videlicet probando,

do,

do,& sic nullus artifex hēt viā ad principia. alio modo per viā resolutionis resoluendo principiata in sua principia & isto modo sciētia habet viam ad sua principia, vnde demonstrator,& si probat quod sunt aliqua principia, tamen non probat propter quid sunt principia, unde posterioristica scientia proprie non demonstrat, sed dat artem & modum demonstrandi secundum aliquam artem. ideo non probantur prinpia sed datur via resoluendi ad principia per viam resolutionis ut dictum est, & per hoc patet solutio. Ad secundum argumentum dicendum, quod dialectica autem non est proprie scientia sed magis est modus sciendi loquendo potissime de logica utente. Ad tertium dicendum, quod non solum accipitur elemētum illo modo sed pluribus alijs modis ut patet quinto metaphysicæ comēto. elementum, vnde argumentum primo supponit falsum, & licet ꝓpositiones immediatæ simpliciter primæ non ingrediuntur formaliter demonstationem, ingrediuntur tamen uirtualiter, quando autem hic dicit quod tot sunt elementa idest principia. quot sunt termini, exponendum est. nam per terminos intelliguntur media non absolute, sed cum extremitatibus mediante copula uniuersali sumpta ut supra. Media enim dicuntur propositiones immediatæ quæ dicuntur elementa demonstrationum, ut declaratum est.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S.

Deinde cum dicit, Cum autem oportet &c.

ARTICVLVS III.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod in reductione mediatarum propositionum ad immediatas nō sit necesse sumere medium quod est eiusdem generis cum atomis, idest cū duabus extremitatibus. nam si sic esset hic condensarentur media ut dicit hic philosophus, sed hoc non potest fieri. nam mediata ad immediata reducūtur assumendo medium post medium, ergo medium augetur, & per consequens non condensando, cum ibi non sit minoratio mediatorum, sed magis additio, & per consequens suppositum quæsiti est falsum.

2 Præterea. Hæc propositio. omnis homo est risibilis est propositio mediata & reducitur ad immediata sic. omne animal beatificabile est risibile. sed omnis homo est huiusmodi. ergo &c. sed manifestum est, quod illud assumptum videlicet beatificabile non est eiusdem generis cum extremitate minori, cum homo sit in genere substantiæ, non autem beatificabile, cum sit passio quædam. ergo in reductione medietarum ad immediatarum propositiones non est necesse sumere medium eiusdem generis cum extremitatibus.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in præsenti capitulo ibi. [Cum autem oportet &cæt.]

CONCLVSIO.

Rńdeo dicendum, ꝙ tertium correlarium philosophi ex prædictis illatum est istud quod uidelicet in rędu

ctione mediatarum propositionum ad immediatas necesse est sumere medium quod non cadit extra genus terminorum ꝙ primo probat philosophus: si oportet demonstrare aliquam propositionem affirmatiuam puta istam. omnis homo est risibilis, necesse est accipere aliquod medium quod primo prædicatur de subiecto uidelicet de homine & cui primo inest, & per se prædicatur, siue maior extremitas uidelicet risibile, & ita medium non erit extra prędicatum cū ei subijciatur, secundo semper procedendo donec perueniatur ad distantiā indiuisibilem simpliciter idest ad propositionem immediatam semper media condensando per viam resolutionis, per viam autem demonstrationis media magis rarefiunt quam condensantur ut uoluit primum argumentum. idem probat philosophus in negatiuis

&

& primo in prima figura. nam si ista propositio, nullum animal est quantitas debet reduci ad immediata primo accipietur istud medium corpus animatum, deinde corpus postremo substãtia a qua immediate remouetur quantitas, sed illa non cadunt extra genus terminorum propositionis affirmatiuæ. sed cadunt extra genus prædicati negatiui vt de se patet. probat secundo idem in secunda figura in qua medium vtrobique prædicatur. nam si oporteat demonstrare in secunda figura quod nullum animal est quantitas per hoc medium corpus animatum sic syllogizando: nulla quantitas est corpus animatum, ergo nullum animal est quantitas. sic medium sumptum non est extra genus terminorum propositionis negatiuæ. sicut enim in prima figura media accepta semper accipiuntur ex parte propositionis affirmatiuæ, ita oportet in secunda figura media semper accipi ex parte propositionis negatiuę.

Considerandum est autẽ hic secundũ philosophum & Doc. Si quod in tertia figura media accepta non erunt neque extra prędicatum, quod negatur neque extra subiectum a quo negatur, i. extra maiorem vel minorem extremitatem, & ideo quia medium necessario subiicit vtrique extremitatum, igitur per tertiã figuram non conuenit reducere propositiones mediatas ad immediatas potissime loquendo de propositionibus uniuersalibus & negatiuis.

Considerandum est ulterius hic ꝭm Paulũ Venetum, quod tertia figura est tripliciter cõuertibilis ad reductionem siue resolutionem mediatarum & immediatas. primo quia non potest concludere vniuersalem negatiuam. secundo qa medium nunquam sumitur extra ut dictum est. tertio quia resumptione mediorum magis fit processus ad mediata quam immediata. verbi gratia resoluatur hæc propositio mediata: quoddam corpus non est quantitas per hoc medium corpus animatum sic loquendo in tertia figura nullum corpus animatum est quantitas. omne corpus animatum est corpus ergo quoddã corpus nõ est quãtitas. si debeat iterũ resolui sumẽdo aliud mediũ, vel illud mediũ erit supra mediũ assumptũ & sit substantia, & sic minor erit falsa. licet omnis substãtia est corpus, vel illud mediũ erit infra assumptũ vt puta animal, & sic minor secũda erit magis mediata q̃ post. uidelicet ista. omne animal est corpus est magis mediata q̃ ista, omne corpus animatũ, est corpus vnde in tali reductione magis ꝓcedi tur ad mediata quam ad immediata in tertia figura. ergo ista figura ad hoc est inutilis.

Cõsiderãdũ est vlterius hic ꝭm Egidiũ pro maiori huiusmodi declaratione ꝙ quando volumus negatiuam mediatã reducere ad immediatam uel oportet medium accipere supra prædicatum vel supra subiectum, ut si hanc negatiuam mediatam. nullum corpus est qualitas, uellemus reducere ad immediatã accipiemus pro medio substantiam quæ est supra subiectum. si vero vellemus reducere eius conuersam, videlicet. nulla qualitas est corpus, accipiemus substãtiã quæ est supra prædicatũ. ex quo apparet ꝙ substãtia nõ proprie participatione est mediũ inter corpus de genere substãtię & qualitate. quia si esset vere mediũ tũc esset supra vnũ & infra aliud ꝙ patet esse falsum, qa tãtũ est medium per negationem, quia substantia vere est illud medium, quo quantitas negatur a tali corpore. medium ergo secundum negationem per quod prędicatum negatur a subiecto, & per quod fit reductio negatiua mediatorum, oportet esse supra subiectum a quo prædicatum negatur, vel supra prædicatum quod de tali subiecto negatur. In tertia vero figura ubi medium nunquam est extra, idest supra aliquam extremitatem, inutilis est hæc ars dę reductione mediatarum ad immediata condensando media, & sicut in affirmatiua condensantur media, ita in negatiua

Do. de Flan. super Post. O quan-

quando videlicet nullum relinquitur medium inter prędicatum & subiectũ, ut si ista debet reduci immediata, nullum animal est quantitas, primo accipietur animatum corpus, postea substantia quæ immediate remouetur a reliquo. sic ergo accipiendo media condẽsata, idest sine intermissione tam in affirmatiuis quam in negatiuis oportebit ad vltimum deuenire ad immediata secundum regulam Philosophi. aliter esset procedere in infinitum in demonstratiuis prædicationibus, hæc quidem omnia ille formaliter.

Considerandum est ulterius secundum Doct. S. quod media condensata dicuntur transumptiue siue similitudinariè ad similitudinem hominum, qui videntur condensati sedentes in aliqua sede, quando inter sedentes nullus potest intercedere medius, ita metaphorice in demonstratione dicuntur media esse condensata quando inter terminos acceptos nihil cadit medium sicut sunt termini propositionis immediatæ quæ dicitur vna, sicut simpliciter indiuisibilis, est vna non solum actu sed etiam in potentia. propositio autem mediata quamuis vna in actu quia unum in ea de vno prædicatur, tamen est multa in potentia inquantum est diuisibilis. Sic etiam propositio mediata dicitur multa in potentia inquantum est diuisibilis per appositum medium. Et ideo dictum est quod propositio mediata est vna sicut simpliciter indiuisibilis. hæc ille secundum sentẽtiam Philosophi. ex quo patet quod hic non accipitur condensatio eodem modo sicut in supra de terminatis.

SOLVTIO.

Ad primum patet solutio ex dictis.

Ad secũdum dicendum, quod licet beatificabile non ponatur in prædicamento substantiæ sicut nec risibile. tamen animal beatificabile quod accipiebatur pro medio est de prædicamento substantiæ. sicut animal risibile. vnde argumentum nullum.

Sequitur in Philopho & in Doc. S. ibi; deĩde cũ dicit. Quẽadmodũ. &c.

ARTICVLVS IIII.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod propositio immediata, quæ dicitur una simpliciter indiuisibilis non sit mensura & metrum conclusionum demonstratarum. Nam ista propositio. omnis homo est risibilis. est immediata cum prædicatum per se primo & adęquate conueniat subiecto, & non mediante aliquo subiecto, & non est diuisibilis. quia potest sumi medium, uidelicet, animal rationale inter subiectũ & prædicatum ad demonstrandũ eam. secundo ex ea possunt fieri duę propositiones. ergo propositio quælibet immediata non una est simpliciter indiuisibilis. secundo patet, quod suppositum quæsiti est falsum.

2 Præterea. Quælibet propositio ut patet primo priorum, est resolubilis in terminos. diffinitur enim terminus per resolui. est enim terminus ut ibidem dicitur inquem resoluitur propositio ut in subiectum & prædicatum. ergo quælibet propositio est diuisibilis, & sic idem quod prius.

3 Præterea. Quodlibet totum est diuisibile inquantum huiusmodi cum habeat partes, quælibet autem propositio quoddam totum est habens partes ut patet primo perihermenias. ergo &c.

4 Præterea. Illud quod est metrum & mensura aliquorum est quid minimũ ut patet. io. metaphysicę, sed nulla propositio est quid minimũ. cum terminus sit simplicior ꝓpositione. ergo propositione immediata non est mensura conclusionum demonstratiuarum.

5 Præterea. Intellectus qui est habitus principiorum est mensura conclusionum demonstratiuarum ut differunt hic doctores. ergo non est propositio immediata.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in litera præsertim ibi. [Quemadmodum &c.

CON

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod quartum correlarium a Philosopho ex prædictis in præsenti capitulo elicitum tale est. propositio immediata est metrũ & mensura conclusionum demonstratiuarum. quod probatur tali ratione Philosophi. nam vt patet 10. metaphysicæ, in quolibet genere illud dicitur esse metrum & mensura quod est simplicissimum & indiuisibile in illo genere, sicut cunctus est mensura lineæ, & unitas ipsius numeri. sed vt declaratum est propositio immediata est simpliciter vna & indiuisibilis respectu demonstratiuarũ. ergo &c.

Considerandum est hic secundum Doc. S. quod demonstratio potest demõstrari dupliciter. vno modo vt syllogismus quidam est. alio modo vt generatiua scientiæ. primo modo metrum & vnũ indiuisibile ipsius quantum ad conclusiones est propositio immediata. sed secundo modo vnum indiuisibile & mẽsura eius est intellectus. comparatur autem intellectus qui est habitus principiorum ad scientiam quæ est habitus conclusionum. sicut vnum & indiuisibile ad multa. nã scia acquiritur per discursum a principijs ad conclusiones, intellectus autem absolute & simpliciter est acceptio principii per se nota. vnde intellectus adhęret immediatæ propositioni videlicet ipsis principiis, scientia vero ipsi conclusioni quę est propositio immediata & demonstrabilis. & per hoc patet solutio ad ultimum argumentum.

Considerandum est autẽ ulterius secundum eundẽ ibidem ꝙ quia mensura debet esse homogenea & mensuratio secundũ diuersitatem generum, oportet huiusmodi principia indiuisibilia quæ dicuntur mensuræ esse diuisa. non enim oportet ꝙ tale principium semper sit minimũ simpliciter, sed sufficit ꝙ sit minimũ in illo genere, sicut in genere ponderum accipitur vt vnũ indiuisibile vncia qđ est quoddã minimũ pondus non simpliciter quia quodlibet pondus est diuisibile in multa pondera. sed accipitur vt simpliciter per suppositionem. similiter propositio immediata licet non sit quid minimum simpliciter, est tamen quid minimum indiuisibile in genere propositionum.

SOLVTIO.

Ex quo patet solutio ad secundum argumentum & quartũ. Ad primum autẽ dicendum ꝙ licet ista propositio. omnis homo est risibilis, sit immediata immediatione subiecti, sicut & quælibet conclusio demonstrationis, potissime tamẽ est mediata mediatione causę, potest. n. demonstrari per diffinitionem subiecti, de immediatione autem causæ est hic ad propositum, non autem de immediatione subiecti, vnde ratio laborat in æquiuoco. Ad alia argumenta patet solutio ex dictis.

LECTIO XXXVII.

De demonstratione vniuersali, in comparatione ad particularem, & est lec. 37. S. D.

QVAESTIO XLII.

quę habet articulos duos.

Consequenter conclusum restat de syllogismo demonstratiuo cõparatiue postq̃ de eo ɔderãdũ est absolute. Circa ꝙ duplex occurrit cõsideratio. Nã primo conclusum est de cõparatione demõstrationũ adinuicẽ, secundo conclusum est de comparatione effectus demonstrationis ipsius sciẽtiæ ad alios habitus, quantum ad primũ quadruplex occurrit cõsideratio: nã primo conclusum est de rationibus & solutionibus earũ quas Philosophus ĩ hoc capitulo adducit ad partem falsam & de præeminentia demonstrationis vniuersalis ad demonstrationem particularem. secundo conclusum est qualiter demonstratio uniuersalis est potior particulari. tertio conclusum est qualiter de

ſtratio affirmatiua eſt potior negatiua. quarto concluſum eſt qualiter demonſtratio oſtenſiua eſt potior illa quæ eſt ad impoſſibile. Circa quod quæruntur duo. Primo utrum demonſtratio vniuerſalis ſit potior particulari. Secundo vtrũ alicuius demonſtrationis particularis concluſio poſſit eſſe uniuerſalis.

Sequitur in Philoſopho & in Doc. S. Cum autem ſit demonſtratio.

ARTICVLVS I.

AD primum ſic proceditur. Videtur ꝙ demonſtratio particularis ſit potior vniuerſali rationibus Philoſophi. nã illa demõſtratio eſt potior per quam maxime in habẽdo ſcimus, vnũquodq; n. tanto perfectius eſt quanto magis attingit ad ſuam ueritatem & finem vt patet octauo phyſicorum. virtus autem demonſtrationis & finis eius eſt facere ſcire. ſed demonſtratio particularis facit magis ſcire, cum faciat ſcire aliquid ſecundum ſe, quam demonſtratio vniuerſalis quæ facit ſolum in alio, & non ſecundum ipſum. ergo demonſtratio particularis eſt potior vniuerſali. hæc autem ratio ſumitur de demonſtratione per reſpectum ad finem qui eſt ſcientia.

2 Preterea. Illa demonſtratio eſt potior & dignior quæ eſt magis elongata ab opinione falſa ſiue errore quam altera eius. ſed demonſtratio particularis eſt huiuſmodi & non vniuerſalis. ergo demonſtratio particularis eſt potior vniuerſali. probatio mediæ. nam cum aliquid demonſtraretur de triangulo prẹter particulares triangulos, de figura præter particulares figuras, & de numero præter particulares numeros, poteſt aliquis opinari triangulum figuram & numerum eſſe aliquid ſeparatum a ſuis ſingularibus quod eſt falſum, vt probatum eſt ſeptimo metaphyſicæ. ergo ipſa demõſtratio vniuerſalis ex ipo modo demonſtrationis redit ad errorem & opinionem falſam. hæc ratio philoſophi ſumitur de demõſtratione per reſpectum ad opinionem ſui finis ſcilicet ad errorem.

3 Præterea. Illa demonſtratio eſt potior quæ eſt magis de ente, cum nihil ſit ſcibile niſi ens per ſe loquendo. ſed demonſtratio particularis eſt magis de ente quam uniuerſalis quia particularia cũ ſint per ſe exiſtentia ſunt magis entia quã uniuerſalia quæ ſubſiſtunt in ſingularibus. ergo particularis demonſtratio &c. hæc ratio ſumitur de demonſtratione per reſpectum ad obiectum eius, in qua ratione etiam tangitur ſecunda.

OPPOSITVM.

Sed contra eſt philoſophus in prẹſenti capitulo & ſequenti ibi. [Amplius autem & ſi demonſtratio &c.] & ibi. [Cũ autem ſit demonſtratio &c.]

CONCLVSIO.

Reſpondeo dicendum, quod hic incipit nouus tractatus huius libri, in quo Philoſophus poſtquam determinauit de demonſtratione abſolute tam diffinitiue quam diuiſiue, determinat de demõſtratione comparatiue. abſolutum autem præcedit reſpectiuum, ut dictum eſt ſuperius, qui quidem tractatus continet in ſe quattuor capitula, ſecundum quod ſunt quattuor lectiones Doct. S. in quorum primo Philoſophus adducit rationes probantes demonſtrationem particularem eſſe nobiliorem vl̃i demonſtratione eas ſoluendo. ſecundo uero capitulo ibi. [Amplius ſi demr̃atio &c.] oſtẽdit demr̃ationẽ ul̃em eſſe potiorẽ particulari. in tertio uero capitulo comparãdo demr̃ationẽ affirmatiuã negatiuẹ oñdit demr̃ationẽ affirmatiuã eſſe potiorẽ negatiua. ibi. [Quod aũt affirmatiua &c.] ſed in quarto capitulo comparando demonſtrationem oſtenſiuam ad eam quẹ eſt ad impoſſibile oſtendit demonſtrationẽ oñſiuã eſſe potiorẽ. ibi. [Quoniã aũt affirmatiua &c.] Ex quo patet triplex diuiſio demr̃onis ſiue ſit demr̃atio propter quid ſiue quia. quarum prima eſt, demonſtrationum alia particularis. alia uniuerſalis. ſecunda eſt. demonſtrationum, alia affirmatiua, alia negatiua. tertia

tertia est. demonstrationum alia ostensiua, alia est ducens ad impossibile. quæ vero una & quæcunque earum sit in sequentibus patebit. in primo capitulo Philosophus adducit tres rationes in contrarium adductas probando vnam particularem esse potiorem ipsa uniuersali demõstratione, quas in eodem capitulo soluit.

Pro quarum solutione. Considerandum est primo secundum Philosophũ in littera quod demonstratio uniuersalis facit scire aliquod secundum seipsũ, vt demonstratio faciens scire ꝙ triangulus habet tres &c. demonstratio vero particularis facit scire non secundũ seipsum sed secundum aliquod. sicut demonstratio faciens scire quod ęquilaterus habet tres &c. non facit scire secundum seipsum, idest secundum quod æquilaterus est, sed secundum aliud videlicet quod est triangulus, demonstratio ergo vniuersalis magis est faciens scire aliquod secundum seipsum quàm secundum aliud, ideo prima ratio in minori falsum assumpsit.

Sed contra hoc instabat Albertus magnus in vltimo tractatu huius primi libri. Nam in primo priorum dicitur ꝙ cognitio in propria natura potior est quàm cognitio siue scientia in uniuersali. ergo videtur falsum quod dictum est. Dicendum est, ut ipse dicit quod duplex est cognitio, quædam est cognitio rei in seipsa & hæc non est demonstratiua, hac autem cognitione medium cognoscitur magis in prima natura quam in vniuersali vt instantia voluit. alia est cognitio rei in alio videlicet secundum potestatẽ quam fluunt de ea suę passiones naturales & conuertibiles, & sic potissime cognoscitur res secundum quod cognoscitur quod in ipsa est principiũ illarum passionum, & talis est cognitio demonstratiua. hanc autem distinctionẽ ignorauerunt ipsi qui propter primã rationem superius adductam in contrarium prætulerunt particularem demonstrationem vniuersali, & hoc modo dicit Philosophus in primo de anima, ꝙ cognitio accidentium maxime prodest ad cognitionẽ ꝙ quid est. hæc ille. Demõstratio ergo facit scire aliquid in alio non sicut inferius in suo superiori, aut partem in toto quod est scire sophistico modo. vt supra dictum est. sed sicut passionem in subiecto, & hoc dupliciter. vno modo secundum se non secundum aliud sicut demonstratio vniuersalis. alio modo declaratũ est. ergo rõ prima Philosophi magis cõcludit propositum quam oppositum, videlicet ꝙ demonstratio particularis non est potior quam uniuersalis.

Considerandũ est vlterius ꝙ Philosophus in solutione primę rationis innuit tria documẽta, quibus cognosci potest propositis aliquibus subiectis respectu passionis, cur sit talis passio & propter quid inest, primum documentum est, quod debemus videre quod illorum subiectorum in plus se habet. secundum est quod deinde debemes videre utrum talę commune dicatur ęquiuoce vel secundum eandem rationem de partibus subiectiuis sub eo contentis. tertium est quod debemus videre vtrum illa passio insit tali omni, verbi gratia si respectu huius passionis habere tres proponatur nobis triangulus & species trianguli, constat enim, quod triangulus in plus se habet & prædicatur secundum eandem rationem de suis speciebus, & habere tres angulos conuenit omni tali, videlicet omni triangulo. ergo manifestum concludit quod habere tres angulos &c. conuenit alijs uidelicet speciebus trianguli per triangulum. & licet dicta tria documenta arguant & ostendant cui & propter quid inest passio proposita, non tamen sufficienter ostendunt quid sit proprium & adæquatum subiectum. nam quod anguli extrinseci valeant quatuor competit omni figuræ rectilineæ. si ergo proponeretur hæc passio respectu horum subiectorum trianguli & specierum eius, constat quod omnia prędicta documenta ibi occurrerent respectu trianguli, vt de

ſe patet, & triangulus non eſt propriũ & adęquatum ſubiectum vel immediatum ſubiectum eius, ſed figura rectilinea. hæc omnia Egidius & Paulus Venetus.

Pro ſolutione ſecundæ rationis Philoſophi quæ tertio adducta eſt.

Conſiderandum eſt vlterius, quod ens accipitur tripliciter. vno modo vt ſignificat entitatem quæ requiritur ad ſcientiam cui ineſt entitas ſecundum quod circa eã negociatur intellectus, & iſto modo uniuerſale magis eſt ens, cum ſit obiectum intellectus quàm particulare ſimpliciter quod eſt indiuiduum, de quo procedit argumentum. incorruptibile enim ut dicit Doct. Sanct. eſt magis ens quam corruptibile, ratio etiam vniuerſalis eſt incorruptibilis. vnde particularium talium non eſt ſcientia, ſed vniuerſalium. alio modo accipitur ens vt dicit eſſentiam rei ſecundum quod diuiditur in decem prædicamenta, & iſto modo etiam vniuerſale eſt magis ens quam particulare ſiue ſingulare. quia vniuerſale eſt ens ſimpliciter, particulare vero non eſt ens niſi determinati temporis, cum ſit corruptibile, vt innuit hic Philoſophus. tertio modo accipit ens particulariter, vt idem quod exiſtens inquãtum uidelicet ad eſſe exiſtentiæ. & iſto modo particularia ſunt magis entia quã uniuerſalia, quia vniuerſale non videtur exiſtere niſi in ſingularibus, unde in prędicamentis dicit Philoſophus ꝙ deſtructis primis ſubſtantiis, impoſſibile eſt aliquid remanere aliorum. ſed q̃a illud eſſe accidit ſcientiæ & demonſtrationi, non eſt ſcientia de rebus quantũ ad exiſtere quod habent. ſed ſenſus eſt circa huiuſmodi res. igitur in prædicta ratione philoſophi loquitur de ente quantum ad ratione ſcientiæ & demonſtrationis, unde manifeſtum eſt quod talis ratio etiam pro minori falſum aſſumit.

Conſiderandum eſt ulterius quod accipiendo particulare non pro particulari ſimpliciter ſed pro particulari in reſpectu videlicet pro minus vniuerſali, ſic etiam vniuerſale quantum ad propoſitum eſt magis ens q̃ particulare, ut deducit hic Egidius ut triangulus eſt magis ens quam aliqua ſpecies eius, nam ens ſiue eſſe de quo agit demonſtratio non eſt ens ſiue eſſe vniuerſaliter, ſed eſt ens vel eſſe propria paſſione, conſtat autẽ quod magis eſt ens ſub propria paſſione ſubiectum vniuerſale, quia eſt ens ſub propria tali paſsione quam ſit aliquod illorum in quo diuiditur tale uniuerſale ſubiectum.

Pro ſolutione tertię rationis quę ponitur ſecundo loco eſt concluſum quod quamuis in propoſitionibus uel demonſtrationibus vniuerſalibus ſignificetur aliquod per ſe unum ſiue ſecundum ſe, vt puta triangulus, nulla neceſsitas eſt quod propter hoc aliquis opinetur ꝙ triangulus ſit aliquid unum præter multa ſicut etiam in his quæ non ſignificãt ſubſtantiam vel aliquod genus accidentis prędicatur aliquid ſecundum ſe ſicut dicimus quod albedo eſt color, non tamen propter hoc quis neceſſario opinabitur quod albedo ſit aliquid exiſtens ſecundum ſe ſicut & in ipſis vniuerſalibus, ex eo quod aliquæ paſſiones demõſtrantur de eis ſecundum ſe, *niſi quis in*telligeret vniuerſalia præter *ſingularia* per ſecundam operationem intellectus.

Et ſi quęratur quomodo accidentia q̃ ſunt in alijs poſſunt eſſe ſecundum ſe. Ad hoc reſpondet Egidius, nam eſſe ſecundum ſe accipitur tripliciter, vno modo quantum ad actualem exiſtentiam, iſto modo accidentia non dicuntur eſſe ſcđm ſe. alio modo dicitur aliquid eſſe ſecundũ ſe quantum ad conſiderationem intellectus ſicut vniuerſalia ſunt ſecundum ſe, poteſt etiam intellectus noſter intelligere vniuerſale non intelligendo ſingulare aut particulare. tertio modo dicitur aliquid eſſe ſecundum ſe a ſubiectis a quibus per ſe & prædicatis, & ſic iſto modo accidentia dicuntur per ſe ſiue ſecundum ſe, ut color dicitur de albedine ſecundum ſe in primo modo dicendi per ſe.

SOLVTIO.

Ad argumenta autem patet solutio ex dictis.

Sequitur in Philosopho & in Doc. S. impertinenter tamen &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod alicuius demonstrationis particularis posit conclusio esse vniuersalis; nam ista est particularis demonstratio: omnis triangulus habet tres angulos, sed omnis isocheles est triangulus. ergo omnis isocheles habet tres angulos. & tamen conclusio est uniuersalis. cum ibi subiiciatur terminus communis signo vniuersali determinatus. ergo &c. maior patet quia prędicatum conclusionis non conuenit vniuersaliter subiecto, cum sibi nō conueniat adequate, vt ex supradictis patet; ergo talis demonstratio est particularis &c.

2 Præterea. Nulla est demonstratio particularis. ergo suppositum quæsiti est falsum. probatio antecedentis. Nam si esset aliqua demonstratio particularis maxime esset illa quæ demonstrat habere tres de isochele per hoc quod est triangulus. sed hoc non, quia si esset demonstratio vel esset per effectum vel per causam, cum omnis demonstratio sit propter quid, vel quia: non primum, quia triangulus non est effectus eius quod est habere tres angulos. neque secundum, quia vel esset per causam proximam vel remotam. si primum, tunc esset demonstratio uniuersalis & non particularis, quod est contra propositum. si secundum, tunc non ualeret nisi negatiue, concludebatur autem affirmatiue, ergo nullo modo est demonstratio. unde etiam in elenchis dicitur quod ibi committatur fallacia antecedentis [vel accidentis.]

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in littera, qui probat demostrationem vniuersalem esse eminentiorem particulari. ergo aliqua demonstratio est particularis, sed demonstrationis particularis conclusio est particularis. ergo demonstrationis particularis conclusio non potest esse uniuersalis.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod aliqua conclusio potest dici uniuersalis prioristice loquendo, uidelicet quando prædicatum denotatur inesse substātiæ communi mediante signo vniuersali, & isto modo demonstrationis particularis conclusio potest esse vniuersalis, vt voluit primum argumentum. Similiter demonstrationis vniuersalis conclusio potest esse vniuersalis isto modo prioristice. Alio modo aliqua conclusio siue propositio potest dici vniuersalis posterioristice loquendo, quando videlicet prædicatum conuenit subiecto primo & adæquato sicut superius vniuersale accipitur in capitulo de vniuersali. & isto modo demonstrationis particularis conclusio non potest esse vniuersalis. aliter demonstratio particularis non esset particularis, quod implicat.

Pro cuius declaratione conclusum est hic secundum Albertum magnum, Egidium, & alios doctores, quod demonstratio dicitur quando demonstratur uniuersalis pasio de vniuersali subiecto ꝓprio primo siue adequato, vnde si habere tres angulos demonstraretur de figura non esset demonstratio vniuersalis, quia figura non vniuersaliter subijcitur & conuertibiliter tali passioni. non enim omnis figura habet &c. si uero præfata pasio demonstraretur de isochele vel de aliqua alia specie triāguli etiam non esset vniuersalis demonstratio, quia talis pasio non vniuersaliter, idest primo & adæquate siue conuertibiliter prædicatur de tali subiecto. sed talis demonstratio dicitur particularis quando videlicet prædicatur passio de aliquo subiecto non adequato quod est idem quod vniuersale posterioristi-

ce loquendo vt declaratum est.

Ex quo patet, ꝙ vniuersalem aut particularem demonstrationem non vocamus illam quæ particulari vel vniuersali signo determinatur.

S O L V T I O.

Ad primum ergo patet solutio ex dictis. Ad secundum dicit Egidius ꝙ illa diuisio, qua demonstratio diuiditur in demonstrationem quæ est per causam & in illam quæ est per effectum, est diuisio demonstrationis vniuersalis. si vero demonstratio generaliter considerata deberet diuidi, illa diuisio erit trimembris, videlicet, omnis demonstratio est per effectum vel per causam vel per habens in se causam. verum tamen si quis vellet adaptare primam diuisionem datam ad demonstrationem particularem diceret quod huiusmodi demonstratio est per causam, triangulus.n. in se habet causam quod est habere tres, videlicet angulum extrinsecũ &c. & ipsemet triãgulus est huiusmodi causa. non est enim inconueniens eiusdem esse plures causas ſm quẽdam ordinem. & quando dicebatur vel esse per causam remotam conuertibilem, dicitur quod sic tantum a qua valet argm̃ affirmatiue. non est ẽt inconueniens quod in eodem syllogismo sit fallacia & demonstratio, vt infra in fallacijs Doc. San. ad longum declaratum est.

LECTIO XXXVIII.

De dignitate demonstrationis vniuersalis, & est lectio. 38. S. Doc.

QVÆSTIO XLIII.

quę habet articulos duos.

TANDEM conclusum est de præeminentia demonstrationis particularis ad vniuersalem, vel vniuersalis ad particularem qualiter, videlicet, Philosophus varijs rationibus probat demonstrationem vniuersalem esse potiorem particulari. Circa quod quæruntur duo. Primo vtrum demonstratio vniuersalis sit potior particulari. Secundo vtrum vniuersalia sint magis scibilia & intelligibilia quam singularia siue particularia.

Sequitur in Philosopho & in S. Doc.
amplius si demonstratiõ.

A R T I C V L V S I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod demonstratio vniuersalis non sit potior & dignior demonstratione particulari. nã particularia sunt magis entia quam vniuersalia. ergo magis sunt demonstrabilia, & per consequens demonstratio particularis est potior. cõsequẽtia patet. quia particularia magis habent de ratione vnitatis, cum magis sint in se indiuisa, quia sunt incommunicabilia, non autem vniuersalia.

2 Præterea. Illa demonstratio est potior, q̃ est de perfectioribus, vt innuit hic Philosophus. sed demonstratio particularis est huiusmodi, quia vniuersalia cõtinentur in particularibus, sicut pars in toto, sed totum est perfectius suis partibus vt patet septimo *metaphysic.* igitur &c.

3 Præterea. Particularia continẽt totam perfectionem vniuersalium, & superaddunt, vt de se patet. ergo particularia sunt perfectiora, & sic idem quod prius.

4 Præterea. Illa demonstratio est potior, quæ perfectiori modo facit scire, vt patet per primam rationem Philosophi hic adductam. sed demonstratio particularis est huiusmodi. cum eius sit notitia determinara, ipsius vero demonstrationis vniuersalis notitia confusa, vt videtur. ergo &c.

O P P O S I T V M.

Sed contra est Philosophus in litera ibi. [Amplius si demonstratio est &c.]

C O N C L V S I O.

Respondeo dicendum, quod istud est secundum capitulum huius noni tract.

in,

in quo Philosophus determinando de præeminentia demonstrationis vniuersalis ad particularem, ponit vnam conclusionem, videlicet, quod demonstratio vniuersalis est potior & dignior particulari. quam conclusionem probat septem rationibus.

Quarum prima sumitur ex parte finis ipsius demonstrationis, quę talis est. Nam illa demonstratio, quæ magis facit scire, est potior. cum demonstratio sit syllogismus faciens scire. sed demonstratio vniuersalis est huiusmodi. ergo &c. nam syllogismus magis declarans causam magis facit scire. cum scire scit rei causam per demonstrationem cognoscere, sed demonstratio vniuersalis est huiusmodi cum vniuersale sit magis tale quam particulare. vniuersali enim magis inest per se aliquid adęquate, quam particulari, quia per alterum. sed illud, cui inest aliquid per se secundo modo perseitatis est causa eius. subiectum enim est causa propriæ passionis. ergo &c.

Secunda ratio est talis. Tunc maxime scire dicimur, vt patet secundo physi. & primo metaphysicę. cum deuentum est ad vltimum in omni genere causę, quo habito cessat inquisitio, quod maxime patet in causis finalibus, sed subiectum est in aliquo genere causæ ipsius passionis. ergo maxime scire dicimur, cum deuenimus vsque ad vltimum subiectum, sed per demonstrationem particularem demonstratur passio de vltimo subiecto quo habito cessat inquisitio, per demonstrationem vero vniuersalem deuenitur ad vniuersale, id est, ad subiectum adęquatum, quo habito cessat inquisitio causæ præsertim in isto genere terminorum, sed demonstratio vniuersalis magis facit scire quam particularis, & per consequens est potior & dignior, & hęc ratio sumitur a causis finalibus.

Tertia ratio, quæ sumitur ex parte obiecti demonstrationis aut scientiæ, quod est scibile, est talis. Nam illa demõstratio est potior, quæ est magis scibilium & demonstrabilium, demõstratio enim ad magis demonstrabile dicitur & scibile, sed demonstratio vniuersalis est hmõi. ergo &c. probatio mediæ. Nam finitum est magis scibile & demonstrabile, cum magis de se sit notum quam infinitum, quod de se est ignotum, sed quanto magis proceditur versus particularia, tanto magis itur versus infinitum, quia infinitum congruit materiæ, quæ est diuiduationis principium. vt patet tertio physicorum. quanto ergo proceditur versus uniuersalia, tanto magis itur versus ad simpliciter & finitum, quia ratio talis sumitur ex parte formę, quæ est simpliciter, & habet rationem finis, ut patet secundo physicorum.

Quarta ratio, quæ sumitur ex obiecto scientifico extensiue est talis. Nam cum finis demonstrationis sit facere scire, illa demonstratio est potior, quæ plura facit scire, sed demonstratio uniuersalis respectu particularis est huiusmodi. igitur &c. probatio mediæ. Nam ille qui habet cognitionem de uniuersali, singulare etiam cognoscit siue particulare, dummodo cognoscat ipsum uniuersaliter sub uniuersali contineri, sicut qui cognoscit omnem mulam esse sterilem, scit hoc animal, quod est mula, esse sterile, sed qui cognoscit particulare non propter hoc scit uniuersale, non enim si cognosco hanc mulam esse sterilem propter hoc cognosco omnem mulam esse sterilem. igitur &c.

Quinta ratio, quæ sumitur ex parte certitudinis primorum principiorum demonstrationis est talis. Quanto medium demonstrationis est propinquius primo principio, tanto demonstratio est potior, sed demonstratio uniuersalis procedit ex medio propinquiori primo principio, quod est propositio immediata. ergo demonstratio uniuersalis est potior q̃ sit particularis: ꝓbatio primę. Nam illa demr̃atio, q̃ est certior dr̃ esse potior. sed illa demr̃atio procedit

procedit ex medio propinquiori primo principio, quod est propositio, immediata. ergo talis demonstratio est potior. Probatio medię. nam si oportet demonstrare. a. quod est vniuersalissimum, puta substantiam de eo, quod est particularissimum, puta de homine & accipiantur b.c. ita quod b. sit superius quam.c. puta viuum & animal. manifestum est, quod b. a. viuum, eo quod est vniuersalius erit immediatius ipsi a. videlicet, substantię, & ipsum magis cognoscetur, quia per.c. idest, animal quod est minus vniuersale. ergo &c.

Sexta ratio, quæ sumitur ex euidentia cognitionis est talis. Illa demonstratio est potior, quæ procedit ex euidentioribus & potioribus cum alia magis faciant scire. sed demonstratio vniuersalis est huiusmodi. ergo &c. Probatio medię. nam qui habet cognitionem vniuersalis propositionis, ex qua demonstratio vniuersalis procedit, habet saltem cognitionem particularis in potentia, & non econuerso. ergo demonstratio vniuersalis procedit ex euidentioribus, quod fuit probandum.

Septima ratio, quæ sumitur ex euidentia intellectus supra sensum est talis. Illa demonstratio est potior, quæ determinatur ad intellectum quam illa, quæ determinatur ad sensum, quia intellectus est dignior & potior sensu: ut patet tertio de anima. sed demonstratio uniuersalis fertur & terminatur ad intellectum, cum vniuersale solo intellectu terminetur uel cognoscatur. demonstratio uero particularis terminatur ad sensum. quia particulare solum directe cognoscitur per sensum, ideo demonstratio vniuersalis est potior & dignior demonstratione particulari.

Considerandum est autem circa prędictas rationes, quod prima & quinta prædictarum rationum uidentur esse analyticę, utpote procedentes ex primis principiis demonstrationis. Alię uero rationes præcipue tertia & quarta, quę accipiunt pro medio id, quod est commune omni cognitioni, dicuntur magis logicę. quia scilicet procedunt ex communioribus principiis, quæ non sunt demonstrationis principia. Sexta ratio supra posita non differt a quarta, nisi quod in quarta fit comparatio conclusionum, quæ cognoscuntur per demonstrationem. in sexta uero ratione est comparatio propositionum ex quibus demonstratio procedit. hęc Doct. S. in lec.

Considerandum est ulterius circa primam rationem secundũ Egidium, q̃ demonstratio potissima accipit medium propter quid respectu passionis non absolute, sed ut est in tali subiecto, unde tale subiectum non est subiectum particulare, sed uniuersale, idest, q̃ demonstratio uniuersalis est potior particulari. Prædicta autem causalitas debet referri ad medium non absolute, sed ut comparatum ad passionem, non simpliciter, sed ut habet esse in subiecto. unde talis causalitas non potest esse in medio, nisi ipsum subiectum sit causale. Et quia huiusmodi accipit demonstratio uniuersalis, non particularis, ideo demonstratio uniuersalis dicitur magis causalis quam particularis.

Considerandum est ulterius pro declaratione secundæ rationis secundum Doc. S. in lec. quod aliquid est finis alterius & quantum ad fieri, & quantum ad esse, quantum ad fieri quidem, sicut generatio est propter formam inducendam, quantum ad esse autem, sicut domus est propter habitantes, uel propter habitationem, unde usque ad primam causam finalem quęrimus propter quid fiat aliquid. aut propter quid sit aliquid. quousque nihil sit aliquid quod possit assignari quam hoc ad quod peruentum est propter quid fiat, uel sit illud, de quo quærit propter quid. Et hoc ideo est, quia illud quod sic est vltimum, ubi nihil aliquid aliud sit ulterius quęrendum est id quod est uere finis, & terminus quod quæritur

queritur cum quærimus propter quid. Exẽpli gratia queratur cuius causa aliquis iuit, & respondeatur, ut accipiat argentum, hoc autem propter quid: vt scilicet reddat debitum, & hoc ꝓpter quid.s. vt non iniuste agat, sic semper procedendo quando iam non erit amplius aliquid aliud propter quid sicut propter finem, puta cũ peruenerimus ad vltimum finem, qui est beatitudo, dicemus quod propter hoc uenit, & non propter aliud sicut propter finem, & quando ad hoc peruenerimus, scimus tũc propter quid uenit. Si igitur ita se habet in alijs causis sicut in finalibus, tunc maxime sciemus, quando ad ultimum fuerit peruentum. hæc ille.

Considerandum est ulterius secundum Egidium, quod non competere ꝑ aliud conuenit dupliciter. uno modo non per aliud subiectũ. Alio modo non per aliam causam, quandiu autem passio demõstratur de subiecto aliquo cui competit per aliud subiectum est demõstratio particularis, ut declaratum est, quando autem deuentum est ad subiectum, cui competit passio nõ per aliud subiectum, sed per aliam causam, est demonstratio uniuersalis, quando uero deuentum est ad tale subiectum, & talẽ causam, nec per aliud subiectum, nec ꝑ aliam causam, est demonstratio uel ꝓpositio immediata indemonstrabilis, ꝙ est principium scientiæ & demonstrationis, & licet talium propositionum & similium non sit scientia, sed intellectus, ipsæ tamen maxime faciunt scire aliquid. intellectus enim est principium scientiæ & demonstrationis ut supra dictum est.

Considerandum est finaliter, circa quintam rationem, quod non est inconueniens, quòd aliqua propositio diuersis respectibus uel rationibus sit mediata & immediata, principium & proxima principio. nam ut declaratum est, id quod non est per aliud id est immediatum & indemonstrabile. Sicut ergo est duplex non per aliud, uel quia non per aliud subiectum, vel qa non per aliam cãm. sic duplex dicitur immediatum, & indemonstrabile, uel secundum subiectum uel secundum causam. Ex quo autem triangulus est propositio immediata & non mediata, indemonstrabilis, & demonstrabilis, & est principium & ꝓxima principio. Immediata est enim & indemonstrabilis per subiectum, cum triangulum sit immediatum subiectum illius passionis, uidelicet eius quod est habere tres angulos intrinsecos æquales &c. secus est de angulis extrinsecis. potest enim prædicta propositio demõstrari per aliam causam, & hoc modo est ꝓpõ mediata, quę quidẽ propositio est principium in demonstratione particulari, ubi demonstratur non per aliud subiectum, & non est principium, sed proxima principio, idest causæ, quia habet in se præcisam causam, per quam demonstratur demonstratione uniuersali talis passio de tali subiecto. hæc omnia Egidius.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod demonstratio non dicitur particularis, quia particularia entia demonstrat, sed quia passionem uniuersalem de particulari, idest non adæquato, siue per se primo subiecto semper aliud demonstrat. Vnde dato quod particularia, siue singularia simpliciter sint magis entia quã vniuersalia nihil tamen ad propositum. & sic patet solutio ad secundum & tertium. Ad quartum dicendum, quod ipsius demonstrationis particularis non est cognitio distincta in propria natura, sed cognitio alicuius in aliquo non per se primo, sed per aliud, vt supra declaratum est. Demonstratio uniuersalis facit scire per se primo, siue adæquate. vnde ratio assumit falsum, & falsum supponit.

Sequitur vbi supra in Philosopho, & Doc. S. impertinenter tamen &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd uniuersalia non sunt ma-

magis scibilia & intelligibilia quã particularia, vt uoluerunt tertia, & septima rationes Philosophi supra adductæ: Nam illud quod primo occurrit intellectui nostro est magis intelligibile, sed particularia primo occurrunt intellectui nostro cum primo cadunt sub sensu aliquo, quælibet nostra cognitio intellectiua ab ipsis originem trahit, ut ex supradictis patet. ergo &c.

2 Præterea. Vniuersalia sunt difficilima ad cognoscendum, ut patet primo metaphysicæ. ergo nõ sunt maxime intelligibilia & scibilia.

3 Præterea. Vniuersale est minus indiuisum, cum sit diuisibile, quam singulare. ergo est minus unum, & per consequens minus ens. cum vnumquodque eodem modo se habeat ad vnitatem & entitatem, ut patet quarto metaphysicæ. ergo quod prius.

OPPOSITVM.

Sed cõtra est Philosophus vbi supra: præsertim in tertia, & septima ratione superius adductis.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod vniuersalia sunt in duplici differentia, ut in lõgum est in summa philosophiæ adductum. Nam quædam sunt uniuersalia in causando, & talia licet in se sint maxime scibilia & intelligibilia, sunt tamen difficillima nobis ad cognoscendum Alia sunt vniuersalia in prædicando, & talia possunt dupliciter considerari. Vno modo comparando ea ad particularia simpliciter, quæ dicuntur singularia determinata, & sic vniuersalia sunt magis intelligibilia, cum intelligantur directius quam particularia, quæ intelliguntur duntaxat reflexe. Alio modo possunt considerari per respectum eorum quę dicuntur minus uniuersalia, sicut homo dicitur quoddam particulare respectu animalis, & hoc dupliciter. Vno modo loquẽdo de cognitione cõfusa, & sic vniuersalia sunt magis intelligibilia, ut patet primo physicorum. Alio modo loquẽdo de cognitione determinata & distincta, & sic particularia sunt magis intelligibilia, & per consequens tali cognitione magis cognoscibilia.

Considerandum est tamen, quod uniuersale potest adhuc accipi dupliciter. vno modo complexe, videlicet pro propositione uniuersali. Alio modo incomplexe, uidelicet pro termino communi prædicabili de pluribus siue de multis. Primo modo potest accipi dupliciter, vt supra dictum est. vno modo prioristice, videlicet pro propositione uniuersali uniuersalitate signi, & isto modo nihil ad propositum. Alio modo potest accipi posterioristice uidelicet pro propositione, in qua prædicatur propria passio de subiecto adæquato. E conuerso vero propositio particularis pro propositione, in qua prædicatur propria passio de non subiecto adæquato. Et isto modo uniuersale est magis scibile scientia demonstratiua, & magis intelligibile, quia proximũ intellectui. i. propositioni immediatæ, cuius est intellectus, & non scientia demonstratiua, ut satis supra declaratum est. Si vero accipiatur uniuersale incõplexe, distinguendum ut supra in capite corporis articuli processimus. Et licet naturalia, quæ sunt minus scibilia quam mathematica, sint magis demonstrabilia extensiue per plures videlicet causas, non autem intensiue, eo quod mathematica fiunt certiora & notiora per unũ genus causæ quam naturalia per omnia genera causarum, licet etiam vniuersalia sensu percipiantur per alterum, & etiam singularia, tamen uniuersale dicitur intelligibile non sensibile, non quia non sentiatur, sed quia sub sua rõne formalis uniuersalitatis apprehendi non potest nisi ab intellectu.

SOLVTIO.

Ad primum ergo & secundum patet solutio ex dictis. Ad tertium dicendum, quòd ens potest accipi quadrupliciter, ut dicit Paulus Venetus. vno modo in ratione entitatis, & isto modo singularia sunt magis entia quam uniuersalia participialiter accipiendo ens, secus autem

tem si nominaliter accipiatur. vt supra declaratum est. Secundo modo in ratione subiecti, cui participialiter aliquid inhæret, & isto modo vniuersale est magis ens quam singulare vel particulare. quia vniuersalia per se primo subiiciuntur suis propriis passionibus, non autem particularia.primo licet per se subiiciantur huiusmodi passionibus. proprium enim inest primò speciei, & per speciem indiuiduis secundum Porphyrium in vniuersalibus. Tertio modo in ratione obiecti mouentis vim cogitatiuam, & terminantis actum intellectus,& isto modo vniuersalia sunt magis entia quã particularia, vt patet primo physicorum.Quarto modo in ratione mensuræ non solum perfectionis sed etiam durationis & mutationis, & isto modo etiam vniuersalia sunt magis entia quam particularia, cum sint perpetua & æterna, non autem particularia. Vnde loquendo de entitate, quæ ad rationem cognitionis scientificæ & intellectiuæ cõfert, vniuersale est magis ens quam particulare, & magis vnum & indiuisum transcendenter loquendo.

LECTIO XXXVIIII.

De comparatione demonstrationis affirmatiuæ ad negatiuam,& est lectio.39.S.Doctoris.

QVAESTIO XLIIII.

quę habet articulos duos.

AMplius considerandum restat de pẽminentia demrãtionis affirmatiuę ad negatiuam. Circa quod quæruntur duo. Primo vtrum demonstratio affirmatiua sit potior & dignior negatiua. Secundo vtrum propositio affirmatiua sit potior & notior negatiua

Sequitur in Philosopho & in S.Doct. quod autem demonstratio.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur,quod demonstratio affirmatiua non sit potior negatiua. Nam illa demonstratio est potior, quæ est magis per causam, vt in præcedenti capitulo Philosophus dicit.sed demonstratio negatiua est huiusmodi, quod sic patet. Nã demõstratio negatiua est ꝑ causam remotam.sed causa remota est potior & magis causa quam propria, vt in physicis declaratur,& patet in quolibet genere causarum inductiue. ergo demonstratiõ e affirmatiua est potior negatiua

2 Præterea. Syllogismus negatiuus est potior affirmatiuo. ergo demonstratio negatiua, cum sit quidam syllogismus &c.est potior affirmatiua.añs patet quia virtus syllogismi negatiui ad plura se extendit, cum habeat fieri in qualibet figura quam virtus syllogismi affirmatiui, cum non habeat fieri nisi in prima figura ut in libris priorum declaratur.ergo &c.

3 Præterea. Nulla est demonstratio negatiua ergo suppositum quæsiti est falsum.añs patet.Nã uel talis demõstratio esset vl̃is, uel particularis.nõ primũ quia per talẽ demrãtionẽ declaratur ꝑpria passio de proprio subiecto & adęquato. ergo nulla demonstratio vniuersalis vel particularis est negatiua.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in litera ibi[Quod autem demonstratio affirmatiua priuatiua &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, ꝙ istud est tertium capitulum huius noni tractatus in quo Philosophus determinãs de pẽminẽtia demrãtionis vl̃is affirmatiuę supra negatiuam ponit vnã cõclusionẽ, ꝗ est rñsiua ad q̃situ, uidelicet ꝙ demrãtio affirmatiua ẽ potior & dignior negatiua, quam conclusionem probat Philosophus quinque rationibus secundum deductionem Do. S.quarũ prima talis est.

Nam

Nam illa demonſtratio eſt potior & dignior, quę paucioribus petitionibus, aut ſuppoſitionibus, aut propoſitionibus vtitur, tum primo quia velocius & appetibilius facit ſcire, tum ſecũdo q̨a ex notioribus procedit, ſed demonſtratio affirmatiua paucioribus vtitur quã demonſtratio negatiua qualitatiue loquendo, non autem quantitatiue, quia vtraque ex duabus propoſitionibus, & duobus terminis tantum procedit. ſed demonſtratio affirmatiua eſt tantum ex affirmatiuis. negatiua vero tam ex affirmatiuis quam negatiuis., cum ex puris negatiuis nihil ſequatur, & ex puris negatiuis non ſequatur ꝯcluſio negatiua. ergo demonſtratio affirmatiua potior eſt & dignior negatiua. Secunda ratio talis eſt. Illa demonſtratio eſt potior., q̃ ex efficacioribus procedit, ſed demonſtratio affirmatiua eſt huiuſmodi, cum procedat ex duabus affirmatiuis ex quibus poteſt fieri ſyllogiſmus, ex duabus autem negatiuis nihil ſequitur. propoſitiones ergo affirmatiuæ, ex quibus demonſtratio affirmatiua procedit., ſunt efficacioris virtutis quam negatiuæ. ergo &c. Tertia ratio eſt iſta. Nam illa demonſtratio eſt potior & dignior, quæ procedit ex potioribus & credibilibus. ſed demonſtratio affirmatiua eſt huiuſmodi. ergo &c. Nam negatiua propoſitio maxime probatur per affirmatiuã, & non econuerſo. ſed illud, ꝑ quod aliquod demonſtratur, eſt credibilius eo, quod per ipſum demonſtratur. ergo ꝓpoſitio affirmatiua ex qua. ſ. demonſtratio affirmatiua procedit, eſt notior & credibilior propoſitione negatiua. ergo demonſtratio affirmatiua procedit ex certioribus & credibilibus. Probatio maioris proſyllogiſmi. nam ſi augmentatur demonſtratio negatiua, hoc eſt ſi proſyllogizentur pręmiſſæ demonſtrationis negatiuæ, quòd eſt augmentare demonſtrationem, plures accipientur affirmatiuę quam negatiuæ. Nã ad proſyllogizandum affirmatiuam accipientur ambę affirmatiuæ, & per conſequẽs in demõſtratione negatiua propoſitiones affirmatiuæ maiorem efficaciam habent ad probandum negatiuam quam econuerſo. Sed dicet aliquis quod hæc ratio videtur contradicere primæ, quæ dicebat, quòd illa demonſtratio eſt potior, quæ procedit ex paucioribus. dicẽdum vt dicit hic Egidius, quòd hæc ratio & prima loquitur hic æquiuoce de pluralitate. Nam prima ratio ex paucitate mediorum arguit dignitatem affirmatiuæ, ſuppoſito autem numero mediorum ex pluralitate propoſitionum affirmatiuarum arguit dignitatem vel efficaciam propoſitionis affirmatiuę, & per conſequens dignitatem eius.

Quarta ratio eſt talis. Nam illa demonſtratio eſt potior, quę procedit ex principijs potioribus, ſed demonſtratio affirmatiua eſt huiuſmodi. ergo &c. probatio mediæ, quia medium ex quo procedit demonſtratio affirmatiua eſt propoſitio affirmatiua. principium vero a quo procedit demonſtratio negatiua, eſt propoſitio negatiua, ſed propoſitio affirmatiua eſt potior negatiua cum ſit prior, ſicut eſſe præcedit non eſſe, & notior cum per affirmatiuam probetur negatiua, & non econuerſo. Et ſi dicatur hæc ratio videtur eſſe idem cum ꝑcedentibus, videlicet quod negatiua eſt minus nota quam affirmatiua.

Dicendum quod ſecundum apprehenſionem intellectus noſtri, vniuerſalis affirmatiua immediata, quæ eſt principiũ demonſtrationis affirmatiuæ eſt prior & notior quam propoſitio uniuerſalis negatiua immediata, quæ eſt principiũ demonſtrationis negatiuæ. Nam vt in elenchis dr̃, in non eſſe includitur eſſe, & in negatione includitur dictio, ideſt affirmatio, attenditur ergo prioritas ſecundum ordinem intellectus in hac ratione Sed quantum ad ordinem ſyllogiſticum negatiua habet probari per affirmatiuam, ut præcedens ratio uoluit, in qua attenditur prioritas ſecundum ordinem ſyllogiſticum, unde hæc ratio a pręcedenti differt & non cum ea coincidit. Quinta ratio eſt talis. Illud ex quo aliquid depẽdet eſt nobili⁹ eo quod dependet

pen-

pendet, sed ex demonstratione affirmatiua depēdet negatiua, quia non potest esse negatiua demonstratio absq; affirmatiua propositione, quia non probat nisi per affirmatiuā propositionem, ergo demonstratio affirmatiua est potior negatiua.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum, quod licet causa remota in eodem genere causæ sit magis causa, & efficacior secundū virtutem quam proxima causa, tamen causa proxima est magis causa simpliciter. Inde est quòd effectus magis assimilatur causę proximę quam remotę, etiā posita causa proxima ponitur effectus, & non posita causa remota, ut in septimo diuinæ philosophiæ clarius disputatur. Ad secundum dicendum, quod licet syllogismus negatiuus sit potior extensiue quam syllogismus affirmatiuus, tamen affirmatiuus potior est intensiue, vt satis declaratum est, unde ratio laborat in ęquiuoco. Ad tertium dicendum, quòd demonstratio negatiua potest esse, tam uniuersalis quam particularis. Non enim semper in qualibet demonstratione uniuersali demonstratur de proprio subiecto, sed aliquando remouetur ab opposito proprij obiecti. ergo &cæt.

Sequitur vbi supra in Philosopho, & Doc. S. impertinenter &c.

ARTICVLVS II.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod propositio affirmatiua non sit prior & notior propositione negatiua. Nam non esse præcedit esse, quia res antequam producantur in esse prius habent nō esse, sed propositio negatiua indicat non esse, propositio uero affirmatiua indicat esse. ergo propositio negatiua prior est ipsa propositione affirmatiua.

2 Præterea. Compositiora sunt nobis notiora & priora, ut patet in primo physi. sed negatiua propositio compositior est quam affirmatiua cum affirmatiuam includat, & non econuerso. ergo &cæt.

3 Præterea. Primum principium est notissimum & firmissimum, ut probatur, quarto metaphysicæ, sed tale est ꝓpositio negatiua, videlicet, impossibile est idem simul esse, & non esse, ut ibidē patet. ergo propositio negatiua est cūctis alijs propositionibus notior.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus vbi supra ꝑcipue in quarta ratione ibi. ¶ Amplius si principium &c.

CONCLVSIO.

Rn̄deo dicendum, ꝙ quamuis in uno & eodem, quod de non ente ad esse ꝓcedit, non esse si prius quam esse etiam tp̄e, vt uoluit primum argumentum. tn̄ esse simpliciter est prius non esse, cuius ratio hic assignatur a Doc. San. quia nō entia non producuntur in esse nisi ab aliquo ente existente in actu. ergo esse simpliciter præcedit non esse, vnde in nono metaphy. dicitur, quod in vno & eodem generabili & corruptibili potētia præcedit actum, prius enim fuit sortes in potentia quam in actu esset. simpliciter tamen actus pręcedit potentiā. Nam cum de potentia nihil reducatur in actū nisi per actum, si enim actus nō precederet simpliciter potētiam, entia possent esse si nihil actu esset, quod est absurdum dicere. Cum ergo esse se habeat ad non esse, sicut actus ad potētiam, simpliciter esse pręcedit non esse. Et cum propositio affirmatiua explicet esse, & propositio negatiua non esse, ut in li. periherme. patet, relinquitur, quod propositio affirmatiua est prior negatiua. Et cum de prioribus prior sit speculatio, propositio affirmatiua est notior quam sit negatiua.

SOLVTIO.

Ad primum ergo patet solutio ex dictis. Ad secundum dicendum, quod licet compositiora sint priora quo ad nos cognitione confusa, tamen simpliciter illa, quæ sunt simpliciora sunt priora ordine naturæ.

Ad

Ad tertium dicendum, quod licet illud primum principium secundum uocem ſit negatiuum, ſecundum tamen ſignificatum eſt affirmatiuum, ut ibidem clarius diſputatur.

LECTIO XL.

De comparatione demonſtrationis oſtenſiuę adducente ad impoſſibile, & eſt lect.40. S. Doct.

QVAESTIO XLV.

quę habet articulos duos.

Deinde conſiderandum reſtat de dignitate demonſtrationis oſtenſiuæ. Circa quod q̄runtur duo. Primo utrum demonſtratio oſtenſiua ſit nobilior & prior quam ſit demonſtratio ducēs ad impoſſibile. Secundo utrum ſit aliqua demonſtratio ducens ad impoſſibile.

Sequitur in Philoſopho & in Doc. S.

Quod quidem cathegorica.

ARTICVLVS I.

Ad primum ſic proceditur. Videtur quòd demonſtratio oſtenſiua non ſit potior demonſtratione ad impoſſibile. Nam inter demonſtrationem oſtenſiuam & ad impoſſibile non eſt cōparatio, cum non ſit eiuſdem generis. ergo una non eſt dignior & potior altera, quod eſt ſuppoſitum.

2 Præterea. Demonſtratio ad impoſſibile eſt euidentior, quam ſit oſtenſiua. ergo eſt potior & dignior, probatur antecedens, quia fundatur immediate in primo principio, quod eſt euidētiſſimū. nam cōcludit aliquam propoſitionem eſſe uerā, q̄a ſua ꝯdictoria eſt falſa. l. ex. n. contradictoriarū fundatur in primo principio immediate igitur &c.

OPPOSITVM.

Sed contra eſt Philoſophus in litera ibi. [Quod quidem cathegorica ſiue affirmatiua dignior ſit priuatiua manifeſtum eſt & ad impoſſibile ducenter &c.

CONCLVSIO.

Reſpondeo dicendum, quod iſtud eſt vltimum capitulum huius noni tractatus, in quo philoſophus determinando de demonſtratione oſtenſiua per reſpectum ad demonſtrationem quæ eſt ad impoſſibile quantum ad præeminentiā ponit unam concluſionem, quæ eſt reſponſiua ad quęſitum uidelicet, quod quælibet demonſtratio oſtenſiua eſt potior demōſtratione ad impoſſibile, quæ probatur tali ratione philoſophi ſecundum Doc. Sā. Nam illa demōſtratio eſt potior & dignior, quæ procedit ex notioribus & prioribus. ſed demonſtratio oſtenſiua eſt huiuſmodi. ergo &c. probatio minoris. Nam quod demōſtratio oſtenſiua ſit ex prioribus & notioribus patet ex præcedentibus, quod autē demonſtratio oſtenſiua negatiua ſit huiuſmodi patet. Nam præmiſſæ ex quibus inferuntur concluſiones, ſunt naturaliter priores concluſione, ſed in ordine ſyllogiſtico demonſtratio oſtenſiua negatiua accipit fidem ex *una propoſitione* negatiua maiore, quę *infert* negatiuam concluſionem, a qua demonſtratio ad impoſſibile fidem accipit, ut patet ſic ſyllogiſtice procedendo. nulla ſubſtantia eſt relatio, quoddam corpus non eſt relatio, hæc eſt demonſtratio oſtenſiua negatiua, quæ fidem ſumit ab illa maiore negatiua, uidelicet nulla ſubſtantia eſt relatio. Si quis uero negaret illam concluſionem, ſyllogizator acciperet oppoſitam eius tacite conceſſam ſic procedendo ad impoſſibile. omne corpus eſt relatio, iſta eſt manifeſte uera, quia oppoſita eius ſiue contradictoria per te eſt falſa, quam negaſti uidelicet quoddam corpus non eſt relatio. ſed omne corpus animatum eſt corpus. ergo omne corpus animatum eſt relatio. concluſio eſt manifeſte falſa. ergo aliqua præmiſſarum. igitur &c.

Iſta

Ista demonstratio sumit fidem ab illa negatiua conclusione uidelicet quoddam corpus non est relatio uirtute legis contradictoriarum, patet ergo quod demonstratio ostensiua fidem sumit ex prioribus & notioribus quam demonstratio ad impossibile,& per cõsequens est potior & dignior & nobilior.

Considerandum est secundum philosophum quod demõstratio ostensiua & ad impossibile conueniunt & differunt. conueniunt quidem in syllogismi ordinatione terminorum, sed in hoc differunt quia demonstratio ostensiua a prioribus & notioribus fidem accipit quàm demonstratio ducens ad impossibile, vt dictum est: quæ autem sit demonstratio ostensiua & ad impossibile in sequenti articulo declarabitur.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod licet inter ea quæ sunt diuersorum generum, non sit comparatio proprie dicta, cum talis comparatio similitudinẽ proprie dictam includat, tamẽ inter ea bene est comparatio communiter accepta, eodem modo quo inter ea reperitur similitudo. Ad secundum dicendũ negando minorem propter rationem in corpore assignatam. euidentior est enim illa propositio a qua fidem accipit demonstratio ostensiua, quàm illa a qua trahit fidem demonstratio ducens ad impossibile vt dictum est.

Sequitur vbi supra in Philosopho, & Doc.S.impertinenter &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod nulla sit demonstratio ducens ad impossibile. nam demonstratio procedit ex prioribus, sed syllogismus ad impossibile non procedit ex prioribus vel notioribus, ut in præcedẽti articulo deductum est. ergo syllogismus ducens ad impossibile non est syllogismus demr̃atiuus licet sit prioristicus.

2 Præterea. Quilibet demonstratiuus procedit ex principijs veris verum concludens, ut patet per diffinitionem demonstrationis superius adductam, sed demõstratio ad impossibile ex falso cõcludit impossibile. ergo idem quod prius.

3 Preterea. Omnis demonstratio est syllogismus vt patet per diffinitionem primam demonstrationis, sed processus syllogisticus ducens ad impossibile nõ est syllogismus, cum non constet tantũ ex tribus terminis & duabus propositionibus, quod de se patet, quod tamen ad rationem syllogismi requiritur vt patet primo priorum. ergo &c.

4 Præterea. Omnis demonstratio est uel propter quid vel quia est ut patet p philosophum supra. sed deductio ad impossibile ducens non est propter quid neque quia cum non procedat per cãm vel per effectum quia nihil est causa uel effectus alicuius impossibilis. ergo nulla est demr̃atio ducens ad impossibile.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus ostẽdẽs demonstrationem ostensiuam esse nobiliorem & potiorem demonstratione ducente ad impossibile.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod aliqua est demr̃atio ad impossibile videlicet illa q̃ ex una præmissarum manifeste ueram accipit, cuius falsitatis cõcludit ueritas sui oppositi ꝯdictorij. ad falsitatẽ alterius ꝑmissarũ ab ea q̃ est manifeste uera ut patet syllogizãdo. si quis negat istã, homo est risibilis sumatur suum oppositũ, & sic arguatur, nullus homo est risibilis, omne animal rõnale est homo. ergo nullum animal rõnale est risibile. ꝯclusio est manifeste falsa. ergo aliqua præmissarum nõ minor cum diffinitum prædicetur de diffinitione, ergo maior videlicet illa, nullus homo est risibilis est falsa. tunc si, ista est falsa, nullus homo est risibilis. ergo sua contradictoria est uera uidelicet homo est risibilis q̃ fuit negata, ex quo patet ꝙ ĩ demr̃atione ducẽte ad impoe est triplex ꝓcess⁹.

Primus est ab vna manifeste vera cum altera falsa ad conclusionem manifeste falsam. Secũdus a falsitate conclusionis ad falsitatem alicuius præmissarum. Tertius a falsitate alterius præmissarum ad falsitatem suę oppositę, vt clarius patet in secundo priorũ. demonstratio vero ostensiua dicitur illa in qua est unus tantum processus a præmissis videlicet ad conclusionem sic arguendo, omne animal rationale est risibile, sed omnis homo est animal rationale. ergo omnis homo est risibilis.

Sed instabat discipulus. Nam ẽm Philosophum in littera. illud ex quo fit syllogismus oportet ꝙ se habeat sicut totũ ad partem uel sicut pars ad totũ. sed in deductione ad impossibile nihil est ꝙ se habeat sicut totum ad partem uel econuerso, cum ipsius impossibilis nullum sit totũ vel pars ex quo talis deductio non est syllogismus, & per consequens non est demonstratio, cum omnis demr̃atio sit syllogismus. Dicẽdum ꝙ illud ex quo fit syllogismus proprie est medius terminus vt dicit hic Egidius. medius autẽ terminus se habet ad extremitates sicut totum ad partes vel sicut pars ad totũ. Nam in secunda figura medius terminus utrobique prædicatur. ergo se habet ad extremitates sicut totum ad partes, prædicatum enim habet rationem totius respectu subiecti. In tertia uero figura utrobique subijcitur. igitur se habet sicut pars ad totum. In prima aũt figura medius terminus se habet in maiore sicut pars ad totum, cum ibidem subiiciatur. in minori uero se habet sicut totum ad partes. cum in ea prędicetur medius terminus. ergo terminus ex quo aliquid syllogistice infertur in quolibet syllogismo se habet ad extremitates sicut totum ad partes vel econuerso. licet ipsius impossibilis nõ sit totum aut pars maxime in essendo, eius tamen potest esse totum & pars in inferendo. unde argumentum nullum.

Considerandum est hic secundum Egidium ꝙ demonstratio ad impossibile sẽper facit fidem ex non esse, quia semper facit fidẽ interimendo ↄclõnem. interimere aũt conclusionem est cõclusionẽ non esse, tamen non esse æquipollet affirmatiua, quia non esse medium est affirmationem esse.

Cõsiderandũ est vlterius ꝙ sicut non cõcedẽti verũ oportet illud verũ declarari ꝑ aliud uerius ꝑꝑ quod præmissæ dicuntur semper veriores & notiores cõclusione. sic si aliquis concedat falsum oportet ꝙ impugnetur ducendo ipsum ad aliquid falsius. & quia in demonstratione ad impossibile semper ex falsitate conclusionis probatur esse falsitas in aliqua pręmissarum, oportet semper in omni tali demonstratione ꝙ conclusio sit falsior quam præmissa. ex quo patet ꝙ semper syllogismi ad impossibile debẽt habere cõclusionẽ falsá manifeste.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, ꝙ illa diffinitio demonstrationis datur de demõstratione ostensiua propter quid & non de demonstratione in communi. & per hoc patet solutio ad secundum. Ad tertium dicendum, ꝙ argumentum illud ꝓcedit de syllogismo simplici in quo videlicet est unus discursus, vnde ratio laborat in æquiuoco. Ad quartum dicendum, quod ista diuisio qua demõstratio diuiditur in demonstrationem propter quid & quia, est diuisio demonstrationis ostensiuæ, & non diuisio demõstrationis in communi, unde non sequitur.

LECTIO XLI.

De vnitate ac diuersitate scientiæ & dignitate, & est lect. 41. Sancti Doctoris.

QVAESTIO XLVI.

quę habet articulos tres.

IDeo considerandum restat de effectu demonstrationis comparatiue videlicet de sciẽtia. Circa quod dupliciter occurrit consideratio.

deratio Nam primo considerandum est de scientia per comparationem ad alias scientias. Secundo considerandum est de scientia p cōparationem ad alios cognoscendi modos. Quantum ad primū duplex occurrit consideratio. Primo cōsiderandum est de comparatione scientiæ ad scientiam secundum certitudinē, vnitatem, & pluralitatem. Secundo de his quorum est scientia obiectiue. Tertio de principijs demonstrationis in communi. Circa primum quæruntur tria. Primo utrum vna scientia sit altera dignior. Secundo vtrum scientia accipiat unitatem a suo subiecto. Tertio vtrum scientia accipiat diuersitatem a diuersitate principiorum.

Sequitur in Philosopho & in S. Doc.

Scientia autem certior.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ una scientia non sit dignior altera. Nam scientia non suscipit magis neque minus. ergo scientia una non est dignior altera. antecedens patet. nam susceptio magis & minus causatur in depuratione contrarii a contrario, vel permixtione vnius cum altero vt Themistius deducit in presenti, sed in prima specie qualitatis in qua est scientia cum sit habitus non est contrarietas, ut ibidem per Philosophū patet. ergo &c.

2 Præterea. Si una scientia esset dignior altera maxime illa esset d gnior quæ dicit propter quid & quia, quam illa quæ dicit quia separatum a propter quid, vt vult philosophus hic in prima ratione, sed hoc non potest dici quia sic sacra theologia non esset dignior cæteris, cum non dicat propter quid potissime de suo subiecto, cum non habeat causam aliquam. igitur una scientia nō est dignior altera.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in præsenti capitulo ibi. [Scientia autem est certior &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod iste est decimus tractatus siue undecimus huius primi posteriorum, in quo Philosophus determinat comparatiue de effectu ipsius demonstrationis qui est scientia postquam determinauit comparatiue de demonstratione, videlicet per respectum ad alteram. in quo quidem tractatu continentur quattuor capitula. In primo capitulo determinat de scientia quantum ad tria videlicet ad vnitatem, certitudinē, & diuersitatem. In secūdo vero capitulo ibi. [Quod autem quod est a fortuna &c.] determinat de his quorum est scientia obiectiue. In tertio uero determinat de principiis ostendendo quod non omnium demonstrationum sunt eadem principia ibi. [Eadem autem principia &c.] In quarto autem determinat de scientia comparatiue ad alios habitus cognoscitiuos ibi. [Scibile autem & scientia &c.] In primo capitulo Philosophus ponit tres principales conclusiones, de quarum duabus ultimis videbitur in sequentibus articulis. Prima vero conclusio quæ est responsiua ad quæsitum talis est, uidelicet quod una scientia est nobilior siue dignior altera. hæc conclusio probatur tali ratione secundum Philosophum. nam illa scientia est altera dignior quæ est certior & prior, ut deducitur in procemio de anima. sed una scientia est altera certior quod probat Philosophus tribus rationibus. quarum prima talis est. illa sciētia est prior & dignior quæ facit scire quia & propter quid, quàm ea quæ facit scire quia separatum a propter quid, a fine enim res denominari habet. sed aliqua scientia facit scire quia & propter quid, vt puta scienta subalternans aliqua facit scire quia & nō propter quid, sicut sciētia subalternata. ergo una scientia est prior & certior altera. Secunda ratio est talis, illa scientia quæ est de non subiecto, idest de materia non sensibili est prior & certior illa quæ est de subiecto. sed aliqua scientia est de non subie

cto, sicut metaphysica: aliqua vero de subiecto, sicut musica quę est de numero sonorũ. ergo aliqua sciẽtia est prior & certior altera, sicut arithmetica est prior & certior musica; prior quidem quia musica vtitur principijs arithmeticis ad aliud: certior autem quia incertitudo causatur propter transmutabilitatem materię sensibilis, vnde quanto magis acceditur ad eam tanto scientia est minus certa. Tertia ratio talis est. nam ;il la scientia quæ est de paucioribus, vt patet primo metaphysicæ, est prior & certior ea quæ se hẽt ex appositione siue additione. simplicia enim priora sunt & certiora secũdum viam compositionis. sed aliquę sciẽtiæ sunt huiusmodi. Geometria enim se habet ex additione ad arithmeticam. nam punctus de quo est geometria addit supra vnitatem de qua est arithmetica positionem in cõtinuo, vt in præsenti patet. nam punctus est quoddam indiuisibile in continuo abstrahens secundum rationem a materia sensibili. vnũ autem abstrahit a materia sẽsibili & intelligibili. vnde arithmetica certior est ipsa geometria. relinquitur ergo quod propter tres gradus certitudinis vna scientia sit dignior altera.

Considerandum est hic secundum Doct. S. quod comparatio scientiarũ accipitur tripliciter. nam primus modus accipitur secũdum quod causa est prior & certior suo effectu, alij autẽ duo modi accipiuntur secundum quod forma est certior materia, vt puta quia forma est principium cognoscendi materiam cum materia non cognoscatur, nisi secundum analogiam ad formam, vt patet primo physicorũ, sed vt dicitur septimo metaphysicæ duplex est materia. vna quidem sensibilis secundum quam accipitur secundus modus secundæ videlicet rationis iam adductæ. alia vero est materia intelligibilis. s. ipsa continuitas, & secundum hanc accipitur tertius modus siue tertia ratio, & propter hoc patet distinctio harum trium conclusionum vel rationum qualiter dignitas scientiæ dependet a dignitate obiecti, siue rei consideratæ, aut a certitudine modi considerandi aut vtroque modo, vt deductum est & deduci debet in proœmio de anima.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum, quod scientia suscipit magis & minus extensiue, & intensiue, ut in prima parte summæ diuinę philosophiæ declaratur libro quinto, vnde in habentibus contrarium intensio & remissio formę attenditur secundum depurationem contrarij a contrario vel secundum permixtionem unius cum altero. albius enim dicitur quod est magis & permixtius, vt patet in topicis, unde in non habentibus contrarium formæ quæ sortiuntur speciem ab aliquo extrinseco ad quod ordinantur, suscipiunt magis & minus siue intenduntur, & remittuntur secundum accessum ad aliquem terminum vel recessum ab eo, aut etiam ex dispositione subiecti. concessa tamen maiore non valet consequentia, quia licet homo non suscipiat magis & minus, tamen est dignior asino, vt patet de se.

Ad secundum dicendum, quod cæteris paribus illa quæ docet propter quid, & quia, dignior est illa quæ docet quia tm̃ & non valet instantia de theologia & alijs sciẽtijs, quia theologia est dignior propter dignitatem obiecti & propter certitudinem modi addiscendi, traditur enim per diuinam reuelationẽ quæ falli non potest sicut potest ratio humana. ergo theologia sacra omnibus alijs sciẽtijs humaniter inuentis dignior est. dicitur etiam vna scientia dignior altera secundum Albertum, aut propter demonstrationem quæ certior est, aut ex subiecto ex eo, quod mirabilius est, aut ex eo quod simplicius: ex eo quidem quòd mirabilius dupliciter, quia est subalternans & non subalternata, vel quia non ex appositione est se habens ad alteram quæ ex appositione se habet ad ipsam. hæc ille.

Sequitur

Sequitur in Philosopho, & Doct. San.

Deinde cum dicit. Vna autem scientia &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod una scientia non accipiat unitatem a suo subiecto. nam ea quæ in diuersis prædicamentis ponuntur genere diuersa sunt, ut patet quinto metaphysicæ, sed tamen constat quod pertinent ad considerationem unius scientiæ. ergo unitas scientiæ non est ex unitate rei consideratę siue ex unitate generis scibilis.

2 Præterea. Metaphysica est scientia una, ut patet quarto metaphysicæ, licet subiectum eius, uidelicet ens non sit unum cum dicat Porphyrius. si quis omnia entia uocet æquiuoce nūcupabit & non uniuoce. ergo &c.

3 Præterea. Logica & metaphysica sunt distinctæ & plures scientiæ &c, tamen idem genus scibile considerant, uidelicet ens in communi ut patet etiam quarto metaphysicę. igitur &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti capitulo. [Ibi una autem scientia &cæt.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod secunda conclusio huius capituli quę est mensura ad quæsitum est ista. unitas scientię demonstratur ab unitate generis scibilis siue generis subiecti quod dicitur subiectum attributionis siue subiectum scientiæ, quæ conclusio probatur tali ratione secundum Docto. S. nam vnitas cuiuslibet motus maxime ex fine consideratur, ut patet quinto physicorum, sed processus cuiuslibet scientiæ est quidam motus rationis. ergo unitas scientiæ cōsiderāda est & attendēda ex fine siue ex termino scientiæ, cuiuslibet autem scientiæ siue terminus siue finis est genus scibile circa quod est scientia: in scientijs enim speculatiuis nihil aliud quæritur quam cognitio generis subiecti, in practicis autem scientijs intenditur intentio ipsius generis subiecti, ut patet secundo metaphysicæ, sicut in geometria intenditur quasi finis cognitio magnitudinis quæ est subiectum geometrię, in scientia ædificatoria intenditur tanquam finis constructio siue constitutio ipsius domus, quæ est huius artis subiectum. relinquitur ergo quod cuiuslibet scientiæ unitas secundum vnitatem subiecti est attendenda, quod fuit probandum, sicut unius generis unitas est cōmunior quā alterius, ut puta entis siue substātię quā corporis siue entis mobilis. Ita etiam una scientia est communior quam alia sicut metaphysica, quæ est de ente siue de substantia communior est quam physica, quę est de corpore mobili. hæc omnia. Doc. S. in lectione qui hic loquitur de subiecto philosophię secundum opinionem illorum qui posuerunt corpus mobile esse subiectum philosophiæ naturalis ut patet primo physicorum quam nondum reprobauit, uel loquitur de subiecto speciali scientiæ & non de subiecto communi siue attributionis.

Considerandum est hic secundum philosophum quod duæ conclusiones requiruntur ad hoc quòd aliqua possint esse genera subiecta de quibus est scientia, quarum prima est quod componantur ex aliquibus primis principijs, illa enim de quibus habetur scientia per ea quę sunt priora simpliciter, sunt cōposita secundum se ex aliquibus prioribus. illa uero de quibus habetur scientia per posteriora simpliciter sunt prima siue priora quo ad nos, & si in seipsis sint simpliciora sicut Deus & substantię separatæ: secundum tamen quod in nostra cognitione accipiuntur componuntur ex aliquibus primis quo ad nos. ex quo colligi potest quod duplicia sunt principia alicuius generis subiecti, videlicet principia essendi quæ sunt priora simpliciter, & principia cognoscendi quæ non sunt semper prio-

ra simpliciter; sed quo ad nos. philosophus tamen uidetur hic magis loqui de his quæ possunt esse genera subiecta in scientijs specialibus siue inferioribus quam de alijs &cætera.

Ratio autem quare genus subiectum debet habere principia est ista, quia processus scientiæ vt dictum est consistit in quolibet motu rationis discurrentis ab vno in aliud. omnis autem motus a principio quodam procedit, & ad aliquid terminatur. vnde oportet quod in processu scientiæ ratio procedat ex aliquibus primis principijs. si ergo sit aliqua res quæ non habeat principia priora ex quibus ratio procedere possit eius non potest esse scientia secundum quod hic accipitur scientia, uidelicet prout est effectus demonstrationis. quamobrem de substantijs separatis non sunt aliquæ scientiæ speculatiuæ quantum ad quod quid est. hæc omnia Doct. San. Secunda conditio est, quod talia habeant partes subiectiuas integrales, & proprias passiones de eis & suis partibus demonstrabiles per se. per partes autem integrales alicuius generis scibilis secundum Doctorem Sanctum in quæstionibus super Boetium de trinitate intelliguntur omnia illa, per quæ deuenimus in cognitionem ipsius generis subiecti.

Considerandum est vlterius, secundum Egidium quod scientiam esse vnius generis subiecti nihil aliud est quam eam esse unius scibilis generis per quod solum excluditur æquiuocatio nam genus scibile est plus quam genus prædicabile: nam analogia entis impedit genus prædicabile, ens enim quod est analogum ad decem prædicamenta non est genus ad illa, talis tamen analogia non impedit genus scibile. aliter metaphysica quæ est de ente in communi secundum quod est ens, vt patet quarto metaphysicæ non esset scientia una. dicitur ergo consequens scibile genus subiectum, & non genus prædicatum propter rationem adductam.

Considerandum est ulterius secundum eundem quod quattuor conditiones eliciuntur hic a philosopho quæ requiruntur ad hoc quod aliqua scientia dicatur vna, quarum prima est unitas generis subijcibilis. secunda est identitas primorum principiorum. tertia quod habeat per se partes. Quarta quod habeat per se passiones. Per primam excluditur æquiuocatio. nam æquiuocorum secundum quod æquiuoca, sunt non est scientia una. Per secundam excluditur diuersitas considerationis; ad unitatem enim scientiæ requiritur vnius rationis consideratio. nam de eodem subiecto puta de corpore possunt diuersæ scientiæ considerari, ut naturalis & metaphysica secundum diuersas rationes formales considerandi. Sed per tertiam conditionem remouetur unitas scientiæ subalternantis. cum subalternata sint quæ non habent easdem partes per se. ex quarta vero consideratione excluditur consideratio eorum quæ per accidens generi subijcibili conueniunt. ad unam enim & eandem scientiam non spectat considerare nisi ea quæ sunt per se, ea enim quæ sunt per accidens inquantum huiusmodi non cadunt sub consideratione scientiæ, vt patet sexto metaphysicæ, tamen ea quæ sunt per accidens uni scientiæ possunt esse alterius scientiæ per se, quod patet etiam in sensibilibus. Sapor enim per accidens comparatur ad uisum, per se comparatur ad gustum, ideo illa quæ respiciunt per accidens subiectum vnius scientiæ, possunt esse de consideratione per se alterius scientiæ, ut multa sunt per accidens corpori mathematico de quibus per se geometria non considerat, quæ tamen sunt per se corpori naturali de quibus potest per se considerare physica. Hæc Egidius. inter prædictas autem conditiones vt idem infert secunda est formalior, uidelicet quod dicunt esse eadem principia, idest eadem formalis consideratio. tota enim ratio quare scientia est una est

quia confiderat omnia fecũdum unam cõfiderationem formalem confiderandi, quod eft confiderare omnia fecundum eadem principia prima, non quidem prima extra genus quia talia funt omnibus communia, fed fecũdum principia quę funt prima fecundum propriam confiderationem fcientiæ alicuius.

Ex prædictis elici poteft quòd unitas fcientiæ non fumitur ab unitate materiali obiecti, fed formali non quidẽ naturæ, fed ab unitate rationis formalis confiderationis, multa enim quæ genere natura formantur, & fpecifice differunt, pertinet ad cõfideratonem unius fcientię fecundum quod conueniunt in vna ratione formalis cõfiderationis, ut infra clarius patebit.

SOLVTIO.

Ad primum ergo patet folutio ex p̃dictis. Ad fecundum dicendum, quod licet ens non fit vnum unitate uniuocationis, eft tamen unum unitate analogiæ, fiue attributionis, quod fufficit ad unitatẽ fpecificã fciarũ ut in primo metaphyficæ ad longum difputatum eft. ubi habetur qualiter de diuerfis & difparatis conclufionibus habetur unus habitus fpecificus de genere qualitatis & non unus habitus unitatis aggregationis, ficut eft unitas aceruí lapidum. Ad auctoritatem uero Porphyrij dicendum quod accipit ibi æqui uocum largo modo videlicet pro omni eo quod non mere æquiuócum eft, fic analogum uel ens dicitur æquiuocum: fi autem ibi loquatur de æquiuocatione phyfica aut logica nihil ad propofitum. Ad tertium patet folutio ex dictis, quia licet logica & metaphyfica ens in communi confiderent, non tñ illud confiderant fecundum eandem rationem, logica enim fecundum rationem rationabilitatis, metaphyfica uero fecundum rationem entitatis, ad eadem etiam fe extendunt diuerfis tamen rationibus, unde impeditur fcientiæ unitas.

Sequitur in Philofopho, & in Doct. S.
Deinde cum dicit. De fcientia &c.

ARTICVLVS III.

Ad tertium fic proceditur. Videtur quod diuerfitas fcientiarum non fit fumenda a diuerfitate principiorum. nam ab eodem aliquid accipit unitatem & pluralitatem fiue identitatem & diuerfitatem, fed unitas fcientiæ attenditur ab unitate generis fubiecti, ut deductum eft. ergo diuerfitas attendenda eft ab obiecto, fiue a genere fcibili, & non a principijs.

2 Preterea. Scientia accipit unitatẽ a fuo fubiecto videlicet ab anima a qua & in qua habet fuum exiftere. ergo ab ea accipit unitatem & pluralitatem, qa ut patet fecundo metaphyficę, quia ab eo habet aliquid quod fit ens & quod fit unum ens.

3 Præterea. In una & eadem fcientia, ut patet in geometria & metaphyfica, confiderantur plura & diuerfa principia. ergo diuerfitas fcientiarum non fumitur ex diuerfitate principiorum, aliter una fcientia effet plura, & per confequens non una, quod implicat. ergo quęfitum falfum.

OPPOSITVM.

Sed contra eft philofophus in præfenti capitulo ibi. [Altera autem fcientia &cæt.]

CONCLVSIO.

Refpondeo dicendum, quod tertia conclufio huius capituli quę eft refponfiua ad quæfitum talis eft, diuerfitas fcientiarum fumitur a diuerfitate principiorum, ita uidelicet quod principia diuerfarum fcientiarum fic fe habeant quod principia unius fcientiæ non procedant ex principijs alterius fcientiæ, neque ambarum fcientiarum principia procedant ex aliquibus principijs prioribus, quia fiue procederent ex eifdem principijs, fiue alia ex

alijs non essent diuersę scientiæ. Prædicta autem conclusio probatur signo secundum Philosophum. nam quod scientiæ sint alterę inter se secundum prima principia, signum hoc est quod cum peruenjatur resoluendo ad prima principia quæ sunt indemonstrabilia, debent esse eiusdem generis cum his quæ demonstrantur. Non enim vt ostensum est ex alio genere in aliud genus habet demonstrantem demonstrare. ex quo patet quod indemonstrabilia principia & ea quæ demonstrantur debent esse eiusdem generis & vnitas generis scibilis inquantum scibile. ex quo accipitur unitas scientiæ & principiorum. & secundum quod principia sunt diuersa accipitur scientiæ diuersitas. sibi enim mutuo correspondent. dicere ergo scientias diuersitatem accipere a diuersitate principiorum, & dicere eas accipere diuersitatem a diuersitate formali generis scibilis idem formaliter loquendo est.

Considerandum est hic secundum Philosophum quod una & eadem conclusio formaliter potest demonstrari a diuersis uel per diuersa media, quæ sumuntur ex eadem coordinatione generis scibilis, idest secundum eandem rationem cognoscibilitatis. una uero conclusio eadem materialiter diuersa tamen formaliter potest demonstrari per plura media sumpta ex diuersa coordinatione. & non est intelligendum in eadem scientia sed in diuersis. diuersa enim media a diuersa coordinatione generis scibilis sumpta ad diuersas scientias pertinent, vt patet per conclusiones.

Considerandum est secundum Doctorem Sanctum, quod materialis diuersitas obiecti non facit uel causat diuersitatem habituum; sed solum diuersitas formalis sumpta secundum diuersam rationem formalem cognoscibilitatis. cum uero scibile sit proprium obiectum scientię, non diuersificabuntur scientiæ secundum diuersitatem materialem scibilium, sed secundum diuersitatem eorum formalem: sicut autem ratio formalis, uisibilis summitur a lumine per quod color videtur, ita formalis ratio sumitur secundum principia ex quibus aliquid scitur. & ideo quantumcunque sint aliqua diuersa scibilia secundum suam materiam dummodo per eadem principia sumantur, pertinent ad vnam scientiam, quare non erunt iam diuersa inquantum sunt scibilia. Sunt enim scibilia per sua principia sicut patet de uocibus, quia uoces humanę multum differunt secundum suam materiam a sonis inanimatorũ corporum. sed tamẽ quia secundum eadem principia attenditur consonantia in vocibus humanis & sonis inanimatorum corporum eadem est scientia musica, quæ de utrisq; considerat. si uero sint aliqua genera scibilia eadem secundum materiam & tamen per diuersa media considerantur, manifestum est quod ad diuersas scientias pertinẽt, sicut corpus mathematicum non est secundum suam materiam separatum subiectum a corpore naturali, quia tamen corpus mathematicum cognoscitur per quantitatis principia, corpus autẽ naturale per principia motus, non est eadem scientia naturalis & geometria. patet ergo q̃ ad diuersificandum scientias sufficit diuersitas principiorum, quam comitatur necessario diuersitas generis scibilis. ad vnitatem vero etiam ut quantum reperitur. uidelicet unitas subiecti & unitas primorum principiorum, non quidem primorum simpliciter, sed primorum in aliquo genere scibili. hæc ille.

Considerandum est ulterius secundũ Doctorem Sanctum, quod genera scibilium distinguuntur secundum modum cognoscendi diuersum. sicut alio modo cognoscuntur ea quæ diffiniuntur cum materia, & ea quæ diffiniuntur sine materia unde aliud genus scibilium est corpus naturale & corpus mathematicum. vnde sunt diuersa prima principia vtriusque generis, & per consequens

quens diuersæ scientiæ & utrunque horum generum distinguuntur in diuersas species scibilium secundum diuersos modos & rationes cognoscibilitatis.

SOLVTIO.

Ad primum ergo patet solutio ex dictis. Ad secundum dicendum, quod accipit unitatem & pluralitatem sicut & entitatem a subiecto inhesionis quod est anima. sed vnitatem & diuersitatem specificam accipit ab obiecto siue genere scibili, ut declaratum est. Ad tertium dicendum, quod in eadem scientia non possunt considerari plura prima principia diuersa formaliter, uidelicet secundum diuersas rationes formales cognoscibilitatis. diuersitas autem scientiarum sumenda est a diuersitate formali consideratorum, ut declaratum est. una etiam conclusio formaliter eadem non potest demonstrari per plura media, idest principia formaliter diuersa, licet una cõclusio materialiter eadẽ p diuersa media possit demonstrari. ut patet de ista conclusione. oẽ quod delectatur transmutatur, sic demonstrãdo, omne quod quiescit transmutatur quia eiusdem est quies & motus, sed omne quod delectatur quiescit, quia quies in bono desiderato causat delectationem. ergo omne quod delectatur transmutatur. secundo sic, omne quod mouetur transmutatur, omne quod delectatur mouetur, quia delectatio est quidã motus appetitiuæ potentię. ergo omne quod delectatur transmutatur. ꝙ autem omne quod delectatur moueatur est secũdum opinionem Platonis, & habet locum in delectationibus sensibilibus quæ sunt cum motu. sed quod omne quod delectatur quiescit, hoc etiã verum est, secundum opinionem Aristo. vt patet septimo, & nono ethicorum, & hoc loquendo de delectationibus intelligibilibus. hæc omnia Docto. Sanctus secundum Philosophum circa finem lectionis pręsentis.

LECTIO XLII.

De cognitione eorum quæ fiunt a casu, & est lectio. 42. Sancti Doctoris.

QVAESTIO XLVII.

quę habet articulos duos.

Logice considerandum restat de his quorum est & quorum non est scientia obiectiue. Circa quod quæruntur duo. Primo utrum eorum quæ a casu fiunt & fortuna possit esse scientia aliqua demonstratiua. Secundo vtrum eorum quæ cognoscuntur per sensum possit esse aliqua scientia demonstratiua.

Sequitur in Philosopho & in Doc. San.
Eius autem quod est a fortuna.

ARTICVLVS I.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod eorum quæ a casu fiunt & a fortuna sit scĩa demr̃atiua. nã de casu & fortuna habetur scientia demonstratiua cum diffiniatur. vt patet secundo physicorum. diffinitio autem est medium demonstrationis. ergo eorum q̃ sunt a casu & a fortuna est scientia demonstratiua, quia de effectibus habetur scientia, de quorum causis, potest haberi scientia demonstratiua.

2 Præterea. Eorum quæ fiunt vt frequenter habetur scientia. vt dicit hic Philosophus. similiter eorum quæ fiunt raro habetur scientia, vt patet de eclypsi solis & lunę. ergo eorum quæ fiunt a casu habetur scientia dato ꝙ raro fiant.

3 Præterea. Quorũ est demonstratio est scientia demõstratiua, sed ipsius fortunæ est demonstratio, vt patet sic demonstrando. omne agens effectum nõ intẽtũ est causa per accidens, sed fortuna est huiusmodi. ergo fortuna est cau

sa

sa per accidens. Sequitur quod de fortuna & his quæ a fortuna fiunt, potest esse scientia demonstratiua.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti capitulo [Eius autem quod est a fortuna &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod istud est secundum capitulum huius decimi tractatus in quo Philosophus determinando de his quorum est, vel quorum non est scientia, ponit duas cõclusiones inferendo tria correlaria, de quarum secunda & correlariis videbitur in 2. articulo. prima vero cõclusio quę est responsiua ad quæsitum est talis, videlicet, quod eorum quæ a casu vel a fortuna fiunt non est scientia demonstratiua. quæ conclusio probatur tali ratione secundum Philosophũ & Doc. S. nam talium non potest esse demonstratio. ergo eorum non potest esse scientia demonstratiua, consequentia patet, quia scientia demonstratiua non potest causari in nobis nisi per demonstrationem, vt patet per primam eius diffinitionem. probatio antecedentis. Nam syllogismus demonstrationis aut procedit ex propositionibus necessarijs, aut ex propositionibus quæ sunt verę vt frequenter, sed ex omnibus propositionibus necessariis sequitur conclusio necessaria, ut probatum est. ex propositionibus autem quæ sunt uerę ut frequenter sequitur conclusio quæ est vera vt frequenter, vel forte necessaria, secundum quod ex contingenti potest sequi necessarium sicut ex falso verum. nunquam autem ex propositionibus quæ sunt verę vt frequenter sequitur propositio vel conclusio quæ est vera vt in paucioribus, aliter præmissę aliquando essent verę conclusione existente falsa, quod est impossibile, vt etiam supra ostensum est, necesse est ergo quod conclusio demonstrationis vel sit necessaria, vel sit vera vt frequenter. sed ea quę fiunt a casu vel a fortuna neque sunt necessaria. neque sunt vera, vt frequenter, sed vt in paucioribus, vt patet secundo physicorum. ergo eorum quæ sunt a casu vel a fortuna nõ potest esse demonstratio, quod fuit antecedens probandum, & per consequẽs neque scientia demonstratiua, & sic arguitur per diffinitionem scire quod illud quod scitur, est impossibile aliter se habere, & per consequens est necessarium. ergo de his quæ sunt vt frequenter non potest esse scientia demonstratiua. Vnde ait Boetius. scientia est eorum quæ immutabilem substantiam siue entitatem subsequuntur. Dicendum vt dicit hic Doctor Sanctus quod de his quę sunt vt frequenter conuenit esse demonstrationem inquantum in eis est aliquid necessitatis, necessarium autem, vt habetur secundo physicorum. aliter est in naturalibus quæ sunt vera vt frequenter & deficiunt in minori parte, & aliter in mathematicis scientiis, siue disciplinis, in quibus est necessitas a priori, in naturalibus autem a posteriori q tamen sumitur ab eo quod est secundũ naturam scilicet a fine & forma. vnde sicut docet Aristo. ostendere propter qd vt si hoc debeat esse, puta quod oliua generetur necesse est hoc præexistere scilicet semen oliuę, non autem ex semine oliuę generatur oliua ex necessitate: quia potest impediri generatio per aliquam corruptionem. vnde si fiat demonstratio ex eo quod est prius in generatione non concludet ex necessitate, nisi forte hoc ipsum esset necessarium semen oliuę vt frequenter esse generatiuum oliuę quia hoc facit secundum proprietatem suæ naturæ nisi impediatur. hęc ille. Eorum ergo quæ fiunt vt frequenter potest fieri demonstratio vel esse demonstratio & scientia inquantum in eis aliquid necessitatis reperitur, a quibus etiam valet demonstratio arguendo ab esse causæ ad posse effectus, vt deducit hic Egidius. ex quo patet solutio ad argumentum factum.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum, quod de fortuna vt est per accidens absolute loquendo non est scientia, neque de fortuitis

tuitis vt fortuita sunt potest esse diffini tio atque demonstratio siue scientia demonstratiua inquantum in eis aliquid ꝑ se aut ex necessitate īuenit. ex hoc est ĩ eē vniuersali considerando. secus autem si in esse particulari considerentur vt clarius disputatū est in secundo physicorum. Ad secundum dicendum, quod licet eclypsis solis aut lunę raro fiant quantum ad tempus, semper autem fiūt quantum ad causam, posita enim eorum causa semper ponitur tempus. Ad tertium patet solutio ex responsione ad primum data.

Sequitur in Philosopho & in Doc. S. ibi deinde cū dicit neq; per sensum.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod singularium sensibilium sit scientia demonstratiua. nam linea visualis est sensibilis ꝑ visum ut ad sensum patet, & tamen de ea est scientia, vt patet de perspectiua. ergo eorum, quę sensu percipiuntur siue singularium est sciētia etiam demonstratiua. ergo &c.

Si dicatur quod linea visualis in communi sensu non percipiatur. sed hæc vel illa. Contra non videtur a sensu visus, nisi sub ratione coloris in communi aliter color non esset obiectum visus, sed hic vel ille color, quod est contra Philosophum in secundo de anima, & doctores omnes. ergo linea visualis sub ratione communi coloris, & per consequens in communi a sensu percipitur.

2. Præterea. Vniuersalia sensu percipiunt, ut patet de obiecto sensus communis quod est sensibile in communi, sed uniuersalium est scientia ut hic conceditur, ergo eorum quæ sensu percipiuntur est scientia.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti capitulo ibi. [Neque per sensum est scientia &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo, dicendum, quod secunda conclusio huius capituli quæ est responsiua ad quæsitum talis est. Scientia non est eorum, quæ sensu cognoscuntur, quę conclusio tali ratione secundum Philosophum probatur, vt hic deducit Doct. S. nam scientia est vniuersalium, quia obiectum intellectus cuius habitus est scientia est substantia siue ipsum ꝙ quid est, quod est uniuersale, quod nō est hic & nunc, a quibus ut dictum est uniuersale abstrahitur. obiectū enim sensus est qualitas sensibilis quæ efficit singulares substantias in determinato loco & tempore determinato. ergo eorum, quæ sensu percipiuntur, idest, cognitione sensitiua cognoscuntur, non est scientia demonstratiua, nisi accipiendo scientiam vniuersalem pro quacunque cognitione, ut aliqui antiqui uoluerunt, ut patet primo metaphysicę.

Considerandum est hic secundum Doc. S. quod hoc quod dicitur uniuersaliter esse ubique & semper, non est secūdum uiam affirmationis intelligendum, uidelicet quod hic sit de ratione uniuersalis puta hominis aut animalis, quia oporteret quod quodlibet singulare hominis & animalis esset semper & ubiq; quia ratio hominis & animalis in quolibet singularium reperitur, in quolibet dico contento sub subiecto. si enim esse ubique & semper esset de ratione uniuersalis sicut de ratione ipsius generis est quod contineat sub se species, sequeretur quod nihil esset uniuersale quod non ubique & semper inueniretur, & secundum hoc oliua non esset uniuersale, quia in Flandria non inuenitur. est ergo intelligendum per modum negationis siue abstractionis quod scilicet ratio uniuersalis abstrahit ab omni determinato tempore & determinato loco. unde quantum est de se, sicut inuenitur in quolibet uno loco uel tempore, sic natum est inueniri in omnibus. patet ergo ex prædictis quod uniuersale non cadit sub sensu. quia igitur demonstrationes præcipue sunt uniuersales ut supra demonstratum est, relinquitur quod scientia demonstratiua non est eorum, quæ sensu

sensu pcipiuntur, uidelicet, singulariū.

Sed instabat discipulus. nam vbicunque est singulare ibi est vniuersale. vt patet in præsenti quia non est dabile aliquod singulare, cum non detur locus vacuus neque tempus sine re temporali. ergo in omni loco & in omni tempore est vniuersale, & per consequens ponendo præfatum dictum Philosophi secundum vniuersalem eius rationem cōsideratum est vbique & semper quia in omni loco & tēpore est aliquod vniuersale, non tamen secundum specialē eius rationem, videlicet hoc vniuersale, vel illud est vbique & semper, nisi forsitan per accidens loquendo.

Considerandum est vlterius secundū Philosophum quod ex prædicta conclusione philosophus infert tria correlaria. quorum primum est quod scientia non consistit in perceptione sensus vt antiqui voluerunt non potentes sensum ab intellectu differre, cum scientia sit vniuersalium, perceptio vero sensus singularium & non vniuersalium ut probatum est.

Secundum correlarium est quod sciētia est cognitio potior cum habeatur per sensum uel causam quam sensus, id est cognitio sensitiua quę non habetur per causam pręsertim ułem quæ facit scire, vt ex supra dictis patet. tertiū correlarium est ꝙ dato ꝙ sensus non sit scīa idest cognitio sensitiua non sit intellectiua, multum tamen confert ad cognitionem scientificam quia, vt supra dictum est deficiente in nobis aliquo sensu necesse est &c. ex rebus enim sensitiuis multotiens accipitur uniuersale. ut patet in procemio metaphysicę.

Considerandum est ulterius secundū Doc. S. quod cum dicitur hic a Philosopho quod cognitio per causam est nobilior illa quæ non habetur per causam, intelligendum est in his quæ habent causam. scire autem aliquid per causam vniuersalem est nobilius quam intelligere qualitercunque id quod habet causam sine cognitione suę causę; sed de principiis quæ non habent causam est alia ratio, illa autem per se intelliguntur, & talis cognitio eorum est certior omni scientia, quia ex tali intellectu scientia certitudinem habet ut declaratum est, cum dicebatur quod propter unūquodque &c.

Considerandū est ulterius ꝙ singulare ꝙ sensu percipitur pōt dupliciter cōsiderari. uno modo ₤m rationem singularitatis, & sic ipsius non est scientia nisi istum terminum singulare accipiendo secunde intētionaliter, alio mō pro eo ꝙ est singulare, & hoc dupliciter. uno modo per respectū ad accidens cōe, & sic eius non est scientia. alio modo per respectum ad accidens proprium, & sic eius esse scientiam demonstratiuam de qua est hic ad propositum potest intelligi dupliciter. uno modo directe & per se & sic eius non est scientia. alio modo reflexe per se non primo sed secundo id est ₤m aliud & illo mō eius pōt esse scīa, cū ut sic eius sit demr̄atio non quidem ułis sed particularis, ut declaratū est. Similiter vłe potest cōsiderari dupliciter uno modo ₤m rationem ułitatis, & sic eius non est cognitio sensitiua siue sensus quod in proposito idem est. alio mō pōt accipi pro eo quod est uniuersale & sic eius esse sensum potest intelligi dupł r. uno modo per se, & sic nō cadit sub sensu. alio mō per alterū, & ex cōsequēti sic bn̄ cadit sub cognitione sensitiua, ut clarius in scđo de aia disputatū est.

LECTIO XLIII.

De principiis omnium syllogismorum & est lectio. 43. San. Doctoris.

QVÆSTIO XLVIII.

quę habet articulos duos.

INsuper considerandum restat dę principiis scientiarum demonstratiuarum in communi. Circa quod quæruntur duo. Primo, utrū omniū syllogismorum sint eadem principia.

cipia.Secundo vtrum subiectum scientiæ possit dici principium scientiæ.

Sequitur in Philosopho & in Doct.S.

Eadem enim principia.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videt ꝙ omnium demonstrationũ sint eadem principia.nam principia demonstrationum sunt dignitates vt ex supra dictis patet, sed omnium syllogismorũ demonstratiuorum sunt eadem principia quæ sunt dignitates.vt patet quarto metaphy ficæ.ergo omniũ demõstrationum sunt eadem principia.

2 Præterea.Principia syllogismorum sunt tres termini & due pręmissæ.vt patet primo priorum. sed omnes syllogismi conueniunt in hoc quod tantum ex tribus terminis & duabus præmissis constent.ergo omnium syllogismorũ & per consequens omnium demonstrationum sunt eadem principia.

3 Præterea Diffinitio est principium diffiniti.sed omnium demonstrationum est eadẽ diffinitio.ergo idẽ quod prius.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti capitulo.[Eadẽ aũt principia &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo,dicendum, quod istud est tertium capitulum huius vltimi tractatus in quo Philosophus ostẽdendo per quæ principia non habetur scientia.uidelicet quia non per eadem. ponit tres conclusiones quarum prima est. nã omnium syllogismorum eadem sunt principia.quæ cõclusio probatur tali rõne, nam syllogismorum verorum & falsorum non sunt eadem principia,nam verorum sunt vera principia,& falsorum sunt falsa.non enim sequitur falsum nisi ex falsis formaliter loquendo.& licet ex falsis aliquando sequatur uerũ prioristice,nõ tamen posterioristice loquẽdo.fit enim hic mentio de syllogismis secundum materiam tantum,& non secũdum formam. secunda conclusio talis est. non omnium syllogismorũ falsorũ sunt eadem principia,quæ cõclusio ꝓbatur tali rõne.nã aliquæ conclusiones sunt falsæ,quę sunt disparatę & impossibiles,sicut istę.iustitia est iniustitia,& iustitia est timor,sicut.n.differt timor genere a iustitia,ita & ab iniustitia, similiter istę sunt impossibiles,homo est equus,& hõ est bos, sed similes cõclusiones non possunt inferri ex eisdem præmissis siue ex eisdem principiis. ergo &c.tertia cõclusio est ista. nõ oium syllogismorũ verorũ eadem sunt principia quam conclusionẽ probat Philosophus dupliciter.primo dialectice. scđo analytice. Dialectice siue logice probat quatuor rationibus.quarum prima talis est & sumitur ex differentia primorum principiorum.nam diuersorum genere distinctorum sunt diuersa principia sicut magnitudinum principia sunt puncta, numerorum vero unitates, sed multę conclusiones sunt in quibus vere concluduntur alij de pluribus subiectis genere distinctis. ergo non omnium syllogismorũ verorum eadẽ sunt principia.secunda ratio, quæ sumitur ex principijs communibus talis est.principia communia non possunt ingredi syllogismũ nisi ẜm quod applicantur ꝑ terminos speciales ad principia.cũ genera entiũ sint diuersa remota, sed manifestũ est nõ oium syllogismorũ esse eadẽ principia, ergo non omnium syllogismorum sunt eadem principia communia, secundum quod demonstrationem siue syllogismum ingrediuntur. tertia rõ,quæ sumitur ex cõparatione præmissarũ ad cõclusionem talis est.cõclones sunt quasi ĩfinitę. ergo prĩcipia syllogismorũ quasi infinita,& per consequẽs nõ omniũ syllogismorũ sunt eadem principia.quarta rõ, quæ sumitur ex dĩia necessarii,& cõtingẽtis talis est quod principiorũ q̃bus vtimur in syllogismis,quædã sunt necessaria,& quædã cõtingentia,vt patet ex primo priorũ, sed necessaria,& contingentia nõ sunt eadẽ.ergo nõ omniũ syllogismorũ sũt eadem principia. Secũdo probatur idẽ analytice. videlicet ꝑ rõnes ꝓprias prĩcipias

cipijs quibus scientiæ demonstrantur, & hoc tribus rationibus, quarum prima talis est. nam si omnium syllogismorum etiam demonstratiuorum de quibus est ad propositum, essent eadē principia, omnia quæ sunt in scientijs essent eadem: patet quia quæ eidem sunt eadem, inter se sunt eadem, sed principia cuiuslibet scientiæ sunt quodammodo eadem conclusionibus, quia ut supra ostensum est sunt eiusdem generis. ergo si omnium syllogismorum principia sunt eadē, sequeretur quod omnia quæ sunt in scientijs sint eadem, quod fuit probandum. Secunda ratio si sic, sequeretur, quod quodlibet contingeret demonstrare per quodlibet. hoc est manifeste falsum. ex quo multa inconuenientia sequerentur, ut de se patet. ergo &c. Tertia ratio talis est. diuersorum sunt diuersa genera, ut de se patet, sed diuersæ scientiæ sunt diuersorum generum scibilium. ergo diuersarum sciētiarum sunt diuersa principia, & per cōsequēs diuersarum demōstrationum principia non sunt eadem, cū scientia sit primus effectus demonstrationis.

1 Considerandum est autem, quod demonstrationum principia sunt in duplici differentia. nam quædam sunt communia, quædam uero propria. secundo modo loquendo de principijs non omnium demonstrationum sunt eadem principia: aliter ut dictum est, omnes demonstrationes essent eędem. primo modo loquendo de principijs communibus hoc dupliciter. uno modo considerando principia communia, ut sunt applicata ad principia specialia, & sic non omnium demonstrationum sunt eadem principia. alio modo considerando ea in eorum communitate, & sic omnium eadem sunt principia, quæ quidem non formaliter, sed uirtualiter solum ingrediuntur demonstrationem, ut supra habitum est, & si philosophus aliquando dicat, quod principia demōstrationum non sunt eadem, accipitur ibi principium, ut primum, & idem est, ꝙ adęquatum siue proprium, quod enim alicui sibi primo conuenit adęquate, & proprie sibi conuenit, ut in capitulo de uniuersali habitum est, si vero accipiatur primum pro eo quod est primū via diuisionis, sic idem est, quod communius dicitur primum. secus autem loquendo secundum uiam resolutionis.

SOLVTIO.

Ad argumenta patet solutio ex prædictis.

Sequitur in Philosopho & in Doc. S.

Sed quia quodammodo eadem &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod subiectum scientię non possit esse principium scientię. Nam de principijs supponitur siue precognoscitur quia tantum, de subiecto uero pręcognoscit̄ quia & quid, ut supra circa principium huius libri concedit philosophus. ergo subiectum non potest dici principium alicuius scientię.

2 Pręterea. Per principia scientię demōstrat̄ ꝑpria passio de ꝑprio subiecto sed ꝑ subiectū scię nō demrat̄ passio de subiecto, aliter idē esset demonstrans, & id de quo fieret demonstratio, quod est falsum. ergo idem est quod prius.

3 Præterea. Si sic sequeretur, quod tātum duo essent pręcognita, uidelicet subiectū & passio, quia per hypothe. im subiectum est principium scientię, ꝯñs est contra philosoph. in principio hui⁹ libri. ergo nullatenus concludendū est, ꝙ subiectum sit principium scientiarū.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in fine huius capituli secundum quod adducit hic Doc. S.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod principia scientiarum sunt in duplici differentia. nam quędam sunt principia ex quibus demonstratur, sicut sunt primæ dignitates, vt quod non contingit simul esse & non esse. alia sunt principia

circa quæ sunt scientiæ, idest, circa quæ uersatur consideratio scientię obiectiue, & talia dicuntur esse subiecta scientiarum, quia diffinitionibus subiectorum utimur ut principiis indemonstrabilib. principia autem primo modo sumpta sunt cõia omnibus scientiis, sed principia circa quæ uersantur scientię sunt propria cuiuslibet scientię, sicut numerus arithmeticę, & magnitudo geometrię. principia vero communia oportet ad propria applicari ad hoc quod fiat demonstratio, quia enim ex eis solis principiis communibus, non põt fieri demonstratio, igitur dici non potest eadem esse principia omnium syllogismorum demonstratiuorum. hæc Doc.S. in præsenti capitulo circa finem ex quo colligi potest quod subiectum potest dupliciter cõsiderari. uno modo inquantum est subiectum & illo modo non est principium scientię. alio modo potest considerari ut in se includit diffinitionem suam propriam quæ dicitur medium demonstrationis ad demonstrãdum passionem de eo ut subiectum est. & illo modo subiectum dicitur principium scientię. Ad argumenta omnia patet solutio ex dictis.

LECTIO XLIIII.

De comparatione scientię ad alia, quę ad cognitionem pertinent, & est lect. 44.

QVAESTIO XLIX.

quę habet articulos duos.

FINALITER considerandum restat de comparatione scientię ad alia quæ ad cognitionẽ pertinẽt, postquam declaratum est de comparatione sciẽtię ad scientiam quãtum ad certitudinem, unitatem & diuersitatem. Circa quod quæruntur duo. primo utrum scientia differat ab opinione. Secundo utrum scientia differat ab alijs habitibus intellectualibus.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S.
scibile autem.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod scientia & opinio non sint duo habitus distincti realiter: nam habitus distinguuntur per eorum obiecta in uirtute principiorum, ut supra declaratum est, sed scibile & opinabile quæ dicuntur esse subiecta scientiæ & opinionis non distinguuntur realiter, quia idem potest esse opinabile & scibile, ut concedit Philosophus. ergo opinio & scientia non distinguuntur.

2 Præterea. Si opinio & scientia distinguerentur, hoc esset, ut dicit Philosophus, quia scientia est necessariorum, opinio uero contingentium, sed hoc nõ, quia sic patet, quod de propositione necessaria potest haberi opinio, ut hic ẽt concedit Philosophus. ergo &c.

3 Preterea. Vniuersalium est scientia, & sic scientia non differt ab opinione ratione obiecti.

OPPOSITVM.

Sed cõtra est Philosophus in ultimo capitulo huius decimi tractatus. ibi. [Scibile autem & scientia differunt.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod istud est ultimum capitulum huius decimi tractatus primi libri, in quo Philosophus determinando de scientia per secundũ ad illa quæ ad rationem pertinent uel ad alia ponit duas conclusiones, duas dubitationes inferendo & unum correlarium. de quarum conclusionum secunda & correlario in sequẽti articulo uidebitur. Prima conclusio quæ est responsiua ad quæsitum talis est, scientia est habitus distinctus ab opinione. q̃ cõclusio probatur tali ratione Philosophi. nam obiectum scientiæ differt ab obiecto opinionis, uidelicet, ab opinabili. ergo scientia est habitus ab opinione distinctus. probatio consequentię. quia habitus distinguuntur p obiecta formaliter sumpta. antecedens probatur quia sciẽ-

tia

tia obiectiue est de uniuersalibus, non enim scientia est de vniuersalibus sub sensu cadentibus, vt supra probatũ est, sed etiã est necessariorum, idest, impossibilium aliter se habere, cũ sit effectus demonstrationis, sed opinio est contingentium aliter se habere: quod probat Philosophus tripliciter tali ratione, nã cõtingentia cognoscuntur cognitione intellectiua, & eorum non est scientia, quia scientia est impossibilium aliter se habere, neque eorum est intellectus, qa etiam intellectus qui dicitur scientia indemonstrabilis, idest, principium scientiæ, vt supra declaratum est, dicitur esse non contingentium, sed necessariorum siue impossibilium aliter se habere: ergo eorum est opinio, patet consequentia per locum a sufficienti diuisione, & hoc comprehendendo sub scientia & intellectu omnem certitudinalem cognitionem, ex hoc infertur descriptio opinionis, videlicet, quod opinio est æstimatio quædam immediatę propositionis & nõ necessariç, quod potest intelligi dupliciter. vno modo ita quod propositio immediata in se quidem sit necessaria, sed ab opinante accipitur pro non necessaria. alio modo vt in se contingẽs sit, vniuersaliter autem propositio immediata est propositio quęcunque per aliquod medium probari non potest siue sit necessaria siue non necessaria. Secundo probatur a Philosopho idem per id quod communiter apparet ex virtute vocabuli. nam opinio videtur sonare aliquid debile & incertum. vnde opinio videtur esse cõtigentium. tertio idem probat Philosophus p experimentum. nam nullus qui non opinatur aliquid quod impossibile est aliter se habere reputat se opinari sed scire, quando vero opinatur quod sic est quod nihil prohibet aliter se habere tunc reputat se opinari, ac si opinio sit talis, idest, cõtingens, scientia vero necessario.

Considerandum est autem secundum Philosophum in litera, quod propter ea quæ dicta sunt Philosophus mouet duas difficultates. quarum prima est, vtrum idem possit habere scientiam & opinionem. Ad primam ad quam secundario respondet Philosophus dicẽdum, quod vnum & idem materialiter potest esse scitum & opinabile, non tamen idem formaliter, idest, secundum eandem rationem formalem, quia necessarium in quantum hmõi est scibile, ipsum vero acceptum ab opinante vt possibile aliter se habere, sicut est in ista propositione: incorporalia nõ sunt in loco. illud vero potest esse scitum ab vno & opinabile ab alio simul & semel. ab eodem vero potest idem fieri sed non simul sed successiue. ex quo patet responsio ad aliam dubitationem, videlicet quod eiusdem materialiter sumpti diuersi tamen formaliter potest esse scientia & opinio, a diuersis quidem in eodem tempore, ab vno vero non simul, sed successiue.

Considerandum est vlterius secundũ Doc. S. quod si aliquis per media procedat ad immediata, ita quod *illa media* non arbitretur vt contingentia aliter se habere, sed arbitretur, ea sic se habere sicut diffinitiones, quæ sunt media per quæ demonstrationes procedunt, non erit opinio, sed scientia. si vero aliquis procedat ad immediata per aliqua vera media, quæ tamen non insunt illis, de quibus dicuntur per se sicut diffinitiones, quæ dicuntur substantialiter & significant speciem rei, vel non accipit ea quæ sic insunt, habebit opinionem, & non sciet vere quia & propter quod simul. si tamen procedit vsque ad immediata, tunc enim per immediata opinabitur quod non sciet. si vero non procedit per immediata, sed per mediata tũc non opinabitur propter quid, sed solũ quia. nam etiam scientia quæ non est p immediata & propter quid, non est sciẽtia propter quid, sed quia. hæc ille formaliter.

Considerandum est vlterius secundum eundem ibidem, quod cum in demonstrationibus non sit procedere in infinitum, vt supra ostensum est, si sit aliqua propositio contingens mediata oportet quod reducatur ad aliquam immediatam

mediatam non autem reducitur ad aliquas propositiones necessarias immediatas, quia necessaria non sunt propria principia contingentium, neque ex necessariis potest sequi contingens. vnde relinquitur quod sit aliqua propositio contingens mediata & aliqua contingens immediata sicut ista. homo non currit, est mediata. potest enim probari per hoc mediũ, quia homo non mouetur, quæ etiam est contigens. sed immediata existimatio est. igitur talium propositionum contingentium immediatarum est opinio, sed per hoc non excluditur quin etiam acceptio propositionis cõtingentis mediatæ sit opinio sic enim se habet opinio circa contingentia sicut intellectus & scientia circa necessaria.

SOLVTIO.

Ad primum igitur & secundum patet solutio ex dictis. Ad tertium dicendum, quod scientia dicitur vniuersalium posterioristice loquendo, videlicet respectu propositionum in quibus prædicatum concluditur inesse subiecto vniuersaliter, hoc est primo & conuertibiliter siue adęquate, aut secundum quod ipsum, vt supra declaratum est. singularium autem eodem modo loquendo est quidem scientia, sed non per se primo sed per alterum & secundum aliud vel ut quidam dicunt reflexe. Vnde dato quod contingentia possint vniuersaliter concludi etiam vt contingentia sunt prioristice loquendo & argumentum voluit non autem posterioristice. vnde ratio laborat in ęquiuoco & falsum supponit.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S.
deinde cum dicit rlienquitur autem &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod scientia non differat ab aliis habitibus intellectualibus. nam intellectus est habitus intellectualis & tamen scientia ab eo non differt, vt supra concessum est, intellectus.n. dicitur sciẽtia, quia necessarium est habere scientiam aliquorum, videlicet principiorum absque demonstratione. igitur &c.

2 Præterea. Ponere distinctionem inter prænominatos habitus pertinet ad philosophiam moralem, vt patet. 6. ethi. ergo Philosophus inconuenienter assignat hic differentiam eorum, quod est contra suppositum.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in fine huius ca. ibi. [relinquitur &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum breuiter quod scientia intellectus & alii habitus intellectuales ab inuicem differunt vel distinguuntur. nam illi habitus sunt distincti inter se, qui versantur circa diuersa obiecta. sed quinque habitus intellectuales, videlicet intellectus, scientia, prudentia ars, & sapientia, quæ significantur per hanc distinctionem, sunt hmõi. ergo &c. Probatio minoris. nam omnis habitus intellectualis semper est verior, vel ergo est habitus speculatiuus vel practicus. si primum hoc est dupliciter, vel est circa conclusiones, & sic est scientia. vel est circa principia & hoc dupliciter. uel circa principia demonstrationis, & sic est intellectus: vel circa causas altissimas q̃ sũt diuinę, & sic est sapiẽtia si sit hĩtus practic⁹ hoc est dupłr. vel est circa agibilia, & sic est prudẽtia, vel circa factibilia, & sic est ars. factibile autẽ dicitur illud quod fit per actionem transeuntem. agibile vero dicitur, quod fit per actiones immanentes sicut sunt moralia. De his autem habitibus maxime pertinet considerare ad Philosophum moralem potissime de prudentia, de sapientia vero & intellectu pertinet ad primã philosophiam. de intellectu vero & rõne ĩq̃tum sunt potẽtię aĩę pertinet cõsiderare ad Philosophũ naturalẽ, & licet hmõi philosophus enumeret rõnem inter habitus prædictos, cuius proprie est discurrere de notitia præmissarum ad notitiam conclusionum, tamen non distinguitur a scientia nisi secundum ra

tionem.vnde non ſunt ponendi niſi q̃nque habitus intellectuales.ſi vero accipiatur ratio pro potentia, ſic ab omnibus habitibus realiter diſtinguitur, & in libris de anima ad lõgum diſputatur.

Conſiderandum eſt hic ſecũdum Philoſophum, quod ex prædictis correlarie patet quod ſolertia diſtinguitur a ſcientia. nam ſcientia eſt habitus concluſionis per demonſtrationem acquiſitus, ſolertia vero eſt quædam perſpicacitas intellectus apprehẽdẽdi mediũ, id eſt cauſam rei in non perſpecto tempore, ideſt, velociter abſque magna mora, quod maxime conuenit ex naturali aptitudine, & etiam ex conſuetudine.ſolertia eſt ergo ſubtilis & facilis coniecturatio medij propter quid eueniat, vt ſi quis viderit aliquem altercantem cum aliquo diuite, cognoſcit quod ille diues ſibi aliq̃d accõmodauit, vel ſi q̃s uiderit inimicos actos amicos cognouit q̃ hoc eſt, q̃a facti ſunt inimici vni⁹ tertij, & ſic de alijs exemplis, q̃adducit Philoſophus ad oſtendendum, quod in omnibus habitibus prædictis potiſſime in prudentia & arte poteſt eſſe ſolertia.

S O L V T I O.

Ad primum ergo dicendum, quod ſi ſciẽtia accipiatur communiter pro omni certitudinali cognitione propoſitionum neceſſariarum, ſic intellectus eſt ſcientia. ſi vero accipiatur proprie, videlicet pro habitu concluſionis ſic diſtinguitur ab intellectu. Ad ſecundum patet ſolutio ex prædictis.Et hæc de primo poſteriorum dicta ſufficiant ad laudem omnipotentis & immortalis Dei eiuſque glorioſiſſimę matris virginis Marię & omnium ſanctorum & Doc.San.qui cum Deo viuit per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Finis queſtionum in primum librum Poſteriorum Analyticorum.

F. DOMINICI DE FLANDRIA

Ordinis Prædicatorum,

Quæstiones in Secundum Librum Posteriorum Analyticorum Arist. secundum ordinem lectionum Diui Thomæ Aquinatis eiusdem ordinis.

POSTQVAM in primo lib. consideratum est de syllogismo demonstratiuo, cõsiderãdum restat in hoc secũdo libro, de pricipijs demõstrationis, sed qa vt dicit hic Doc. S. duplex est principium ipsius demonstrationis, vnum quod formaliter ingreditur demõstrationem, videlicet mediũ eius. aliud ꝙ solũ virtualiter ingreditur demonstrationem, videlicet primę propositiones indemonstrabiles, ideo circa determinationem principiorum demõstrationis dupliciter occurrit consideratio in genere.

Nam primo considerandum est quid sit medium in demõstrationibus vel de cognitione medij in demõstrationibus.

Secundo considerandum erit de primarum propositionum cognitione, & hoc in vltimo tractatu huius secũdi lib. qui incipit ibi. [De principijs autẽ qualiter fiunt cognita &c.] Quãtum ad primum duo sunt consideranda. Nã primo ↄsiderandum est quid sit medium in demonstrationibus, & hoc in primo tractatu. Secundo cõsiderandum est qualiter idem medium nobis innotescat; & hoc in secundo tractatu & aliquibus sequentibus ibi. [Quomodo autem quod quid est &c.] Circa primum quæruntur quinque.

Primo vtrum quæstiones sint æquales numero his quę vere scimus.

Secundo vtrum sint tantum quatuor questiones vere scibiles, videlicet si est, quid est, quia est, & propter quid est.

Tertio vtrum omnes qõnes reducantur ad quæstionem quid est

Quarto vtrũ omnis qõ sit qõ medij.

Quinto vtrum diffinitio passionis sit medium demonstrationis potissimæ, vt videtur hic uelle philosophus.

LECTIO I.

Secundi libri Posteriorum Analyticorum Aristo. de cognitione medij in demonstrationibus ibi in Philosopho, & Docto. San. Quæstiones sunt equales.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd quæstiones non sint æquales his quæ vere scimus. Nam tantum sunt quatuor quæstio

nes vere scibiles, vt patet hic in litera. sed vere scibile est vnum tantum, videlicet, conclusio demonstrationis, quia quicquid vere scitur per demonstrationem cognoscitur, solius autem cognitionis est demonstratio. ergo quæstiones non sunt equales numero his quæ vere scimus.

2 Præterea. Omnis quæstio est quæstio medij, ut hic probat Philosophus, sed medium non est tantum vere scibile vt patet de se. ergo idem quod supra.

3 Præterea. Si sic sequeretur, quod omnes res essent vere scibiles, consequens est manifeste contra Philosophum in isto, & præcedenti lib. quia contingentia & impossibilia non sunt vere scibilia. sequela patet. quia de qualibet re potest esse quæstio. tum primo quia quælibet res potest esse dubia, & cognita. ergo de qualibet re potest formari quæstio, quia est dubitabilis propositio. tum secundo quia omnis interrogatio est quæstio, de qualibet ergo re potest fieri interrogatio. ergo & quæstio. si ergo quæstiones sunt equales numero his quæ vere scimus. sequitur quod quælibet res erit vere scibilis.

4 Præterea. Demonstrabilia sunt vere scibilia, sed de eis non est quæstio. tum primo quia demonstrator non interrogat, vt in primo huius concessum est. tum secundo quia secundum Boetium in topicis omnis quæstio vel est quæstio thesis vel hypothesis, quæ locum non habent in demonstratiuis.

5 Præterea. Prima principia demonstrationis cum faciant scire sunt uere scibilia, propter quod vnumquodque, & illud magis, sed de ipsis non formabitur quæstio cum sint per se nota. ergo quæstiones nõ sunt equales numero his, quę vere scimus.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in principio huius libri dicens. [Quæstiones sunt equales numero &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod hic incipit secundus liber posteriorum, in quo potissime demonstratur de medio demonstrationis, quod est ipsum quod quid est, qui liber diuiditur in septem tractatus. in primo determinat Philosophus de quæstionibus medii. in secundo uero tractatu ostendit Philosophus qualiter ipsum quod quid est se habet ad demonstrationes, & hoc disputatum est ibi. [Quomodo autem quod quid est &c.] in tertio ostendit hoc idem secundum rei ueritatem ibi. [Iterum autem speculandum est &c. [in quarto ostendit qualiter ipsum, quod quid est se habet ad demonstrationem ibi. [Quomodo autem scire opinamur] in quinto ostendit quomodo ipsum quod quid est potest uenari ibi. [Quomodo autem potest uenari &c.] in sexto uero ostendit qualiter ipsum quod quid est uenari potest ibi. [Ad habendum autem problemata &c.] sed in septimo & vltimo ostendit Philosophus, & determinat de cognitione primorum principiorum ibi. [Ex præmissis autem fiant &c.] primus autem tractatus continet unicum capitulum siue unam lectionem tantum Doct. San. in quo ponuntur quattuor principales conclusiones: quarum prima est responsiua ad quæsitum, uidelicet, quod quæstiones sunt equales numeros his, quæ uere scimus. secunda est, quod sunt tantum quattuor quæstiones uere scibiles, tertia est, quod omnis quæstio uere scibilis est reducibilis ad quæstionem quid est. quarta est, quod omnis quæstio est quęstio medij. de duabus autem ultimis quæstionibus in sequentibus articulis uidebitur.

Prima uero conclusio sic probatur tali ratione secundum Doctorem Sanctum, nam de omni eo, quod est uere scibile possumus quæstionem facere uere scibilem, & econuerso. ergo equalis numerus est quæstionum uere

re scibilium & eorum q̃ uere sciuntur. antecedens patet. nã ea sciuntur quorũ scientia est cognitio per demonstratio nẽ acquisita, sed eorũ oportet p demõ- monstrationem scientiam acquirere, quæ ante fuerunt ignota. ergo de omni eo, quod est &c. patet consequentia, quia de omnibus his possumus quęstionem facere, quę ignoramus. aliter ratio formaretur, omnis numerus est æqualis alteri numero, quando non excedit nec exceditur; sed numerus quęstionum non excedit numerum vere scibilium. ergo &c. maior patet, minor probatur, quia illa conuertuntur, quia quęcunque sunt uere etiam scibilia, sunt vere scita, & econuerso. ergo &c.

Considerandum est autem secundum Albertum Mag. in hoc secundo libro, tractatu primo capitulo primo; quod quæstiones de quibus est hic ad propositum non multiplicantur quantum ad vere scita secundum materiam scibilium, hæ enim quæstiones multo plures sunt quam uere scita, sed multiplicantur quantum ad formam scitorum siue scibilium, quæcunque enim uere scimus non sunt sophistica uel ex his per accidens scita uel etiam opinabiliter scita sicut topica, sed sicut dicit Auerrois uel per demonstrationem ut complexa sicut sunt conclusiones, uel per ea, quę sunt in demonstratione sicut per medium, quod est diffinitio, sicut enim quia scitur ex conclusione demonstrationis ita propter quid scitur per medium demonstrationis potissimę secundum quod actu mediat inter extrema, scientia autem quid habetur per diffinitionem & scientia si est relinquitur ex illa ut vult Alpharabius hic. ergo modo quæstiones eorum, quę demonstrantur; hoc est per demonstrationem & principia demonstrationum accipiuntur sunt æquales numero specie & forma his, quæ uere scimus, hoc est his, quę per demonstrationem accipimus, uel quæ sunt in demonstratione: multæ enim aliæ quæstiones sunt secundum materiam, quæ excedunt incomparabiliter numerum uere scitorum. hęc ille. Vnde Linconiensis uult, quod quęstiones sunt æquales numero his, quæ uere scimus numerositate speciei, idest secundum formam, & non secundum indiuidua, idest secundum materiam scitorum.

Considerandum est vlterius, ut ex dictis colligi potest, quod cum dicitur, quòd quæstiones sunt æquales numero his, quæ uere scimus, intelligendum est de quęstionibus determinabilibus per demonstrationem seu per artem demonstratiuam, quæ sunt quattuor, ut infra patebit: quattuor enim tantum uere scimus per demonstrationem, ut innuit hic Verforius. unum scimus formaliter, uidelicet quia est ipsius conclusionis, idest inhęrentiam passionis in subiecto. aliud quod scimus comitatiue, uidelicet propter quid conclusionis, dum enim scimus, quod homo est risibilis, consequens est scire propter quid est risibilis. tertium elicitiue, uidelicet quid est subiecti, quia idem est quid est subiecti & propter quid conclusionis siue inhærentię passionis. quartum scimus suppositiue siue antecedenter, uidelicet subiectum cui potest inhęrere talis passio, non enim possumus scire, propter quid homo est risibilis, nisi pręsciamus, quod homo est tale ens cui risibilitas tanquam passio inhæret. quatuor ergo tantum per demonstrationem uere scimus, & tantum sunt quattuor quęstiones his correspondentes terminabiles per artem demonstratiuam, ut infra patebit. relinquitur ergo quod quęstiones sunt ęquales secundum numerum, uidelicet quantitatiuum his quæ uere scimus.

Considerandum est ulterius secundum Rodulphium Britonum, quod quęstiones sunt ęquales numero his, quę scimus simpliciter non solum secundum numerositatem speciei, sed etiam secundum indiuidua, & hic accipiendo uere scire communiter pro omni eo, quod scitur nonsolum in

conclusione, sed etiam quantum ad cognitionem præmissarum demonstrationis, quia si accipientur solum pro eo, ꝙ est scitum in conclusione, non haberet nisi una qō. scilicet qō quia est de inhærentia passionis ad subiectum, sed accipiendo vere scire pro omni eo quod cognoscitur in tota demonstratione sic habent omnes quæstiones & sunt æquales scibilibus hoc modo, quia medium demonstrationis est propter quid & ipsius subiecti est q̄stio si est, & quid est. ipsius uero cóclusionis est qō qa est sic accipiendo uere scitum pro omni eo quod est uere scitum, in demonstratione enim quæstiones sunt æquales numero his, quę vere scimus.

Considerandum est vlterius secundum eundem in prima quæstione huius secundi, quod vere scire potest accipi dupliciter. uno modo & proprie & sic conclusio demonstrationis solum uere scitur, vnde sic quæstiones non sunt æquales numero his, quæ vere scimus. alio modo accipitur communiter, & hoc dupliciter. vno modo pro eo quod scimus ex se ipso sicut sunt prima principia demonstrationis, & isto etiam modo non sunt æquales numero &c. quia de principiis cum non sint dubia non formantur quæstiones. alio modo pro eo quod scitur ex alio. & sic quæstiones sunt ęquales numero his, quæ uere scimus, quia quandocunque aliquid est uere ordinatum ad aliquid aliud, eius numeratio & distinctio accipitur secundum distinctionem & numerationem eius ad quod ordinatur, sed omnes quæstiones sunt ordinatæ ad scire, quia aliquis non quærit rem nisi ut sciat eam. ergo distinctio & numeratio quæstionum debet summi secundum distinctionem scibilium. hæc ille. Quæ uera sunt si fiat numeratio quæstionum secundum numerum scibilium quantum ad formam, non autem quantum ad materiam vt in principio secundum Albertum expositum est.

Considerandum est ulterius secundum Egidium quod huius cóclusionis, videlicet quod quæstiones sunt &c. potest esse tripliciter expositio. prima est ut sit sensus, quæstiones sunt æquales numero his quæ uere scimus & his quæ non per se nota sunt, sed per demonstrationem. scibilia secúda expositio est ut sit sensus quæstiones in rebus, quæ sunt per se, de quibus spectat ad demonstrationem determinare, sunt æquales numero his dubitabilibus quæcunque vere scimus, & in talibus quot sunt scibilia tot sunt dubitabilia, & econuerso, quæstiones vero, quæ sunt per accidens & quæ contingit aliter se habere, & quę solum per signa habent concludi non sunt per se. unde in his propositio philosophi non habet locum secundum hãc expositionem. tertia vero expositio talis est, ut sit sensus quæstiones sunt &c. idem vere scibilibus, vel vere dicibilibus ad vere scibile. semper enim imperfectum habet reduci ad perfectum. ideo quod est per accidens habet reduci ad per se, & id quod est per signum ad id quod est per causam, & quod potest aliter se habere ad id quod non potest aliter se habere. vnde in similibus prædicta propositio veritatem habet. Super hanc expositionem Paulus Venetus videtur superaddere quartam expositionem, ut uideli cet sit sensus, quæstiones sunt æquales &c. i. his quibus intellectus potest assentire per discursum. vnde principia demóstrationis illo modo non uere scimus.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod uere scibile accipit dupliciter. uno modo propriissime, uidelicet pro eo ꝙ per demonstrationem est cognoscibile sicut id quod cognoscitur per formam demonstrationis. secundo modo sola có clusio demonstrationis dicitur uere sci bilis. alio modo accipitur ut in proposi to vere scibile proprie pro eo quod in demonstratione cognoscitur non solum sicut id quod cognoscitur per formam demonstrationis, sed pro eo quod

cognosci-

cognoſcitur ſicut ratio cognoſcēdi aut antecedenter elicitiue aut communitatiue, vt expoſitum eſt.ſic quatuor ſunt ſcibilia vt eſt expoſitum.ſic non placet ratio vnde fundatur in falſo. Ad ſecundum dicendum, quod licet omnis quæſtio ſit reductiue qō medij nō tñ ẜm formam quæſtionis vt infra patebit. Ad tertium dicendum, vt dicit hic Britonus ꝙ quæſtio poteſt accipi dupliciter, videlicet, communiter & proprie. communiter ſumitur pro eo quod habet modum dubitationis vel interrogationis, & iſto modo de omni re formari poteſt quæſtio. ſed proprie ſumitur quando, videlicet, res, quę quæritur de ſe indubitabilis eſt vel quæſibilis & ſcibilis per artem demonſtratiuam, & iſto modo non poteſt formari quæſtio de omni re, quia vt dicit Linconienſis quæſtio eſt proprie motus animę ſupra rem quæſitam, quādo enim anima mouetur & tendit ad inquiſitionem rei, quæ de ſe eſt dubitabilis vel quæſibilis, tunc format quæſtionem, & iſto modo omne quæſitum eſt partim notum & partim ignotum, quod non conuenit omni rei. Ad quartum dicendum, quod demonſtrator non interrogat eo modo ſicut dialecticus, videlicet, non interrogat vt petat conceſſum dubitatiue, ſed abſolute interrogat vt videat ſi diſcipulus ſit eiuſdem opinionis cum ipſo, vnde ſupra oſtenſum eſt in primo huius, quod in qualibet ſcientia ſpeciali ſunt proprię interrogationes. Ad quintum patet ſolutio ex dictis.

Sequitur in Philoſopho & in Doc. San. deinde cum dicit eſt quidem &c.

ARTICVLVS II.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quod non ſint tantum quattuor quæſtiones vere ſcibiles. Nam ſunt plures quęſtiones per demōſtrationem vere ſcibiles quām quattuor. vt de ſe patet. ergo non tantum ſunt quattuor qōnes. patet conſequentia per præcedentem concluſionē, quia quæſtiones ſunt ęquales numero his &c.

2 Præterea. Vt dicit Boetius, omnis quæſtio eſt quaſi theſis denudata, videlicet, circunſtantijs, vel hypotheſis, quæ eſt circunſtantijs inuoluta. ergo tantum ſunt duę quæſtiones & non quattuor.

3 Præterea. de omni prædicamento poteſt formari quæſtio, videlicet, quid, quantum, quale &c. ergo ſunt plures quam quattuor.

4 Præterea. Secundum Boetium in topicis quæſtio eſt dubitabilis propoſitio ſed plures ſunt dubitabiles propoſitiones quam quattuor. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra eſt Philoſophus in præſenti capitulo ibi. [Eſt quidem &c.]

CONCLVSIO.

Reſpondeo, dicendum, quod ſecunda concluſio huius capituli, quæ eſt reſponſiua ad quæſitum talis eſt. tantum ſunt quattuor quæſtiones terminabiles per demonſtrationem, quæ probant̄ tali rōne ẜm Philoſophū elicitiue. nā omnis quæſtio vel eſt ſimpliciter non ponens in numerum, vel eſt compoſita ponens in numerum. Si primum hoc eſt dupliciter, vel quia quærit de eſſe rei ſimpliciter & ſic eſt quæſtio ſi eſt. vel quærit de eſſe rei quiditatiue & ſic eſt quæſtio quid eſt. ſi ſecundum hoc etiam dupliciter. vel quia quærit de inhęrentia unius ad alterum. ſic eſt quæſtio quia eſt uel de cauſa illius inhærentię. ſic eſt quęſtio propter quid. ſunt ergo quattuor quæſtiones tantum uere ſcibiles, ideſt, determinabiles per demonſtrationem, uidelicet, ſi eſt, quia eſt, quid eſt, & propter quid eſt. dicuntur autem uere ſcibilia, quia per demōſtrationem ſciuntur, ut dictū eſt. aut directe ſicut quia eſt. aut conſequenter ſicut propter quid eſt, aut elicitiue uel antecedenter ſicut ſi eſt & quid eſt.

Conſiderandum eſt hic ſecundum Doc. S quod cum ſcientia non ſit niſi uerorum, ut patuit per diffinitionem demonſtrationis, cuius effectus eſt ſcire. uerum autem ſolū ſignificetur per orationem

tionem ſiue enunciationem oportet ſolam enunciationem eſſe ſcibilem, & ꝑ conſequens quæſibilem primo & principaliter. licet ſecundo modo ſcientia ſit terminiorum ipſius propoſitionis: ſicut autem in ſecundo perihermenias dicitur, enunciatio dupliciter formatur. vno modo ex nomine & verbo eſt abſque aliquo appoſito, vt cum dicitur. homo eſt. ſic eſt propoſitio de ſecundo adiacente. alio modo quando aliquid tertium adiacet vt cum dicitur homo eſt albus. poteſt ergo quæſtio formata referri ad primum modum enunciationis, ſic eſt quæſtio ſimpliciter. vel ad ſecundum modum ſic eſt quæſtio quaſi compoſita vel ponens in numerum.

Conſiderandum eſt vlterius, quod quæſtio compoſita dicitur ponere in numerum ſecundum Doc.S. quia, videlicet, quęrit de cõpoſitione duorum, ſed ſecundum Albertum mag. talis quæſtio dicitur ponere in numerum in qua prædicatum ponit aliquod ſubiectum diſtinctum ab hoc verbo eſt vel eius participio, vt cum dicitur homo eſt animal. illud prædicatum animal ponit illud ſubiectum homo quod eſt aliud ab hoc verbo eſt quaſi ponens in numerum binarium contra ſubiectum. omnis ergo quæſtio ponit in numerum in qua ponitur aliud prædicatum ab illo verbo eſt vel eius participio, ſcilicet exiſtens, ꝙ notanter dicitur, quia idem eſt quærere an homo ſit, & an homo ſit exiſtens, quia vtrobique quæritur de eſſe exiſtentię rei ſimpliciter. ſed ſecundum Paulũ Venetum quæſtio de eſt tertio adiacente, & non de ſecundo adiacente dicitur ponere in numerum. tum primo quia qõ de ſecundo adiacente non ponit prædicatum aliud materiale a ſubiecto, ſicut quæſtio de tertio adiacente, ſubiectum enim non ponit in numerum contra ſubiectum, ſed bene prædicatum: tum ſecundo quia quęſtio an eſt nullam ſuppo nit quęſtionem, & quęſtio quid eſt vnã ſupponit ſolam, videlicet ſi eſt, ſed quæſtio quia eſt preſupponit duas, videlicet ſi eſt & quid eſt, & quæſtio propter qd eſt præſupponit prædictas tres quæſtiones. vnum autem non facit numerum, ſed bene duo vel tria. tum tertio quia quæſtiones ſi eſt, & quid eſt, quæ ſunt de eſt ſecundo adiacente, quærunt de eſſentia & eſſe rei, quæ ſunt idem realiter cũ ipſa re. aliæ uero duæ quæſtiones, quæ ſunt de eſt tertio adiacente, quærunt de ſubiecto & de propria paſſione, quæ diſtinguunt realiter. ideo ſunt ponẽtes in numerum. hæc ille. Sed hoc quod hic dicitur repugnat doctrinę Do.S. & ueritati. manifeſtum eſt enim quod eſſe eſſentiæ rei de quo eſt hic mentio realiter ſiue eſſentialiter differt ab ipſa re, aliter res non poſſet intelligi ſine ſuo eſſe exiſtentiæ, quod eſt falſum ut deducit Doc.San. in tractatu de eſſe & eſſentia.

Conſiderandum eſt ulterius ſecundũ Rodulphum Britonum, quod ſolum illa quæſtio ponit in numerum quando prædicatum eius eſt numeratum *& diſtinctum formaliter* & eſſentialiter contra ſubiectum, ſicut cum quæritur utrum homo eſt riſibilis, quia eſſentia riſibilis eſt alia ab eſſentia hominis, & vna ponit in numerum contra aliam. unde ſecundum ipſum dum quæritur utrum homo eſt animal, illa quæſtio nõ eſt ponens in numerum. ſed hoc non uidetur uerum eſſe, quia ſic quęlibet quæſtio compoſita non poneret in numerum, quod uidetur eſſe contra deductionem Philoſophi in exemplis ſuis ſecundum expoſitionẽ Doc.S. Alberti & aliorum doctorum.

Conſiderandum eſt ulterius ſecundum eundem, quod ſufficientia prædictarum quęſtionum ſic poteſt formari, quia omnis quæſtio eſt quæſtio medij, aut ergo eſt ipſius medij, ut accipitur in ratione medij, aut eſt medij abſolute. ſi primum hoc eſt dupliciter. quia uel quærit de cauſa inhærentię paſſionis ad ſubiectum, uel de ipſa cauſa, uel inhærẽtia. ſi primum ſic eſt quæſtio propter quid. ſi ſecundum ſic eſt quæſtio quia eſt quia quærit medium ad probandum hoc de hoc, ſi uero eſt quæſtio medii

non ratione medii, sed secundum quod est diffinitio subiecti vel passionis, sumitur absolute. hoc est dupliciter, quia vel quærit de entitate rei, sic est quæstio si est siue an est uel, quærit de quiditate sic est quæstio quid est.

Considerandum est vlterius, quod de prædictis quæstionibus exemplificat, & primo de quæstionibus compositis in numerum ponentibus, vt cum quærimus utrum sol est deficiens, quia est eclypsis uel non, vel utrum homo sit animal uel non, tunc dicimus quia, ita quod hoc quod dico quia sit nota uel signum interrogationis, sed quia ad hoc quærimus ut sciamus quia est, cuius signum est quia, cum hoc inuenerimus per demonstrationem quiescimus a quærendo. vnde si in primo sciremus uel sciuissemus non quæreremus, utrum ita sit. inquisitio enim non cessat nisi habito eo quod quærebatur. & ideo cum quæstio quia cesset cum quærimus utrum hoc sit hoc, habito quod ita est manifestum est quod hæc quæstio quia queritur: & cum scimus quia ita est quærimus propter quid sit hoc ut puta, cum scimus quod sol est deficiens propter eclypsim & quod terra mota est in terræ motu, quęrimus propter quid sol deficiat aut propter quid terra moueatur, & hoc quærimus ponendo in numerum. quod uero quærimus alio modo, uidelicet, non ponendo in numerum ut cum quęrimus, an centaurus sit an non, & scientes de aliquo quia est, idest, si est, simpliciter quærimus quid sit illud, ut quid est homo uel animal. hæc enim sunt tot quot quęrimus, quæ cum inuenerimus dicimur scire, hęc omnia Doc. Sen. secundum Philosophum.

Considerandum est ulterius secundum Egidium, quod quęstiones de quibus hic Philosophus exempl ficando loquitur non sunt quęstiones de quid nominis, quia talia non sunt uere scita, nec sunt uere conclusa in aliqua scientia, sed sunt quid rei. quid enim nominis est tam entium quam non entium. unde ipsa figmenta possunt habere quid nominis non autem quid rei. cognitio enim quid est pręsupponit cognitionem si est loquendo de quid rei non autem de quid nominis, unde Philosophus exemplificando de quęstione si est exemplificat de centauro exprimendo aliquod figmẽtum, quia talis quęstio potest esse etiam figmentorum, sed exẽplificando de quid est non exemplificauit nisi de entibus, ut de homine & Deo, quia talis quęstio, ut hic de quæstione agitur non est nisi entiũ. licet ipsius Dei, cum non possit diffiniri aut terminari, quia est infinitus, non sit diffinitio quid rei proprie sumpta, quod, uidelicet significatur per diffinitionem quiditatiuã eius tamen est quid rei large sumpta, pro eo, uidelicet, qnod potest responderi realiter ad interrogationem factam per quid est quod significari potest per diffinitionem exprimẽtem quid rei, mediat enim diffinitio quiditatiua quid rei inter diffinitionem quiditatiuam quid nominis, ut hic ait Paulus Venetus. si. n. quæratur a nobis, quid est Deus, dicere mus, quod est id quo maius cogitari non potest, nihil tamen obstat quin de eo quæri possit quid est quod non habet quid rei, sicut. n. potest queri si est de eo quod non habet esse. ita potest queri q̃d e de eo q̃d ñ hẽt diffõnẽ. nulla. n. q̃õ p̃supponit q̃d quærit. quanuis. n. omnis q̃õ sit p̃põ materialiter sumpta & oĩs propositio sit complexa, & per consequens omnis quæstio sit complexa quã tũ ad q̃õnem factã, tñ id de quo est q̃õ põt esse q̃d incõplexũ cũ aliqua quærat de entitate & aliqua de quiditate quę in complexa sunt. ideo dicitur aliqua q̃õ simpliciter siue incomplexa, sicut est q̃õ si est quę licet sit pręcognitio, tñ dr̃ etiam quęstio etiam loquendo de si est respectu subiecti licet diuersimode. subiectum enim potest considerari dupliciter ut dicit hic Rodulphus britonus, uno mõ ſm se & absolute & sic põt de ipso queri quęstio si est alio modo põt considerari ſm q̃ potest considerari uel comparari ad passionem antequam probetur

probetur passio de ipso per demonstrationem. sic si est de ipso subiecto est p̄cognitio, antequam enim probetur aliquid de subiecto oportet præsupponere siue pręcognoscere ipsum subiectum esse.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicēdum, quod de omnibus conclusionibus per demōstrationem scibilibus formantur tantum duæ quæstiones in genere scibiles, videlicet q̄a est & propter quid est, licet materialiter loquēdo, vt dicit Linconiēsis de ipsis possint esse plures quæstiones q̄ quatuor. Ad secundum dicendum, quod Boetius diuidendo quæstionem solum loquitur de quæstione in terminis communibus facta & nō in terminis specialibus, unde ratio nulla. Ad tertium dicendum quod quæstiones tales habent reduci ad ipsum quia est, quia in similibus quęritur de inhęrētia alicuius in aliquo. uel dicendum, quod similes interrogationes non sunt quæstiones uere scibiles, idest terminabiles per artem demonstratiuam. unde de eis nihil ad propositum. Ad quartū patet solutio ex dictis.

Sequitur in Philosopho, & Doct. San.

Deinde cum dicit. Quærimus autem &c.

ARTICVLVS III.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod non omnes prędictæ qōnes reducantur ad quæstionem quid est. Nā prius nō debet reduci ad posterius, sed potius econuerso, sed quæstio si est dr̄ quæstio præcedēs quæstionem quid est. cū quid rei pręsupponat si est, ut supra concessum est. ergo qō si est non reducitur ad quæstionem quid est.

2 Præterea. Vnum oppositorum non reducitur ad reliquum sicut album non reducitur ad nigrum, sed quæstiones uere scibiles ex oppositis sunt distinctæ, cum sint membra condiuidentia. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in litera ibi. [Quærimus autem cum quærimus &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod tertia conclusio huius capituli, quę est respōsiua ad quæsitum est quod omnes quæstiones vere scibiles reducuntur ad qōnem quid est, quæ conclusio sic probat. nam omnis quæstio quęrit de medio ut in sequēti articulo probabitur, sed medium in demonstratione est quod quid est ut infra patebit. ergo omnis quęstio reducitur ad quęstionem quid est. non quidem sicut ad illud, quod est eisdē formaliter, sed sicut mensuratum ad mensuram, in unoquoque enim genere vt patet decimo metaphysicæ, est dare unum primum, quod est metrum & mēsura omnium illorum, quæ sunt illius generis. ergo in genere quęstionum est dare unam quæstionem primam ād quam omnes aliæ habēt reduci, quæ est quod quid est. nam omnes alię quęstiones terminantur ad ipsū quid est, quia scito quid est scitur si est loquendo de quid rei, de quo est hic ad propositum, & scito quid est scitur propter quid, quia idē est quid est & propter quid est realiter: licet secundum formam quęstionis demonstrant. cum etiam aliquid scit propter quid, scit etiam quia est, sic enim se habet quid ad propter quid suo modo, sicut ad quia est: nullus enim potest scire causam propter quam passionis ad subiectum nisi prius sciat passionem inesse subiecto.

Considerandum est hic secundū philosophum & Doctorem Sanctum, quòd quęstio si est, & quia est differunt & cōueniunt. differunt in hoc quòd quęstio si est quærit de esse simpliciter, sed quæstio quia est quærit de esse impertinenter, vt cum quærimus vtrum luna deficiat vel augeatur est quæstio impertinenter; quærimus enim in hac quæstione; si luna est aliquid, ut puta deficiens vel aucta, sed cum quærimus an luna sit vel non quærimus de-

bes

bet esse simpliciter. unde dicitur si est. differunt etiam in hoc quod quæstio si est, est qō simpliciter, & per cōsequens non ponens in numerum: quæstio uero quia est dicitur quæstio composita & ꝑ consequens ponens in numerum, sed conueniunt in hoc, quia tam de quæstione si est quam de quæstione quia est quæritur, an sit id quod est medium, q̄a id quod est mediū est ratio eius de quo q̄ritur an sit. cum ergo cognito quia est quærimus propter quid est, aut cum cognitio si est quęrimus quid est, tunc quęrimus quid sit medium, quod non est intelligendum, ut supra dictum est secundum formam quæstionis, sed secundum quandam concomitantiam. nam qui q̄rit causam propter quam sol eclypsatur non quærit ipsam ut medium demōstrationis, videlicet ut in sensu composito, sed quærit in sensu diuiso id quod est medium, quia consequens est vt hoc habito possit demonstrari, & eadem ratio est de quæstione quid est.

Sed instabat discipulus contra aliqua quæ adducta sunt. nam si est, est & quid est, cum quid est non sit quæstio. ergo &c. Dicendum quod non est inconueniens quod vnum & idem sit ꝑcognitio & quæstio ut supra dictum est. nam de subiecto in comparatione ad passionem antequam probetur passio de ipso, oportet præcognoscere quid est. de ipso uero absolute sumpto non secundum quod de ipso habet demonstrari passio, ipsum quod quid est potest esse quęstio, uel vt alij dicunt quid nominis est præcognitio, sed quid rei est quæstio. similiter si est passionis uel de passione est quæstio, sed de subiecto est præcognitio & hoc comparando subiectū ad passionem: si vero absolute cōsideretur tunc potest etiam respectu subiecti dici quæstio, & licet qō si est non determinetur per demonstrationē directe quasi formaliter conclusa, terminatur tamen per eam elicitiue & indirecte.

SOLVTIO.

Ad primum ergo dicendum, quod licet quæstio si est sit prior ordine generationis quam quæstio quid est. tamen quæstio quid est ordine perfectionis ꝑcedit quæstionem si est & hoc potissime considerando quæstiones quantum ad earum determinationem. terminata enim quęstione quid est necessarium est quæstionem si est terminari. ut dictū est, non autem econuerso. Ad secundū dicendum, secundum Rodulphum Britonum, quod aliqua dicuntur ex opposito distingui dupliciter. vno modo sicut contraria uel sicut aliqua quæ coęque sub suo genere continentur. & isto modo unum oppositorum ut sic non reducitur ad reliquum. alio modo sicut priuatiua vel disparata aut quæ non continentur æqualiter sub vno genere vel aliquo toto, & isto modo vnum potest reduci ad aliud, sicuti accidit in proposito. vnde ratio laborat in æquiuoco.

Sequitur in proœmio & in Doc. Sanct.

Deinde cum dicit. contingit in æquiuoco &c.

ARTICVLVS IIII.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod non omnes quæstiones sint quæstiones medii. Nam in omni q̄stione vere scibili de qua est hic intentio non est medium inter subiectum & prædicatum, ut patet de quæstione si est & quid est. ergo non omnis quęstio est quæstio medii.

2 Pręterea. Medium est quoddam incomplexum. ergo omnis quæstio est q̄stio incomplexa, sed quæstio quia est & propter quid non sunt quęstiones incomplexę, ut supra concessum. ergo nō sunt quęstiones medij.

3 Præterea. Multi sciunt determinare quæstionem quia est, uidelicet, quæstionem quia luna eclypsatur, qui ignorant medium demonstrationis scientiam ipsius demonstrationis ignorantes, ergo idem quod supra.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in littera

rã ibi. [Contingit itaque &c.]

CONCLVSIO.

Reſpondeo dicendum, quod quarta concluſio huius capituli quæ eſt, reſpõſiua ad quæſitum eſt quod omnes quæſtiones uere ſcibiles ſunt quæſtiones medij. hanc concluſionem probat Philoſophus ratione & ſigno ſic. nã cauſa eſt medium in demonſtratione quę facit ſcire, cum ſcire ſit rei cauſam cognoſcere &c. ſed in omnibus quæſtionibus uere ſcibilibus quæritur cauſa. nam cũ quæritur utrum luna deficiat, quęritur modo expoſito ſupra, utrum aliquid ſit cauſa defectus lunę. uel quid eſt quęrere propter quid. ergo quęſtio quia eſt & propter quid ſunt quæſtiones medii. ſicut autem ſe habet quęſtio quia eſt ad propter quid, ita ſe habet ſuo modo ad quid eſt. cum quęritur an defectus lunę ſit per quandam concomitãtiam, quęritur quid eſt talis defectus. quid autem & propter quid idem ſunt ſecundum ſubſtantiam. ergo quęlibet quęſtio eſt quęſtio cauſę, & per conſequẽs medii per quod, videlicet principaliter intenditur in demonſtratione determinata. Confirmatur quia quicunque intelligit aliquem finem, intelligit id per quod habet deuenire ad talem finem, ſed demõſtrator intelligit concluſionẽ demonſtrationis ſcire tanquam finem ad quem deuenit per medium demonſtrationis. ergo omnis qõ quam demonſtrator intendit, quę dicitur vere ſcibilis, eſt quæſtio medii.

Præterea. Idem confirmatur, nã quęſtio quid eſt pręſupponit quęſtionem ſi eſt, ſed quęſtio quid eſt, eſt quęſtio medii. ergo & quęſtio ſi eſt, eſt quęſtio medii. & quęſtio propter quid eſt reducitur ad quęſtionem quid eſt. idem. n. eſt quid eſt & propter quid eſt. ergo qõ propter quid eſt, eſt qõ medij, qõ uero quia eſt pręſupponit quid eſt ergo quia eſt & quęlibet alia quęſtio eſt quęſtio medii. Confirmatur idem tertio. nam illud eſt quęſtio quo habito ceſſat dubitatio, ſed medium demonſtrationis eſt huiuſmodi in ordine ad quęſtiones uere ſcibiles. ergo &c. Confirmatur quarto idem. nam omnis quęſtio quærit an ſit medium uel quid ſit medium, ut ex ſupra dictis patet. ergo omnis quęſtio eſt quæſtio medii, & licet quæſtio quia eſt principaliter quærat de inherentia paſsionis ad ſubiectum, ex conſequenti tamen quæſtio quia eſt concomitatiue quęrit medium propter quid terminatur ipſa quæſtio quia eſt. A ſigno probat Philoſophus hanc concluſionem p exemplum ſenſibilem. Nam in eis in quibus eſt medium ſenſibiliter apparet, φ omnis quæſtio eſt quæſtio medii, quia quando medium per ſenſum innoteſcit non relinquitur quæſtioni locus, ut ſi eſſemus in loco qui eſt ſupra lunam uideremus, quod luna ſubintrando umbram terrę deficeret. & ita nihil circa hoc q̃reremus, nec ſi eſt nec propter q̃d eſt hoc; ſed ſimul nobis fieret utrunque manifeſtum, ergo ſignum eſt, quod omnis quęſtio eſt quęſtio medii.

Nec ualet inſtantia cum obuiando dicitur, quod ſenſus eſt ſingularium. ea uero quæ quęruntur ſunt uniuerſalia ſicut & ea quæ ſciuntur, ſcientia enim est uniuerſalium vt ex ſupradictis patet. ergo non videtur quod per ſenſum poſſit nobis innoteſcere id de quo eſt quæſtio, quod autem hæc inſtantia nihil ſit declarat Philoſophus, quia ex ſingularibus notis per ſenſum accipitur & cognoſcitur vniuerſale de quo eſt ſcientia. nam si eſſemus ſupra lunam ex hoc ipſo, quod ſentiremus particulare, ſcilicet quod hoc corpus lunæ nunc ſubintrat hanc umbrã lunæ vel terræ, ſtatim accideret nobis quod ſciremus uniuerſale, quia cognoſceremus, quod ſemper hoc modo accidit lunæ defectus.

Conſiderandum eſt hic ſecundum φ philoſophus ex ſupra dictis concludit quod idem eſt ſcire quod quid eſt & propter quid eſt. nam ex hoc quod uidemus terram interpoſitam inter ſolem & lunam, ſciremus & quid eſt defectus lunę & propter quid deficit luna, quorum unum uidelicet ſcire quid eſt, refertur ad ſciẽtiam qua ſcimus de aliquo quod

ſimpli

simpliciter sit, sed scire propter quid refertur ad cognitionem eorum, quæ insunt sicut cum dicimus, quod trianguli sunt ęquales duobus rectis. relinquitur ergo quod idem est quid est & propter quid, quod manifestat philosophus per exempla, vt si quæratur q̇d est defectus lunæ. respondetur, quod est defectus luminis in luna propter terram, quæ obijcitur inter solem & lunam: quod quidē etiam respondetur cum requiritur propter quid luna deficit, propter defectū luminis ex oppositione terræ, similiter est de consonantia nam si quæratur q̇d est consonantia, respondetur quod est proportio numerorum secundum graue & acutū, & si quæratur propter q̇d acutum consonat graui, respondetur propter id quod habet proportionem numeralem secundum acutum & graue. sic ergo quæstio quid est & propter quid redeunt in idem subiectum quāuis differant in ratione.

Considerandum est vlterius secundū Britonum quod questionem esse ipsius medij potest ītelligi dupliciter. vno modo ꝙ sit medij sicut eius ꝙ principaliter terminatur per demonstrationē, & isto modo, qō quia est non est qō medii, q̇a qō quia terminatur solum formaliter ꝑ demonstrationem. alio modo quod sit medij tanquam eius per quod illud terminatur quod principaliter intenditur per demonstrationem, & illo modo q̄libet quæstio est quæstio medij modo exposito.

Considerandum est vlterius ſm eundem, ꝙ prædictæ questiones sunt diuersimode quæstiones medij, quia quædam sunt de medio absolute sumpto, sicut quid est, & si est, differenter tn̄ quia q̇d est dicitur de essentia medij, sed si est dicitur de entitate ipsius cuius quod quid est dicitur medium, sed propter quid & quia sunt quæstiones de medio sumpto per comparationem ad passionem, diuersimode tamen quæstio quia est, dicit quæstio conclusionis per medium terminatum, & qō propter quid est, est qō medii in comparatione ad passionem, quia quærit de causa inhęrentiæ passionis ad subiectum.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod non omnes qōnes vt dictum est sunt qōnes medii tanquam eius quod principaliter terminat̄ per demonstrationem, vt vult argumentum. aliter quælibet qō esset qō complexa vt voluit secundū argumentum, sed tn̄ omnes qōnes vere scibiles sunt qōnes medii sicut eius propter q̇d terminatur id, quod per demonstrationem scitur. Ad secundum patet solutio ex dictis. Ad tertium dicendum, quod artem demonstrationis ignorans terminat questionem quia est per cām scit quidem id quod est medium, quia scit causam, licet non sciat medium sub ratione medij syllogistici.

Sequitur in Philosopho. Videtur autem hic Philosophus dicere &c.

ARTICVLVS V.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod diffinitio passionis sit medium in demonstratione potissima. Nā philosophus in pręsenti capitulo docet demonstrare passionem de subiecto ꝑ diffinitionem passionis, vt patet per sua exempla, uidelicet de defectu lunę & de consonantia, dicit enim quid & propter quid passionis est medium, sed loquitur hic de demonstratione propter quid quæ dicitur propter quid potissima. ergo diffinitio passionis est medium in demonstratione potissima.

2 Pręterea. Philosophus infra dicit, quod medium demonstrationis est ratio, idest diffinitio primi termini, sed terminus, ut patet primo priorum est maior extremitas. maior autem extremitas est passio ipsius subiecti. ergo idē quod supra.

3 Pręterea. Philosophus infra probat aliquos esse longę uitę, quia non habēt cholerē, quod est diffinitio illius passionis longę uitę &c.

Prę-

4 Præterea. Demonstrationes mathematicę sunt potissimæ cum secundum commentatorem secundo metaphysi. sint in primo gradu certitudinis, sed tales assumunt pro medio diffinitionem passionis, ut patet in geometria Euclidis, igitur &c.

5 Præterea. Medium demonstrationis potissimæ uidetur dicere quid & ꝓpter quid passionis, sed sola diffinitio passionis est huiusmodi, quæ dicit causam propter quam inest pasſio subiecto, vt innuit Philosophus in præsenti capitulo. igitur &c.

6 Præterea. Demonstratio potisſima debet procedere per propriam & immediatam cām passionis vt hic patet ꝑ Philosophū, sed ꝓpria cā & immediata passionis est quod quid est, siue diffinitio eius, & non solū quiditas subiecti. ergo sola diffinitio subiecti non potest esse medium demonstrationis potissimæ.

7 Præterea. Medium in demonstratione potisſima quæ habet fieri in prima figura, dicitur esse medium positione. sed talis est diffinitio pasſionis, quæ prior est pasſione, & sequitur subiectum, non autem sic est de diffinitione subiecti quæ tam subiectum quam pasſionem præcedit. igitur &c.

8 Præterea. Si diffinitio subiecti esset medium in demonstratione potisſima, sequeretur quod talis demonstratio posset esse ex ignotis & committeretur fallacia petitionis principij quorum vtrunque est inconueniens. igitur &c. patet sequela, quia potest esse, quod pasſio sit æque ignota de diffinitione subiecti, sicut & de subiecto. diffinitio enim subiecti & ipsum subiectum sunt idem realiter.

9 Præterea. In procemio de anima habetur a Philosopho, quod cognitio ipsius quod quid est subiecti non est utilis ad cognoscēdum pasſiones quæ insunt subiecto. immo etiam accidentia conferunt magnam partem ad cognoscendū quod quid est. igitur videtur quod ipsū quod quid est subiecti non sit causa & medium pasſionum vel medium potisſimum per quod propria pasſio de subiecto demonstratur.

10 Præterea. Diffinitio pasſionis accipit principia essentialia & effectiua pasſionis, sed diffinitio subiecti non accipit principia pasſionis in ratione causæ. igitur rationibus & auctoritatibus patet, quod diffinitio subiecti non sit medium, sed diffinitio pasſionis sit medium in demonstratione potisſima.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti capitulo pręsertim Doc. S. ibi cum dicit. [Videtur autem hic Philosophus dicere, quod diffinitio pasſionis sit mediū in demonstratione, sed conſiderādū est quod diffinitio passionis perfici non potest sine diffinitione subiecti.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod Doc. S. in præsenti capitulo vult quod diffinitio subiecti, & non diffinitio pasſionis sit medium in demonstratione potisſima, quod hic tribus rationibus & exemplo probat. Prima ratio est talis. nam demōstratio potisſima habet reducere in primā cām, aliter nō diceret potisſima cū esset resolubilis in priorē, sed nisi accipiatur vt demonstrationis mediū diffinitio subiecti, demonstratio non resoluit in primam causam, quia principia quę continet diffinitio subiecti sūt principia pasſionis. ergo diffinitio subiecti est medium in demonstratione potisſima. Secunda ratio. sicut pasſio est demonstrabilis de subiecto ita & diffinitio pasſionis cum etiam sit accidens proprium eius, sed talis diffinitio non potest demonstrari de subiecto per diffinitionem pasſionis, aliter idem demonstratur per idem secundum rem & rationem. ergo demonstrabitur per diffinitionem subiecti quam pręsupponit. ergo idem quod prius. Tertia ratio est. nā in principio primi huius dictum est, ꝙ non solum oportet pręcognoscere q̄d est de pasſione, sed etiam oportet præcognoscere de subiecto quod non oporteret nisi demonstrator vteretur diffinitione subiecti, & sua demonstratione

tione. ergo &c. Quarto idem probat exemplo, si velimus de triangulo demõstrare quia tres&c. accipere oportet primo pro medio diffinitionem passionis, videlicet quod est figura habens angulum extrinsecum æqualem duobus intrinsecis sibi oppositis, & oportet iterũ eam demonstrare per diffinitionem subiecti sic dicendo. omnis figura tribus lineis rectis contenta habet angulum extrinsecus æqualem intrinsecis sibi oppositis. patet ergo quod illa demonstratio, quæ assumit pro medio demonstrationis diffinitionem passionis non est demonstratio potissima cum resolubilis sit in priorem, & hoc modo loquendo de demonstratione simpliciter uel potissima. Secus autem accipiendo demonstrationem quamlibet propter q̃d esse potissimam, quia sic eam accipiendo in ea potest esse medium diffinitio passionis, vt volunt exempla Philosophi in obijciendo adducta.

Sed contra est quod Paulus Venetus in hoc secũdo lib. imponit Doct. S quod opinio eius sit diffinitionem passionis, & non diffinitionem subiecti esse medium in demonstratione potissima. dicit enim prænominatus Paulus quod circa hanc materiam sunt quatuor oppositiones. quarum prima est Thomæ & Egidij. videlicet ꝙ diffinitio passionis, & non diffinitio subiecti est mediũ in demonstratione potissima. probatur. nam sciẽtiæ mathematicæ sunt in primo gradu certitudinis per commentatorem secũdo metaphy. sed illa non demonstrantur. ergo &c. hæc ille formaliter. Sed necesse est dicere quod iste opinator doctrinam Doct. Sanct. non uiderit, aut si vidit ipsam intelligere contempsit, uel grauissimus error erat primi scriptoris. cum in omnibus suis libris super eodem prædicta uerba reperiantur. dicit enim hic Doct. Sanct. sic. Sed considerandum est quod diffinitio passionis perfici nõ potest sine diffinitione subiecti. manifestum est enim quod principia quæ continet diffinitio subiecti sunt principia passionis, non ergo demonstratio resoluitur in primam causam nisi accipiatur idem demonstrationis medium diffinitio subiecti. sic igitur oportet passionem concludere de subiecto per diffinitionem passionis, & vlterius per diffinitionem passionis concludetur de subiecto per diffinitionem subiecti. unde etiam in primo lib. dictum est. oportet præcognoscere quid est non solum de passione, sed etiam de subiecto quod non oporteret nisi demonstrator diffinitione subiecti uteretur in demonstrãdo. Et hoc patet per exemplum si uelimus de triangulo demonstrare, quod habet tres angulos &c. Paulo post subiungit. Et idem patet, si uelimus demõstrare, quod uox acuta & grauis consonet, accipiemus diffinitionem passionis vt hic dicitur, quia hæc habet proportionem numeralem. sed rursum ad hoc probandum vel demonstrandum oportet accipere diffinitionem grauis & acuti, nam grauis vox est quę in multo tempore nata est mouere sensum, acuta autem quæ in modico tempore. modici autem ad multum est proportio numeralis. ergo uocis acutæ & grauis est proportio numeralis. nec refert si aliter graue, & acutum diffinit, oportet enim in eorum diffinitionibus ponere aliquid ad quantitatem pertinens, sic erit in eis concludere proportionem numeralem. hæc ille formaliter de verbo ad verbum. ex quibus manifeste apparet quod prædicti opinatoris falsa est opinio. uult enim Doct. Sanct. ut dictum est quod diffinitio subiecti potest esse medium in demonstratione potissima, licet Egidius probabiliter oppositum sensit.

Considerandum quod Rodulphus britonus est eiusdem opinionis cum Doc. Sanct. dicit enim quod in demonstratione simpliciter potissima diffinitio subiecti est medium & non diffinitio passionis. primum enim sic probat. nam id q̃d habet rationem propter quid passio inest subiecto habet rationem medij ad demonstrandum passionem de subiecto, ut patet per Philosophum in capi-

te huius ſecundi lib. ſed diffinitio ſubiecti habet rationem propter quid, quia paſsio ineſt ſubiecto, quia in diffinitione completa ſubiecti accipiuntur explicite principia eſſentialia ſubiecti, ſed illa ſunt cauſa paſſionis in ſubiecto. ergo ex diffinitione ſubiecti habetur cauſa propter quam paſſio ineſt ſubiecto, & per conſequens per talem diffinitionem paſſio habet demonſtrari, quod etiam vult philoſophus in ſecundo de anima ubi demonſtrat unam diffinitionem animę per diffinitionem eius, idem etiam uř uelle in primo huius ubi concludit ſecundam diffinitionem demonſtrationis de ea per primā, in prooemio etiam de anima dicit quòd diffinitiones illæ cauſæ ſunt vanæ, & dialecticæ omnes per quas non apparet cauſa paſſionū ī ſubiectis. uult ergo philoſophus ꝙ diffinitio ſubiecti ſit medium ad demonſtrandum paſſionem de ſubiecto. ſecundo probat tali ratione. nam in demonſtratione potiſſima omnes præmiſſæ ſunt immediatæ, vt patet per diffinitionem demonſtrationis, ſed quando accipitur pro medio diffinitio paſſionis ad demonſtrandum eam de ſubiecto minor pręmiſſa erit mediata, quia eſt demonſtrabilis, illa enim ſunt demonſtrabilia quorum eſt aliqua cauſa, ſed in diffinitione paſſionis eſt aliqua cauſa, quia ſicut principia eſſentialia ſubiecti ſunt aliqua cauſa ad demonſtrandum paſſionem de ſubiecto, ita ſunt cauſa ad demonſtrandum diffinitionem paſſionis de ſubiecto, paſſio enim & ſua diffinitio ſunt idem realiter. ergo minor in tali demonſtratione eſt demonſtrabilis, & per conſequens media. Ex quo patet ſecundum ipſum ꝙ diffinitio paſſionis non eſt medium in demōſtratione ſimpliciter potiſſima, ſed diffinitio ſubiecti, quia quælibet paſſio & diffinitio ei⁹ habet cauſam propter quam inhæreret ſubiecto, & eiuſdem opinionis eſt Linconienſis in hoc ſecundo.

Conſiderandum eſt vlterius quod Egidius propter rationes in contrariū adductas vult quod diffinitio paſſionis & non diffinitio ſubiecti ſit medium in demonſtratione potiſſima, ſed licet ſuę rationes ſint probabiles non tamen cogunt neque uerum concludunt ut in eorum ſolutionibus clare patebit, pro cōfirmatione uero ſuæ opinionis adducit vnam rationem ducentem ad impoſſibile, quę eſt talis. ſi diffinitio ſubiecti eſſet medium in demonſtratione potiſſima ſequeretur, quod demonſtratio non reſolueret̄ uſque ad per ſe nota, & ſic tolleretur certitudo demōſtrationū quod eſt inconueniens, probatio ſequelæ, qa aut talis diffinitio ſubiecti eſt talis quā omnes apprehendunt, aut eſt talis quā cum magna diligētia inueſtigare oportet. ſi primum ſic per ſe notum demonſtraretur, quia eſt per ſe notum paſſionem ineſſe tali ſubiecto. ſi ſecundum tunc ſi paſſio demonſtraretur de ſubiecto per talem diffinitionem, demonſtratio non reſolueret uſque ad per ſe nota, cum non ſit per ſe notum, *talem diffi*nitionem conuenire ſubiecto. *ultra au*tem diffinitionem ſubiecti non progreditur via demonſtratiua reſoluendo: ſed ſi quis diligenter conſideret hæc ratio tantum cōcludit, quòd diffinitio paſſionis non ſit medium in demonſtratione potiſſima inquantum concludit ꝙ diffinitio ſubiecti non poſſit eſſe medium, non. n. oportet quod diffinitio ſubiecti ſit per ſe nota omnibus, ſed ſufficit ꝙ ſit per ſe nota ſecundum naturam ante deductionem demonſtrationis, in applicatione uero præmiſſarum ipſius demōſtrationis ad concluſionem demonſtrādam per ſe notum eſt non ſolum ſecundum naturam, ſed etiam patet demonſtrari talē diffinitionem eſſe talis ſubiecti per diffinitionē: vnde falſum eſt, ꝙ talis demonſtratio non reducatur ad ꝑ ſe nota ſimpliciter ſiue ſecundum naturam, nihil enim notius conuenit diffinito quam ſua diffinitio quidditatiua quæ dicitur medium in demonſtratione potiſſima ſecundum primam opinionem.

Conſiderandum etiam eſt vlterius, ut hic adducit Rodulphus Britonus, quod

quod aliqui propter fugam inconuenientium ad vtranque partem dicunt, quod diffinitio aggregata ex diffinitione subiecti & passionis est medium in demonstratione potissima. tum primo quia illa diffinitio est medium in demonstratione potissima qua accepta propositiones sunt magis immediatæ, cum demonstratio procedat ex immediatis, sed diffinitio aggregata est huiusmodi, quia ratione qua accipitur diffinitio passionis est maxime propria & immediata passioni, ratione uero qua accipitur diffinitio subiecti, illa diffinitio est maxime propria, & immediata subiecto: tum secundo, quia illa diffinitio est medium in demonstratione potissima, quæ dicit quid & propter quid utriusque extremitatis, sed diffinitio aggregata est huiusmodi cum explicet omnia principia subiecti & passionis. ergo talis diffinitio (ut ipsi concludunt) est medium in demonstratione potissima. sed non est necesse ponere quod talis diffinitio aggregata sit medium in demonstratione potissima: & dato quod esset medium, hoc tamen non esset ratione qua in ea ponitur diffinitio passionis, sed ratione qua ponitur in ea diffinitio subiecti. primum sic probat Rodulphus: nam medium in demonstratione potissima debet esse quid unum, sed talis diffinitio aggregata non est quid unum cum subiectum & passio non sint unum essentialiter, licet sint unum in esse. una enim diffinitio est unius diffiniti. diffinitio autem subiecti habet vnum diffinitum, scilicet subiectum, & diffinitio passionis habet alium diffinitum, scilicet passionem. diffinitio autem aggregata ex vtraque habet utrunque diffinitum, & sic non est una diffinitio.

Præterea. Ad hoc quod aliquid si medium in demonstatione potissima, sufficit quod dicat causam propter quid inhærentiæ passionis ad subiectum, sed sola diffinitio dicat causam propter quid, causa enim propter quid & medium sunt idem. probatio mediæ, quia diffinitio subiecti si sit complexa dicit explicite causam eius & principia. sed ex eiusdem principiis ex quibus est subiectum habet causari propria passio. ergo diffinitio passionis dicit causam passionis. ad hoc ergo vt habeatur medium in demonstratione potissima non oportet habere aliud quam diffinitionem subiecti.

Præterea. Idem confirmatur per Philosophum in primo & secundo huius, qui uult quod diffinitio aggregata ex pluribus diffinitionibus sit tota demonstratio sola positione differens. non ergo est medium in demonstratione potissima, cum talis diffinitio inquantum ad aliquam eius partem sit mediata subiecto, siue minori extremitati. demonstratio autem quæ est simpliciter potissima est, simpliciter ex immediatis. secundum probat idem tali ratione: nam talis diffinitio aggregata si dicitur medium hoc est propter hoc quod dicit causam propter quid passionis, sed tunc diffinitio dicit causam propter quid passionis ratione illius partis, qua continet diffinitionem subiecti: ergo si talis diffinitio aggregata ponatur esse medium, hoc est ratione qua ponitur in ea diffinitio subiecti, & non ratione qua includit diffinitionem passionis, & licet diffinitio subiecti non sit maxime propria passioni quantum ad eius essentialitatem, idest tanquam pertinens essentialiter ad essentiam eius, tamen est maxime ei propria quantum ad causalitatem propter quid, quia in diffinitione subiecti exprimuntur causæ dicentes propter quid passionis, quæ tamen in diffinitione passionis non exprimuntur, quia licet ibi ponatur subiectum secundum se & absolute quod est causa passionis, non tamen dicit causam passionis, & causa est quod re-

quiritur ad hoc ꝙ aliquid sit mediũ in demonstratione potissima simpliciter. Diffinitio etiam aggregata si dicat quid & propter quid inhærentiæ passionis ratione vnius partis eius, uidelicet, ratione diffinitionis subiecti non dicit quid & propter quid ratione alterius partis, videlicet ratione diffinitionis passionis. unde nõ dicit ꝓpter quid rõne utriusq; extremi sub ratione qua causa est. omne etiam compositum habet resolui in suas partes componentes, unumquodque enim resoluitur in ea ex quibus cõponitur. ergo talis diffinito aggregata est resolubilis in diffinitionem subiecti, & per consequens non potest esse medium in demonstratione potissima. cum talis non sit resolubilis.

Considerandum est finaliter quod opinio Pauli Veneti quam hic recitat est, quòd tam diffinitio subiecti quam passionis est medium in demonstratione potissima, cuius primam partem relinquit probatam per rationes Doct. S. secundam vero partem probatam relinquit per rationes Egidii soluendo rationes utrasque, uidelicet, tam Doct. S. quam Egidij, sed hæc opinio cum probatione illius opinatoris & reprobatione destruit se ipsam. nam rationes Egidij aut sunt ueræ & uerum concludunt, aut non. si primum tunc non sunt resoluendæ, quia quod uerum est non debet reprobari. si secundum ergo prædicta secunda pars prædictæ opinionis est falsa, uidelicet, quod medium in demonstratione potissima est diffinitio passionis, quia illę rationes hoc concludunt. Similiter rationes Doct. San. aut sunt ueræ & uerum concludunt, aut non. si primum ergo multi frustra student eas soluere. si secundum, ergo prima pars opinionis eiusdẽ est falsa, uidelicet, quod diffinitio subiecti sit medium in demonstratione potissima, cum tales rationes hoc concludant, & licet verum sit quod diffinitio passionis possit esse medium in demonstratione propter quid, tamen non talis demonstratio dicitur simpliciter potissima, cum medium eius posit demonstrari de subiecto conclusionis per diffinitionem priorem, uidelicet, per diffinitionem subiecti, vt ex dictis patet.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum, quod Philosophus loquitur de demonstratione propter quid, non tamen dicitur simpliciter potissima de qua nunc fit disputatio. Ad secundum dicendum, quod licet subiectum non sit primus terminus secundum ordinem subijcibilis & prædicabilis, est tamen primus terminus secundum ordinem cognoscibilis. diffinitio enim subiecti quæ ponitur medium in demonstratione potissima primo & notiori modo conuenit subiecto quam passioni, quæ per eam demonstratur. uel dicendum est ut aliqui dicunt, quod subiectum, licet non sit primus terminus secundum terminorum positionem, est tamen primus terminus prioritate causalitatis, subiectum enim est causa partis, scilicet passionis, sed non econuerso. Ad tertium dicendum, sicut ad primum. Ad quartum dicendum, quod in demonstrationibus mathematicis non potissimis demonstrantur pasiones secundariæ per primas, tamen primæ pasiones habent demonstrari subiecto per diffinitionem subiecti quę dicit rationem, propterea pasio etiam intrinseca, & diffinitio eius inest subiecto. vnde diffinitio pasionis primæ est resolubilis in diffinitionem subiecti, quia principia subiecti quę continet diffinitio eius, sunt eius principia in genere causæ formalis, pasionis uero in genere causę efficientis. forma autem est ratio efficiendi ipsius agentis, vt patet secundo physico. vnde Albertus ibidem dicit, quòd si causæ ordinentur in ratione agendi, forma præcedit ipsum efficiens & est quodammodo causa ipsius vt agat. Diffinitio ergo passionis etiam completa adhuc resolubilis est in diffinitione subiecti, unde non potest esse

esse medium in demonstratione simpliciter potisima.

Ad quintum dicendū, ꝙ in demratione simpliciter potisśima quod dicitur simpliciter primū debet habere quod quid subiecti, & quod quid passionis, & tale est diffinitio subiecti & nō diffinitio passionis, nec tale medium dicitur esse aggregatum ex principiis subiecti, & ex principiis passionis, quia tale non est simpliciter primum, immo ipsum quod quid est quod se tenet ex parte passionis habet causam in subiecto. unde ipsa substantia siue quiditas est causa realis, idest causa per se prima ipsius passionis & diffinitionis eius. Ad sextum patet solutio ex dictis, demōstratio enim potissima debet procedere per causam ꝓpriam & primam, diffinitio autem passionis per causam propriam sed non primā. Diffinitio vero subiecti per causam primam & propriam, in quolibet enim genere causę est dabilis causa ꝓpria. unde quamuis principia intrinseca passionis & formalia sint propria causa passionis in genere causæ formalis, non tamen sunt prima causa, quia diffinitio subiecti est causa propria ipsi passioni non quidem in genere causæ formalis, sed in genere causæ efficiētis. ab eodem etiam subiecto possunt procedere plures passiones ordine quodam tanquam a causa propria & adæquata. Ad septimum dicendum, sicut ad secundum, quia in demonstratione medium oportet esse vere positione medium secundum ordinem subiicibilium & prædicabilium, sed sufficit, vt dictum est, quod mediet iter extrema, videlicet inter subiectum & passionem in ratione notificantis sic, uidelicet quod passio prius dicatur de eo quam de subiecto, & quod ipsum medium notiori modo dicatur de subiecto quam ipsa passio, neque etiam est verum quod medium demonstrationis potissimę debeat esse posterius subiecto, immo debet esse prius & notius, & tale medium est diffinitio subiecti & non diffinitio passionis. unde diffinitio subiecti sola est medium in demonstratione potissima simpliciter, & per hoc patet solutio. Ad octauum dicendum, quod licet diffinitio & subiectum eius sint idem realiter, differunt tamen secundum rationem, propter quam distinctionē tollitur nugatio & petitio principij: aliquid enim potest conuenire notiori modo diffinitioni alicuius quam diffinito, & econuerso. Ad nonum dicendum, ꝙ argumentum procedit loquendo de demonstratione propter quid, non tamen de demonstratione simpliciter potissima de qua est nunc ad propositum. Ad ultimum dicendum, quod diffinitio subiecti & non diffinitio passionis accipit causam propter quid pasśionis inquantum causa est explicite, quia in ea exprimuntur principia essentialia subiecti, ratione quorum talis pasśio inest subiecto. ideo diffinitio subiecti dicit magis propter quid pasśionis quam diffinitio pasśionis. dicendum ergo, ut Doct. Sanct. & Linconiensis & Rodul. & Albertus asserunt diffinitionem subiecti esse medium in demonstratione potisśima simpliciter & non diffinitionem pasśionis, licet Egidius probabiliter oppositum sustineat per rationes adductas, quæ & si sint probabiles tamen non demonstrant, vt patet in solutionibus adductis, contra quas varię possunt adduci replicæ ut in problematibus diffusius & apertius disputandum est.

LECTIO II.

Quomodo diffinitio & quod quid est se habeant ad demonstrationem, & est lec. secunda Doctoris San.

QVAESTIO II.

quę habet articulos duos.

VIso qualiter diffinitio se hēat ad demonstrationem disputatiue, & probabiliter procedēdo, oportet insuper diligenter conside-

rare qualiter medium in demonstratione nobis innotescat. Circa quod duplex occurrit consideratio. Primo considerãdum est disputatiue qualiter ipsum qđ quid est se habeat ad demonstrationẽ. Secundo vero qualiter se habet ad demonstrationem determinatiue, hoc est veritatem demonstrando, & hoc est in tertio tractatu ibi. [Verum autem speculandum est &c. quia signum inquãtum huiusmodi præcedit signatum, uel significatum. diffinitio significat ipsum quod quid est. Circa primum duplex occurrit consideratio. Nam primo considerandum est qualiter diffinitio se habeat ad demõstrationem. Secundo uero considerandum est qualiter ipsum qđ quid est se habeat ad demonstrationem disputatiue, vt dictum est, & hoc in secundo, & sequentibus capitulis huius tractatus, ibi [Ipsius autem quod quid est &c.

Circa primum duo occurrunt.

Primo, vtrum omnium, quorum est demonstratio, sit diffinitio, & econuerso.

Secundo vtrum unius & eiusdem possit esse demonstratio & diffinitio.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S.

Quomodo autem quid est demonstretur.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod omnium quorum est demonstratio sit diffinitio, & econuerso. nam omnium, quorum est demonstratio est medium demonstrationis: non. n. potest esse aliqua demonstratio alicuius sine medio, sed medium demonstrationis, ut ostensum est, dicitur ipsa diffinitio subiecti siue passionis. ergo omnium, quorum est demonstratio est diffinitio.

2 Præterea. Quicquid habet diffinitionem potest habere aliquid quod per talem diffinitionem de eo possit demõstrari, cum diffinitio sit medium in demonstratione, vt dictum est. igitur idem quod prius.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti capitulo ibi. [Quomodo quod quid est ostenditur &c.]

CONCLVSIO cum solutione.

Respondeo dicendum, quod iste est secundus tractatus huius secundi libri, in quo Philosophus ostendit quomodo diffinitio & ipsum quod quid est se habent ad demonstrationem disputatiue siue probabiliter, qui quidem tractatus continet in se quinque capitula, secundum quinque lect. Doctoris Sancti. In primo capitulo ostendit hic Philosophus qualiter ipsa diffinitio, quæ est ipsius quod quid est significatiua se habeat ad demonstrationem. In secundo autem capitulo ibi. [Ipsius autem quod quid est &c.] ostendit Philosophus qualiter ipsum quod quid est non potest demonstrari de eo, cuius est, per terminos conuertibiles. In tertio uero capitulo ibi. [At idem neque per demonstrationem &c.] ostendit quod ipsum quod quid est non potest demonstrari de eo, cuius est, per uiam diuisionis. In quarto capitulo ibi. [Et vtrum sit demonstrabile &c.] ostendit Philosophus qualiter ipsum quod quid est non potest demonstrari de eo, cuius est per quasdam rationes proprias, accipiendo ea quæ pertinent ad ipsum quod quid est. Sed in quinto & vltimo capitulo ibi [Amplius quomodo demonstrabi &c.] Philosophus ostendit, quod ipsum quod quid est non potest demonstrari de eo, cuius est, per rationes communes. In primo uero capitulo ponuntur tres conclusiones probabiles per quas soluuntur tres quæstiones hic motæ a Philosopho principaliter, quarum conclusionum prima est, quod non omnium quorum est demonstratio est diffinitio

finitio. secunda quod non omnium quorum est diffinitio est demonstratio. tertia vero conclusio de qua in sequenti articulo videbitur est quod vnius & eiusdem non potest esse diffinitio & demonstratio.

1 Est ergo prima conclusio. Non omnium quorũ est demonstratio est diffinitio, quæ probatur quattuor rationibus Philosophi. Prima ratio talis est, quæ ꝑtinent ad diffinitionem uniuersaliter & affirmatiue prædicantur de his, quorum est diffinitio, sed non omnia quæ ad demonstrationem pertinent vniuersaliter & affirmatiue prædicantur de his, quorum est demonstratio, cum aliquæ sint demonstrationes negatiuę, vt puta in secunda figura, & aliquæ particulares, uidelicet in tertia figura. ergo non omnium quorum est demonstratio est diffinitio. Probatio maioris. nam diffinitio est indicatiua eius quod quid est, omne autem quod pertinet ad quod quid est prædicatur vniuersaliter & affirmatiue de eo cuius est, vt clarius in septimo metaphy. probatur. ergo etiam omnia quę ad diffinitionẽ pertinent, vniuersaliter, & affirmatiue prædicantur de eo cuius sunt, vt etiam infra in hoc secundo Philosophus deducit.

Sed instabat discipulus. nã quorum est scientia eorũ est demõstratio, cũ scientia vt supra dictũ est sit effectus demonstrationis, sed particulariũ non est scĩa, vt supra in primo huius cõcessum est. ergo particulariũ nõ est demonstratio. inconuenienter ergo dictũ est in hac ratione prima ꝙ aliquæ sunt demonstrationes particulares. Dicẽdũ est ſm Egidiũ, ꝙ licet scientia per se solum sit vniuersalium, potest tamen esse particularium inquantũ vniuersalia possunt ad particularia applicari, medicus. n. ꝑ sciẽtiã quã habet de vniuersali, applicando suam scientiam ad particularem hominem sanat ægrotum particularem, similiter & demonstratio licet per se & directe sit uniuersalium, potest tamen esse de particularibus inquantum uniuersalia ad particularia possunt applicari, licet & scientia & demonstratio non sit nisi vniuersalium accipiendo uniuersale posterioristice, & hoc per se loquendo, potest tamen esse non vniuersalium prioristice loquendo, idest aliqua conclusio potest demonstrari, quæ non est vniuersalis, cum quælibet conclusio demonstrationis non sit vniuersalis. vnde supra declaratum est, quod aliqua est demonstratio particularis, & aliqua vniuersalis. si tamen absolute loquamur de uniuersali nihil refert tam prioristice, quàm posterioristice loquendo, scientiam & demõstrationem esse tam uniuersalium quam particularium modo supra exposito. Secunda ratio est talis. Demonstrabilia sciuntur per demonstrationem, scire enim aliquid demonstratiue nihil aliud est quã demonstrationem habere, sed diffinibilia sciuntur per diffinitionem. ergo demonstrabilia non sunt diffinibilia, & per consequens non omnium, quorum est demonstratio, est diffinitio, etiam solũ vniuersaliter & affirmatiue loquendo. patet consequentia quia unius scibilis est solũ unus potissimus modus sciendi. potest etiã hæc ratio aliter formari. nam si omnium quorum est demonstratio esset diffinitio, sequeretur quod aliquis non habens demonstrationes sciret ea quorum est demonstratio, consequens est falsum, & patet consequentia quia illa quæ habẽt diffinitionem sciunt per diffinitionem, sed nihil prohibet aliquem habentem diffinitionẽ nõ simul habere demõstrationem quãuis diffinitio sit demonstrationis principiũ. nõ. n. quicũq; cognouit principia scit ea demõstrando ad cõclusionẽ reducere. falsitas autem consequentis sic patet, quia scire ea quorum est demonstratio non est nisi demonstrationẽ habere, vt in primo huius deductum est. Tertia rõ est talis. Nam demonstratio concludit aliquid alteri inesse per se, ut in primo declaratum est, sed eius quod est per se nunquam dedit aliquis diffinitionem. ergo non omnium quorum est demonstratio est diffinitio, hoc

est idem secundum idem non potest sciri per demonstrationem. Sed instabat discipulus. nam septimo metaphy. probatur, quod accidentium per se tantum est diffinitio. ergo ratio supponit falsum. Dicendum quod licet accidentium per se sit diffinitio tamen eius, quod est in esse per se, quod demonstratio excludit, cum sit complexum, nunquam aliquis dedit diffinitionem, ut hic deducit Doct. Sanct. quarta ratio talis est. Nam diffinitio est notificatio ipsius substantiæ, substãtia enim principaliter diffinitur, accidens vero per posterius, videlicet per additamentum, vt in primo diuinæ philosophię disputatum est, sed demonstratio est notificatio principaliter ipsius accidentis, & si aliqua ipsius substantiæ sit, non tñ erit ipsius substantiæ per modum substãtiæ designatæ, sed ꝑ modum accidentis, videlicet secundum inesse aliquid alicui. igitur non omniũ quorum est demonstratio est diffinitio. hoc est vt dicit hic Linconiensis, quod non oẽ scitur per diffinitionem qđ scit ꝑ demonstrationẽ, præsertim cum diffinitio faciat scire rem incomplexam, Demonstratio vero & complexam. vnde idem secundum idem nõ est diffinibile ac demonstrabile, cum diffinitio non sit idem quod demonstratio, quia diffinitio indicat essentiam rei, non autem demonstratio, sed magis inhærentiam.

Pro ampliori declaratione præcedentium considerandum est hic secundum Egidium, quod demonstratio est quoddam organum ipsius intellectus ducens ipsum ad qualemcunque scientiam. Sicut ergo se habent vniuersale & particulare ad intellectum, ita se habent ad demonstrationem proportionabiliter loquendo. manifestum est autem quod per se & directe loquẽdo intellectus intelligit vniuersale, cũ vle ẽm scholam sit obiectum intellectus in sensu diuiso loquendo, potest tamen intellectus intelligere particulare, non quidẽ primo & directe, sed per reflexionem quãdam applicando se sensui sic directe, & per se loquendo demõstrabitur vniuersale. potest tamen talis demr̃atio vniuersalis applicari ad aliquid particulare.

Considerandum est vlterius secundũ eundem ibidem, quod non necesse est habere simul diffinitionem & demonstrationem. ergo diffinitio non est demonstratio, & per consequens diffinibile non est idem quod demonstrabile. Conueniunt autem in hoc diffinitio & demonstratio, quia quælibet recipit ea, quę sunt per se, & quia ea quę adinuicẽ habent habitudinem per se sic se habẽt quod vnum verificatur de alio. si esset habitudo per se ipsius diffinibilis & demonstrabilis, diffinitio esset demonstratio, quod est falsum. igitur licet non sit inconueniens idem secũdum aliud esse diffinibile & demonstrabile, tamen inconueniens est idem secundum idem & per se esse diffinibile & demonstrabile.

Secunda conclusio vt dicebatur est talis. Non omnium quorum est diffinitio est demonstratio, quæ probatur a Philosopho duabus rationibus, quarũ prima est talis. nam vnius inquantum vnum non potest esse nisi vnus modus sciendi, sed demonstrabile uere scitur per demõstrationem, diffinibile per diffinitionem Si ergo quodlibet diffinibile esset demõstrabile, sequeretur quod habens diffinitionem sciret aliquid demõstrabile absque hoc quod haberet demonstrationem, quod est inconueniẽs. hæc fuit secunda conclusio superius adducta. Secunda ratio talis est. principia demonstrationis non possunt demonstrari inquantum huiusmodi, aliter principiorum essent principia, sed ut supra in primo huius dictum est, diffinitiones sunt principia demõstrationis. ergo demonstratio non est diffinitio, neque demonstrabile est idem diffinibile, & per consequens non omnium, quorum est diffinitio, est demonstratio.

Sed instabat discipulus. Nam licet diffinitiones sint indemonstrabiles tanquã principia quędam demonstrationis indemõstrabilia, non tamen propter hoc sequitur quod diffinibile non sit demonstrabile, non enim diffinibile est mediũ demon-

ſtrationis , licet diffinitio ſit medium eius, & prædicta ratio non uidetur eſſe alterius valoris. Dicendum quod quia diffinitio eſt medium demonſtrationis & non ipſa demonſtratio, ex conſequẽti ſequitur quod diffinibile nõ ſit demõſtrabile neque econuerſo ſecũdum idẽ, vt declaratum eſt. Ad argumenta patet ſolutio ex dictis.

Sequitur in Philoſopho & in S. Doc.
Deinde cum dicit. Sed utrũ &c.

ARTICVLVS II.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quod unius & eiuſdem poſſit eſſe diffinitio & demonſtratio. Nam ꝓprie loquendo propria paſſio eſt demõſtrabilis de ſuo ſubiecto, ut ſupra conceſſum eſt, ſed quælibet talis eſt diffinibilis, ut patet ꝗ ſimo. ſeptimo metaphyſi. igitur vnius & eiuſdem poteſt eſſe diffinitio & demonſtratio, quia paſſio a ſe ipſa non diſtinguitur.

2 Præterea. Eclypſis demonſtratur de luna, & tamen diſtinguitur per priuationem luminis in luna per obiectionẽ terrę. igitur &c.

OPPOSITVM.

Sed contra eſt philoſophus in littera. ibi, [Vtrum autem &c.]

CONCLVSIO.

Reſpondeo dicendum, quod tertia concluſio huius capituli per quam ſoluitur tertia quæſtio a Philoſopho mota in littera eſt talis, quod vnius & eiuſdem ſecundum idem non eſt diffinitio & demonſtratio, quæ concluſio probatur ſedum Doct. Sanct. tribus rationibus philoſophi, quarum prima eſt iſta. Nam diffinitio eſt manifeſtatiua eius quod quid eſt, & ſubſtãtiæ ſiue eſſentiæ cuiuſlibet rei, ut clarius patebit ſeptimo metaphy. ſed demonſtrationes hoc non demonſtrant, ſed ſupponunt, vt in capite huius libri oſtenſum eſt quemadmodum patet in mathematicis demonſtrationibus. nam arithmeticę demonſtrationes ſupponunt quid eſt unitas & quid eſt par, & ſimiliter eſt in alijs demonſtrationibus. ergo unius & eiuſdem non eſt demonſtratio & diffinitio inquantum huiuſmodi. Secunda ratio eſt iſta. Omne diffinibile ſcitur ſecundum ſe & ſimpliciter eſt ſcitũ prout eſt incomplexũ. demonſtrabile autem non eſt incomplexum, ſed unum non eſt aliud. ergo diffinibile non eſt demonſtrabile neque econuerſo.

Præterea. Diffinitio dicit quid & demonſtratio dicit quia, ſed quid non eſt quia, igitur ad idem. nam in eo quod per demonſtrationem oſtenditur, prædicat aliquid de aliquo affirmatiue ſi ſit demonſtratio affirmatiua, uel negatiue ſi ſit demonſtratio negatiua, ſed in diffinitione non prædicatur aliquid de aliquo, ut patet in hac diffinitione hominis animal bipes, animal non prædicatur de bipede, neque econuerſo. Genus n. non prædicatur de differentia, neque econuerſo in eo quod quid per modum prædicandi qui requiritur ad ea quæ ad diffinitionem pertinent, vt infra patebit, & ut in 7. metaph. oſtendit. ergo &c. Tertia ratio eſt talis. Nã aliud eſt manifeſtare ipſum qđ qd eſt, & ipſum quia, ut in princ. huius ſecundi oſtenſum eſt, ſed diffinitio oſtẽdit de aliquo quid eſt, demonſtratio uero oſtendit quia paſsionis de ſubiecto, ut etiam ex ſupradictis patet. ergo unius & eiuſdem non eſt demonſtratio et diffinitio.

Pro ampliori declaratione præcedẽtium conſiderandum eſt primo, quod unius & eiuſdem poſſe eſſe diffinitionẽ & demonſtrationem poteſt intelligi dupliciter. uno modo in ſenſu diuiſo ſiue materialiter loquendo uidelicet de eo quod eſt diffinibile & demonſtrabile, & ſic unius & eiuſdem poteſt eſſe demonſtratio & diffinitio, ut argumenta articuli uolunt. alio modo in ſenſu compoſito ſiue formaliter loquendo de eo quod diffinitur inquantum diffinitur, & de eo quod demonſtratur inquantum demonſtratur, & iſto modo unius & eiuſdem non poeſt eſſe diffinitio & demonſtratio ſecundum

dum idem vt rationes Philosophi volunt. alia est enim notificatio demonstratiua & alia diffinitiua. Cum prima sit complexorum & secunda incomplexorum, idem enim simpliciter & secundum se sumptum est diffinibile, coniunctum vero alteri, idest, faciens cum eo propositionem est demonstrabile, eiusdem ergo inquantum huiusmodi secundum idem non est diffinitio & demonstratio.

Considerandum est vlterius secundum Rodulphum Britonum in præsenti passu, quod diffinitio & demonstratio sumendo proprie diffinitionem & demonstrationem non sunt eiusdem, vt patet septimo metaphy. Solius enim substantię propriè loquendo est diffinitio, accidentis vero non proprie sed per additamentum. accidentis vero proprie est demonstratio & non ipsius substantię per modum substantię designatę, sed vnius & eiusdem potest esse diffinitio & demonstratio improprie loquendo, non tamen secundum idem & eiusdem, quia ipsius passionis est demonstratio, & eius est diffinitio nõ perfecta, sed imperfecta, siue improprie dicta, aut non principaliter & primo, sed per additamentum, non tamen eodem modo eius est diffinitio & demonstratio, quia demonstratio est ipsius passionis in ordine ad subiectũ, & eius est diffinitio secundum se & absolute. hæc ille formaliter.

Considerandum est vlterius secundũ eundem, quod alicuius potest esse demonstratio dupliciter. vno modo potest esse alicuius tanquam eius per quod aliquid demõstratur, & hoc modo principium demonstrationis quod est diffinitio vt supra ostensum est, dicitur esse demonstratio. vnde tale cuius est illo modo demonstratio non potest demonstrari inquantum huiusmodi, quia principij non est principium, neque diffinitionis diffinitio. Alio mõ dr̃ alicuius esse demonstratio tanquam eius qđ demonstratur, & illo modo eius, cuius est demonstratio est etiam diffinitio, licet non eodem modo, vt declaratum est.

Considerandum est ulterius pro declaratione secundæ rationis prædictæ secundum Egidium, quod genus non prædicatur de differentia per se in eo quod quid nisi inquantum differentia implicat speciem aut nihil accipiendo genus est vt contractum ad speciem quemadmodum satis declaratum est in prima parte summę philosophię libro tertio. Linconiensis vero subiungit, quod vna pars diffinitionis non prædicatur de alia neque tota diffinitio de diffinito.

Sed contra hoc instabat discipulus. Nam vt in præsenti libro infra uult philosopus & septimo metaphysi. quælibet pars diffinitionis, & ipsa etiam tota diffinitio debet prædicari in quid de diffinito. ergo satis extraneum videtur hoc quod adductum est.

Dicendum quod diffinitio potest accipi dupliciter. ut hic innuit *Linconiensis*. uno modo substantialiter, & isto modo prædicatur de diffinito, etiam per se & essentialiter, vt in primo libro declaratum est, cum de modis perseitatis ageretur. alio modo potest accipi ipsa diffinitio diffinitiue, & illo modo diffinitionem prædicari de diffinito potest intelligi dupliciter. uno modo accipiendo prędicationem per se & absolute, & illo modo non refert diffinitionem prædicari de diffinito. alio modo accipiendo diffinitionem manifestissime siue enunciatiue, & isto modo diffinitio diffinitiue sumpta non prædicatur de diffinito, quia ipsius diffinitionis est solum manifestare siue notificare essentiam diffiniti, & non quod diffinitio sit aliquid aliud, quod tamen pertinet ad prædicationem, quia de ratione prædicationis modo iam exposito est ostendere, hoc est hoc ostensiue. ergo & sic manifestatiue accipiendo diffinitionem & prædicationem diffinitio non prædicatur de diffinito, licet secus sit utrunque secundum se, & absolute accipiendo.

Considerandum est ulterius, quod

Egi-

Egidius adducit quartam rationem secundum Philosophum ad probandum prædictam conclusionem, quam rationem dicit esse talem. nam alterius rei est altera demonstratio, idest, manifestatio vel declaratio. nam illa duo sic se habent ut totum & pars, quia tunc una & eadem esset demonstratio de utroque. sicut cum demonstratur quod omnis triangulus habet tres &c. simul demonstratur ut ostensum est de isochele qui se habet ad triangulum sicut pars ad totum, sed quia est & quid est sunt diuersa, & unum non est pars alterius. ergo quia est & quid est non per idem declarabuntur, sed quid est declaratur per diffinitionem, quia est uero per demonstrationem. ergo unius & eiusdem non est diffinitio & demonstratio. Sed secundum Doctorem Sanctum hæc ratio non est probatiua directe prędictę conclusionis, sed est probatio maioris tertiæ rationis supradictæ eiusdem conclusionis, ut patet clare diligenter uerba & processum Philosophi consideranti.

Considerandum est ulterius secundum Linconiensem & alios doctores, quod duplex est pars, uidelicet pars subiectiua & pars integralis, Philosophus autem hic loquitur de parte subiectiua, non autem integrali. si enim, ut adducit hic Egidius, aliqua duo sic se habent adinuicem, quod vnum est pars integralis alterius & aliud totius, non oportet ꝙ passio q̄ demonstratur inesse toti propter hoc demonstretur inesse tali parti, sicut habere tres angulos conuenit triangulo, non tamen conuenit lineę, quæ est pars trianguli, sed quando duo sic se habent, quod unum est pars subiectiua alterius, quando aliqua demonstratur inesse toti, simul demonstratur inesse parti, quemadmodum exemplificatum est, non tamen eodem modo, quia talis passio demonstratur de toto per se primo, de parte non subiectiua per se secundo, ut in primo huius declaratum est. Ex prædictis patet primo, quod ipsum quod quid est quod manifestat diffinitio, nō est pars ipsius quia est, q̄d manifestat demonstratio. Ex quo sequitur, quod diffinitio non est demonstratio, neque pars eius loquendo de parte subiectiua, ut dictum est. Diffinitio enim cum sit medium demonstrationis ut supra dictum est, bene est pars integralis ipsius demonstrationis, sed non est pars subiectiua eius. Patet secundo triplex solutio per tres prædictas conclusiones ad tres principales quæstiones motas a Philosopho in litera, & hoc modo oppositio est ut dicit hic Philosophus aut processus oppositiuus in proposito, in quo ad plenum non determinatur ueritas. modicum enim est scire de diffinitione scire quod non est eorum quorum, est demonstratio, & scire quod diffinitio non est demonstratio neque pars eius subiectiua, unde epilogando Philosophus in fine huius capituli dicit usque huc processum esse opponendo. Patet tertio ex prædictis solutio cuiusdam quæstionis a Philosopho introductę incidenter inter alia, quæ est utrum diffinitio sit demonstratio uel pars eius.

Ad argumenta uero patet solutio ex dictis supra.

LECTIO III.

Quomodo quod quid est se habeat ad demonstrationem, & est lect. tertia Doct. San.

QVAESTIO III.

quę habet articulos duos.

RESTAT ulterius considerandum quare ipsum quod quid est se habeat ad demonstrationem. Circa quod quatuor occurrunt consideranda. Nam primo considerandum est qualiter ipsum quod quid est se habeat ad demonstrationem secundum terminos

nos conuertibiles aut reduplicationem. Secundo conſiderandum eſt, quare ipſum quod quid eſt ſe habeat ad demonſtrationem ſecundum viam diuiſionis. Tertio cõſiderãdum eſt quare ſe habeat ad demonſtrationem quantum ad ea q̄ pertinent ad ipſum quod quid eſt. Quarto vero conſiderandum eſt quare ſe habeat ad demonſtrationem ipſum quod quid eſt quantum ad ea quæ communiter pertinẽt ad ipſum quod quid eſt &c. Circa primum quæruntur duo. Primo vtrum ſuppoſitiones, quas adducit Philoſophus in præſenti paſſu ad oſtendendũ propoſitum, ſint ſufficienter poſitæ. Secundo vtrum quod quid eſt quod ſignificat vel diffinitio vel ſignificatum diffinitionis, poſſit demonſtrari de eo, cuius eſt, per terminos conuertibiles.

Sequitur in Philoſopho, & in Doc. S.
ipſius autem quod quid eſt.

ARTICVLVS I.

AD primum ſic proceditur. Videtur quod ſuppoſitiones quas Philoſophus in hoc capitulo ſupponit non ſint conuenienter aſſignatæ. nam ſyllogiſmus ſophiſticus eſt ſyllogiſmus, ſed talis non probat aliquid de aliquo præſertim ſyllogiſmus ſophiſticus peccans ſecundum fallaciam petitionis principii. ergo prima ſuppoſitio Philoſophi eſt inſufficiens. Sed dicebat diſcipulus, quod ſyllogiſmus ſophiſticus eſt ſyllogiſmus apparens & non uerus, de quo Philoſophus loquitur.

2 Contra. Sillogiſmus ſimpliciter eſt ſyllogiſmus uerus, ut patet primo priorum, ſed talis non probat aliquid de aliquo, cum ſit ſyllogiſmus non cõtractus ad materiam. ergo argumentum remanet in ſuo robore.

3 Præterea. Quattuor ſunt condtiones bonę diffinitionis ut in ſummulis declaratum eſt, & patet per Albertum magnum in prædicationibus. ergo male, hic in ſecunda ſuppoſitione philoſophus præmittit duas eſſe conditiones ipſius quod quid eſt, quod eſt ſignficatũ diffinitionis. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra eſt Philoſophus in præſenti capitulo ibi. [Ipſius autem quod quid eſt &c.]

CONCLVSIO.

Reſpondeo dicendum, quod iſtud eſt ſecundum capitulum huius ſecundi tractatus, in quo Philoſophus uolens oſtẽdere quod ipſum quod quid eſt non poteſt demonſtrari de eo, cuius eſt, ſiue ſyllogiſtice oſtendit de eo, cuius eſt in eo quod quid eſt per terminos conuertibiles & propoſita una quæſtione præmittit duas ſuppõnes inferẽdo unã cõcluſionem, de qua in ſequenti articulo uidebitur. quæſtio autem quam mouet Philoſophus in capite capituli eſt, utrũ poſſit eſſe ſyllogiſmus, aut demonſtratio eius quod quid eſt, ita uidelicet, q̄ concludatur hoc eſſe quod quid eſt illius, uel utrum hoc ſit impoſſibile. Signãter autem quærit philoſophus utrum ipſius quod quid eſt ſit ſyllogiſmus, aut demonſtratio, ut dicit hic D. S quia quędam ſubſequentium rationum concludunt, quod eius quod quid eſt non ſit demonſtratio, quædam uero quod eius non ſit omnino ſyllogiſmus. hac quæſtione propoſita philoſophus duo præſupponit, quorum primum pertinet ad ſyllogiſmum, uidelicet, quod omnis ſyllogiſmus probat aliquid de aliquo per aliquod medium, ut ex ſupradictis patet, ſecundum uero quod ſupponit pertinet ad ipſum quod quid eſt per ſyllogiſmum probandum, uidelicet, quod duę conditiones requiruntur ad ipſum quod quid eſt, quarum prima eſt, quod idem quod quid eſt, ſit proprium eius, cuius eſt, quia quælibet res habet propriam eſſentiam ſiue quiditatem. Secunda conditio eſt quod prædicetur in quid de eo, cuius eſt, quia non omne quod eſt, ꝓpriũ alicui pertinet ad eſſentiam eius. ſicut riſibile non eſt de eſſentia hominis, licet ei ſit proprium, & per ſe comitetur eſſentiam eius.

Ex quibus conditionibus, ut dicit Doct.

Doct. Sã. necesse est quod sequatur una tertia, videlicet, quod ipsum quod quid est sit conuertibile cum eo cuius est. Sed hæc conditio, vt dicit hic Egidius, non est alia a prima, quia idem est esse proprium & conuertibile, idest conuertibiliter prędicari.

Pro cuius declaratione considerandum est quod proprium põt accipi dupliciter. vno modo communiter, videlicet, vt se extendit ad quattuor acceptiones suas a Porphyrio in summulis positas, & isto modo non idem est esse proprium & conuertibile, quia esse grãmaticum dicitur esse proprium homini primo modo, quia conuenit soli homini & non omni, & tamen non conuertibiliter prædicatur de homine, nõ enim omnis homo est grammaticus. alio modo accipitur proprium specialiter, videlicet, pro quarta acceptione eius, secũdum quòd solum id dicitur proprium esse quod conuenit omni, soli, & semper, & isto modo idem est secundum rem & non secundum rationem propriam & conuertibile.

Considerandum est ulterius secundum Egidium in præsenti capitulo, quod proprium acceptum pro eo quod conuenit omni, soli, & semper, dicitur esse triplex, uidelicet, diffinitio, differentia, & per se passio propria. Diffinitio enim est quoddam proprium dicens totum esse essentialiter per modum totius expresse. Differentia propria est quoddam proprium non significans totum expresse ipsum reprę̨sentans, sed prędicatur de toto essentialiter per modum partis diffinitionis, licet prædicetur per modum formæ totius. forma enim partis non prædicatur de toto in recto. Propria passio dicitur quoddam proprium quod non dicit essentiam rei a priori & essentialiter, sed emanat a ꝓprijs & essentialibus principijs specialibus.

Sed instabat discipulus. Nam philosophus in topicis diuisit proprium in duo membra duntaxat, uidelicet in propriũ & diffinitionem. ergo insufficienter dictum est, quòd duplex est proprium. Dicendum, quod quia differentia substantialis est pars diffinitionis, philosophus sub diuisione comprehendit differentiam essentialem implicite.

Præterea. Instabat idem. nam accidens inseparabile dicitur accidens proprium, ut patet in prædicabilibus, & tamen non est aliquod prædictorum. ergo &c. Dicendum, quod accidens inseparabile commune non est proprie loquendo aliquod proprium modo exposito acceptum, quia non fluit a principijs essentialibus speciei, sed causatur a principijs indiuidui, ut patet de nigredine corui & albedine cigni [illegible]

Iterum instabat idem discipulus. nã vt patet septimo metaphysicæ, accidẽs non habet diffinitionem, ergo non habet propriam quidditatem siue essentiam, cum ipsum quod quid est sit proprium significatum diffinitionis, quod est contra prędicta in secunda suppositione. Dicendum quod licet accidens in proprio genere non habeat propriã & perfectam diffinitionem, habet tamen diffinitionem datam per additamentum, ut in prima secundę summæ diuinæ philosophię ad longum disputatum est.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum est, ꝙ philosophus hic loqtur de syllogismo non contracto ad aliquam materiam particularem uel necessariam. unde rõ non sequitur, & per hoc patet solutio ad secundum. Ad tertium dicendum, ꝙ tres conditiones bonæ diffinitionis ab Alberto in prædicationibus positę implicite continentur in prædictis tribus conditionibus, quæ hic a philosopho introducuntur.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S.

Syllogismus quidem.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod ipsum quod quid est pos-

possit demonstrari de eo cuius est &c. per terminos conuertibiles. Nam diffinitio una potest demonstrari de diffinito per diffinitionem aliam, vt patet in primo huius, vbi philosophus demonstrat secundam demonstrationem diffinitionis per primam, demonstrat enim in secundo de anima vnam diffinitioné animæ per aliam vt clare ibidem patet. ergo ipsum quod quid est cum sit significatũ diffinitionis potest demonstrari de eo cuius est.

2 Prҫterea. Aliqua est diffinitio, quæ est tota demonstratio sola positione terminorũ differẽs vt ex supradictis patet. ergo diffinitio una potest demonstrari de diffinito, & per consequens idem, ꝙ prius, sicut cum demonstratio procedat ex vniuersalibus, idest ex adæquatis, vt in primo huius declaratur, procedit ex cõuertibilibus, sic ipsum quod quid est potest demonstrari de eo cuius est per terminos conuertibiles.

3 Præterea. Quicquid habet causam potest demõstrari per causam cum demonstratio procedat ex causis, sed omne quod q̃d est creaturҫ habet causam, cum sit creatura quædã, aliter esset creator, quia quicquid est aut est creatura vel creator. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in præsenti capitulo vbi supra.

CONCLVSIO.

cum solutione.

Respondeo dicendum, quod ipsum quod quid est demonstrari de eo cuius est potest ĩtelligi dupliciter: uno modo absolute. alio modo cum reduplicatione quadã, videlicet, in eo quod quid est. Primo modo bene potest demõstrari ipsum quod quid est de eo cuius est, vt voluerunt argumenta in obiectionibus adducta, sed secũdo modo ipsum quod quid est non potest demonstrari de eo cuius est, videlicet, in eo quod quid est, quod sic probatur secundum philosophum tali ratione. nam si sic posset demonstrari, siue syllogistice ostendi, aut hoc esset per syllogismum reduplicatiuum, aut per syllogismum diuisiuum, vel per syllogismum diffinitiuum, quia non videtur esse alius syllogismus qui habeat magnam apparentiã, quod posset concludere hanc esse diffinitionem huius diffiniti, sed nullum illorum est dicendum quod ipsum quod quid est non põt demonstrari siue ostendi de eo cuius est siue diffinitio de diffinito in eo q̃d quid est. probatio minoris nã quod non possit demõstrari per syllogismũ diuisiuũ, aut diffinitiuũ in sequentibus probabitur, quod vero non possit demonstrari per syllogismum reduplicatiuum ꝓbat philosophus. s. duo supponendo, quorum primum est quod ad ostendendum ipsum quod quid est de eo cuius est in eo quod quid est per qualemcunque syllogismum requirit primo, quod primum. s. a. i. maior extremitas sit proprium medio quod est b. & quod medium b. sit proprium c. i. minori extremitati, quia si maior extremitas excedat medium quod uniuersaliter prædicatur de minori extremitate a fortiori vniuersaliter prҫdicabitur ipsa maior extremitas de minori extremitate ipsam excedens, sic ipsum quod quid est, quod est prædicatum conclusionis erit excedens si demonstratur de eo cuius est, & per consequens non erit ibi proprium, quod est contra primam suppositioné in præcedenti articulo adductam. Relinquitur ergo si aliquis syllogismus sit qui concludat ipsum quod quid est, quod oportet esse talem habitudinem terminorum eius vt omnes adinuicem cõuertantur secundum ꝙ suppositum est ad concludendum ipsum quod quid est, quod prædicatur de eo cuius est in eo quod quid est. requiritur necessario ꝙ a. i. maior extremitas prҫdicetur in eo quod quid est de b. i. de medio, & ꝙ b. i. medium prædicetur de c. i. de minori extremitate in eo quod quid est, quia si aliquis non ita accipiat terminos obseruãs hæc duo, videlicet, quod maior extremitas prҫdicetur in eo quod quid est de medio, & medium de minori extremitate in eo q̃d quid est. non necessario

sequi-

ſequitur quod ipſum quod quid eſt inſit ei, cuius eſt in eo quod quid eſt de eo cuius eſt, quia neceſſe eſt maiorem extremitatem de medio & medium de minori extremitate in eo quod quid eſt conuertibiliter prædicari. Quibus ſuppoſitis probat Philoſophus, quod ipſum quod quid eſt non poteſt demonſtrari de eo, cuius eſt per ſyllogiſmum reduplicatiuum cum iſta reduplicatione, videlicet, in eo quod quid eſt, ſiue etiam per terminos conuertibiles tali ratione ducente ad inconueniens. nam ſi ipſum quod quid eſt debet demonſtrari de eo cuius eſt, in eo quod quid eſt, neceſſarium eſt quod medium ſit proprium minori extremitati, & quod de ipſa prædicetur in eo quod quid eſt & conuertibiliter, vt patet per ſuppoſitiones hic adductas: ſed quicquid eſt proprium alicui, & de eo prædicatur conuertibiliter in eo quod quid eſt, dicitur quod quid eſt eius, ergo medium erit quod quid eſt minoris extremitatis, & ſic ſupponeretur quod oporteret probare, & per conſequens committeretur fallacia petitionis principii. verbi gratia, ſit quod quid eſt vel diffinitio hominis animal bipes, & id cuius eſt ſiue diffinitum homo. ſi oporteat per ſyllogiſmum probare, quod animal bipes ſit quod quid eſt hominis, neceſſe eſt quod ſumatur aliquod medium, vt patet per ſuppoſitiones ſupra factas quod ſit quod quid eſt hominis, & ſi ſic ſyllogizat, accipit ſupponendo id quod oportebat oſtendere, videlicet, medium ſic quod quid erat eſſe ipſius hominis. Aliud exemplum deducit Philoſophus de diffinitionibus duabus ipſius animæ ſecundum Platonem, quarum prima eſt, anima eſt ſibi cauſa viuendi, altera, eſt numerus ſeipſum mouens ut patet primo de anima. ſi qs igitur uelit probare ꝙ eſt ſibi cauſa uiuendi eſt quod quid eſt animę aſſumendo pro medio, qđ anima eſt numerus ſeipſum mouens, neceſſe eſt hoc petere & ſupponere, uidelicet quod numerus ſeipſum mouens quod ſit quod quid eſt ipſius animæ.

Pro declaratione præcedentium conſiderandum eſt primo ſecundum Doct. San. quod Plato, ut patet primo de anima poſuit, quod numerus eſt ſubſtantia omnium rerum, eo quod non diſtinguebat inter unum quod conuertitur cum ente quod ſignificat eius eſſentiam de quo prędicatur, & unum quod eſt principium numeri, & ita ſequebatur quod animę eſſet ſubſtantia numerus, ſicut & quęlibet alia res multa in ſe continens. Ponebat etiam Plato quod uiuere ſit quoddam moueri, uiuens autem duobus modis diſtinguitur a non uiuente, ſcilicet ſenſu & motu, ut patet primo de anima, & ipſum ſentire ſiue cognoſcere dicebat quoddam moueri, dicebat igitur animam eſſe numerum mouens ſeipſum & animam eſſe ſibi cauſam uiuendi. hæc ille.

Conſiderandum eſt ulterius ſecundũ Philoſophum hic, quod ſi aliquis nõ ſic accipiat terminos ut primum ſit omnino unum & idem medio cõuertibiliter & mediũ ultimo, ideſt minori extremitati, nõ poterit ſyllogiſtice probari ꝙ maior extremitas ſiue primus terminus ſit quod quid eſt ſiue eſſentia ipſius ultimi ſiue minoris extremitatis: ſi uero accipiãtur termini mõ prædicto ſequitur ꝙ priusq̃ cõcluditur, accipiatur maior in præmiſſis, quod quid eſt ipſius minoris extremitatis, qua hypotheſi ſtante eſt qđ q̃d eſt eius, & ſic nõ erit demonſtratio ſed petitio ſiue deceptio principii.

Cõſiderãdũ eſt ulterius ſm̃ Rodulphũ Britonũ, qđ ipſum qđ quid eſt paſſionis põt ſimpl̃r demr̃ari de ſubiecto quia qñ aliqua ſunt eadã eſſentialiter & ꝯuertibiliter ſicut unũ eſt demr̃abile & ita alterũ; ſed qđ q̃d eſt paſſiõis & paſſio ſunt idẽ eſſential̃r & ꝯuertibil̃r. cũ ergo paſſio ſit demr̃abilis de ſubiecto, ſeq̃tur ꝙ ipſum qđ q̃d eſt paſſiõ põt de eodẽ demr̃ari, ſed qđ q̃d eſt ſubiecti ſi ſit pfecte datũ oẽs termios cõphẽdẽs nõ põt demr̃ari, ut patuit in primo huius. ſed diffinitio ſubiecti ſiue qđ q̃d eſt eius eſt principiũ ĩmediatũ demõſtrationis ut ſupra declaratum

declaratum eſt. ergo diffinitio ſubiecti perfecta & completa non poteſt demõſtrari de aliquo, ſed bene diffinitio incompleta, uidelicet, quæ datur per vnam cauſam poteſt demonſtrari per aliam diffinitionem, quæ datur per aliam cauſam materialiter loquendo, & non in eo quod quid eſt modo expoſito.

Conſiderandum eſt vlterius ſecundum Egidium hic, quod ſyllogiſmus diffinitiuus eſt ſyllogiſmus accipiens diffinitionem diffinitionis, ut infra patebit, ſyllogiſmus uero reduplicatiuus eſt ſyllogiſmus accipiens termi nos conuertibiles, ut ex ſupradictis patet, quid autẽ ſit ſyllogiſmus diuiſiuus infra patebit.

Conſiderandum eſt vlterius ſecundum eundem ibidem, quod ratio quare ſi medium conuertitur cum extremitatibus neceſſe eſt extremitates adinuicem conuerti, eſt iſta, quia conuerti cum aliquo nihil aliud eſt quam eſſe æquale illi. nam illa quæ ſe inuicem non excedunt ſunt conuertibilia & æqualia, conſtat autem quod illa quæ uni & eidem ſunt æqualia inter ſe ſunt ęqualia, quia ergo idem eſt eſſe conuertibile, & æquale, quæ uni & eidem ſunt conuertibilia inter ſe ſunt æqualia. ergo ſi medium conuertitur cum extremitatibus extremitates & inter ſe conuertentur, & per cõſequens omnia quę ad demonſtrationem requiruntur ſunt inter ſe æqualia.

Conſiderandum eſt vlterius, quia aliqua mentio fit de ſyllogiſmo reduplicatiuo, quod in reduplicatione attendenda ſunt quattuor, videlicet, id quod reduplicatur, & tale eſt ſubiectum & non prædicatum, conditio reduplicationis quæ eſt in prædicato, cum dicat quandam inhærentiam, ſubiectum autem etiam importat inhærentiam, ſed prædicatum cauſam reduplicationis ſiue inhærentiæ importãtis per reduplicationem, quę cauſa quærenda eſt in ſubiecto, & ſpecificatio illius inhærentiæ quæ eſt quærenda in prædicato. Reduplicatio ergo poteſt eſſe alicuius quadrupliciter. vno modo poteſt eſſe illius quod reduplicatur, & tale eſt ſubiectum. alio modo poteſt eſſe eius, cuius eſt conditio, & tale eſt prædicatum. tertio modo poteſt eſſe alicuius in quo reperitur cauſa inhęrentię & tale eſt ſubiectum. quarto modo in ſpecificatione talis inhęrentię, & tale eſt prædicatum, & hęc magis pertinent ad primum priorum. Ad argumenta uero patet ſolutio ex dictis.

L E C T I O IIII.

De quod quid eſt quomodo ſe habeat ad demonſtrationem per viam diuiſionis, & eſt lec. quarta Doct. San.

Q V AE S T I O IIII.

quę habet articulos duos.

EST inſuper conſiderãdum in hoc capitulo quare ipſum quod quid eſt poſſit demonſtratiue oſtendi de eo, cuius eſt per viam diuiſionis. Circa quod quæruntur duo. Primo utrum ipſum quod quid eſt ſiue diffinitio poſſit demonſtrari de eo, cuius eſt per uiam diuiſionis. Secundo utrum ſyllogiſmus diuiſiuus aſſimiletur inductioni ut hic innuit philoſophus.

Sequitur in Philoſopho & in Doc. S.

At vero neque per diuiſionem &c.

A R T I C V L V S I.

AD primum ſic proceditur. Videtur quod ipſum quod quid eſt poſſit ſyllogiſtice oſtendi de eo, cuius eſt per viam diuiſionis ſiue per ſyllogiſmum diuiſiuum. nam bene ſequitur quod quid eſt animal, eſt animal ra-

rationale vel irrationale, sed homo est animal rationale vel irrationale, sed nō est irrationale. ergo est rationale animal, quod bene sequatur patet per Boetium lib. diuisionum. sed ibi concluditur quod quid est hominis de ipso homine per syllogismum diuisiuum, siue proprium diuisionis quod idem est. ergo qđ quid est potest syllogistice ostendi de eo cuius est per viam diuisionis.

2 Præterea. Per viam diuisionis inuestigatur, vel potest inuestigari ipsum quod quid est, vt infra deducit Philosophus. ergo per viam diuisionis potest ostendi ipsum quod quid est de eo, cuius est, præsertim, cum per talem viam possint accipi omnia prædicata, quæ prædicantur in quid de aliquo diffinito.

3 Præterea. Omnis locus dialecticus est bona ꝯsequentia, vt patet ꝑ Philosophum in topicis & Boetium lib. diuisionum. similiter & per Versorium supra Petrum hispanum, sed arguendo per viā diuisionis est locus dialecticus, vt patet per prænominatos doctores. ergo ibi non cōmittitur fallacia petitionis principii, & per consequens per talem viam aliquid probatur.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti capitulo ibi [At vero neque per diuisionem.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod istud est tertium capitulum huius secundi tractatus, in quo Philosophus remouendo ēt quandam instantiā ponit vnam conclusionem, quæ est responsiua ad quæsitum, videlicet, quod quid est non potest efficaciter ostendi de eo, cuius est per viam diuisionis, quam conclusionē probat tribus rationibus, quarū prima est talis. Nam per uiam diuisionis non potest aliquid syllogizari. ergo ipsum quod quid est non potest ostendi de eo cuius est per uiam diuisionis. probatio antecedentis. Nam ad rationem syllogismi requiritur quod conclusio de necessitate sequatur existētibus pręmissis ut patet primo priorum, sed in via diuisionis, ex necessitate non sequitur conclusio. nam ita se habet in uia diuisionis, sicut in uia deductionis, ut innuit hic Philosophus, sed ille qui inducit per singularia ad uniuersale nō demonstrat neque syllogizat ex necessitate, quod sic patet, quia cum aliquid syllogistice probatur nō est necessarium vlterius quod uel syllogizans interroget de conclusione, uel quod respondens det ei conclusionē, sed necesse est quod conclusio sit uera præmissis existentibus ueris, sed in uia inductionis, oportet quod respondens concedat quod non sunt plura singularia contenta sub tali uniuersali quā enumerata sunt, aliter non est aliquid syllogistice probatum, & similiter accidit in uia diuisionis, quod manifestat Philosophus exemplariter, quicquid est corpus est animatum, uel inanimatum, sed animal est corpus. ergo aīal est aīatū uel inanimatum, sed non est inanimatum. ergo est corpus animatum. illa autem conclusio non sequitur nisi respondens det siue concedat, quod omne corpus est animatum vel inanimatum, & similiter est de omnibus aliis syllogismis diuisiuis. Est autem syllogismus diuisiuus, ut dicit hic D.S. qui accepto aliquo communi quod per multa diuiditur, remoto uno ab aliquo cui id commune cōuenit concludit alterum de ipso, ut patet per exemplum iam adductum. Secūda ratio est talis. non enim quod prædicatur uere de aliquo prædicatur in eo quod quid est, neque significant essentiam eius, dato ergo quod per uiam diuisionis sufficienter probetur animal scilicet gressibile bipes prædicari uere de homine, non tamen erit probatum, ꝙ prædicetur in eo quod quid est, vel ostēdat quod quid erat esse, idest, quod demonstret essentia rei. hæc ratio tangitur ibi. [Quod enim prohibetur &c.] Tertia ratio, quæ tāgitur ibi. [Amplius ad prohibendum &c.] est talis. quod qđ est cuiuslibet declaratur per aliqua certa quibus nec addere aliquid oportet, nec extrahi, cum quidditates se habeāt, sicut numeri quibus si aliquid additur

vel

vel ſubtrahitur uariatur ſpecies, ut in metaphyſica declaratur. ſed nihil prohibet quin ille qui procedit per uiam diuiſionis apponat aliquid ſupra illa, quæ ſufficiunt ad quod quid eſt, aut etiam aliqua eorum quæ neceſſaria ſunt dimittat, aut ſupergrediatur excedēdo eſſentiam rei. ergo per viam diuiſionis non conuenienter uel ſufficienter probatur quod quid eſt, cum in tali uia prætermittant prædictæ duæ conditiones, uidelicet, ut id quod concluditur prædicetur in eo quod quid eſt, & quod non excedat neque excedatur.

Sed aliquis poſſet dicere, quod ſi q̧s per viam diuiſionis accipiat omnia, quę prędicantur in eo ꝙ q̧d eſt, & omnia cadant ſub diuiſione quę pertinent ad q̄d quid eſt alicuius, neceſſarium erit quod illud quod per uiam diuiſionis inuentum eſt, ſit quod quid eſt. ergo per uiam diuiſionis poteſt oſtendi quod quid eſt, de eo cuius eſt, quia acceptis omnibus, quæ prædicantur in eo quod quid eſt nullo tali derelicto, id quod inuentū eſt oportet eſſe indiuiduum, ideſt indiuiduam rationem talis rei, ita, uidelicet, quòd non indigeat ulteriori diuiſionē ad hoc quod approprietur huic rei, & ꝑ conſequens prędictæ rationes non concludunt. Ad hanc inſtantiam reſpondet philoſophus ſententialiter dicens quòd quamuis neceſſe ſit prædictis exiſtentibus aliquam indiuidualem rationem formari, ſicuti expoſitum eſt, ſed tamen prędicta uia non eſt ſyllogiſtica, quamuis cognoſcere faciat propter quid eſt per alium modum, quod non eſt inconneniens, uidelicet, quod aliquid alio modo manifeſtetur quam per ſyllogiſmū. nam ille qui utitur inductione manifeſtat aliquid, non tamen probat aliquid ſyllogiſtice. ſimiliter ille qui per diuiſionem ad diffinitionem peruenit oſtendit per ſyllogiſmum & non ſyllogiſtice, q̧a ſi inducatur concluſio ex maiori poſitione ſubtracta media, & cōcludens dicat ꝙ hoc neceſſe eſt ſequi ex pręmiſſis, poterit interrogare propter quid ſit neceſſarium quod non accidit in ſyllogiſtica probatione, hucuſque Doctor Sanctus.

Conſiderandum eſt hic ſecundum Egidium, quod in ſyllogiſmo diuiſiuo eſt duplex proceſſus. unus ſyllogiſticus, & alius non ſyllogiſticus. Proceſſus ſyllogiſticus eſt cum dicitur, omne animal eſt rationale vel eſt irrationale, ſed homo eſt animal. ergo eſt rationalis uel irrationalis proceſſus uero nō ſyllogiſticus eſt cum ſubiungitur, ſed homo non eſt irrationalis. ergo eſt rationalis. unde ſyllogiſmus diuiſiuus non habet propoſitum in primo proceſſu, ſed accipit ſuum propoſitum in ſecundo proceſſu, & non eſt ſyllogiſticus. accipit igitur talis ſyllogiſmus aliquid ſyllogiſtice, ſed non accipit aliquid ſyllogiſtice ad ſuum intentum, unde per talē ſyllogiſmum non poterit ſyllogiſtice accipi diffinitio, & licet per præmiſſas oporteat rem aliquam eſſe, non tamen oportet rem illam quæ intenditur.

Conſiderandum eſt ulterius *ſecundū* eundem, quod ſyllogiſ*mus diuiſiuus* petit, quod eſt in principio, q̧a ſine ꝓbōne accipere principale intentū eſt petere q̧d eſt in prīcipio ſed ſyllogiſmus diuiſiuus nullum intentū ſyllogiſtice probat, ſed ſupponendo accipit quod dēt probare, & per conſequens petit principium, accipit enim talis ſyllogiſmus medium quod eſt communius quam ſit maior extremitas, uel quam ſit id quod intendit probare, intendit enim probare ut patet in prædicto exemplo, quod homo ſit animal rationale, ad quod probādum accipit pro medio animal quod eſt communius quam rationale, nunquam enim per magis uniuerſale poteſt conuenienter probari de aliquo id quod eſt minus uniuerſale. nam ſi acciperetur pro medio ſubſtantia ad probandum animal de homine fieret ſyllogiſmus in prima figura maiore exiſtente particulari. unde ſic nihil ſequitur. Ex hoc patet quod ſyllogiſmus diuiſiuus nihil ſyllogiſtice probat. tum primo quia in tali ſyllogiſmo ſit acceptio propoſiti non ſyllogſtice. tum ſecundo

cũdo,qa in eo petitur,quod est in principio,tum tertio, quia accipit medium communius quam sit maior extremitas. Considerandum est vlterius, quod licet per locum ab oppositis possit concludi, quod homo est animal rationale. sic arguendo,homo non est animal irrationale.ergo est animal rõnale quemadmodũ concluditur in secundo processu syllogismi diuisiui,non tamen pp hoc cõcluditur, quod aĩal rationale sit diffinitio hoĩs, unde nõ cõcluditur quod quid est de eo,cuius est in eo quod quid est.similiter si quis negaret, quod homo est rõnalis,negaret quod homo nõ est irrationalis, & per consequens ibi est petitio principij simpliciter loquẽdo,uidelicet quo ad aliquem possit esse syllogismus dialecticus.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendũ,quod nõ concluditur quod quid est de eo, cuius est in eo quod quid est vt declaratũ est. Ad secundum & tertium patet solutio ex dictis.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S. vbi supra.

ARTICVLVS II.

AD secũdum sic proceditur. Vr ꝙ syllogismus diuisiuus nõ assimilet inductioni.nam inductio procedit a singularibus ad vniuersale,vt patet secundo priorum,non autem syllogismus diuisiuus.ergo talis syllogismus nõ assimilatur inductioni.

2 Præterea.Inductio aliquid necessario concludit,cum sit pars argumẽtationis,sed syllogismus diuisiuus nõ necessario cõcludit vt patet ex dictis.ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed ꝯ est philosophus ĩ p̃nti capitulo.

CONCLVSIO.

Rñdeo dicendum ẽm D.S.quia cõuenienter syllogismus diuisiuus assimilat̃ inductioni in hoc quod oportet vtrobique supponere, quod accepta sint oĩa, quę continentur sub aliquo communi, alioquin neq; inducẽs poterit de singularibus acceptis cõcludere uniuersale, neque diuidens ex remotione quarundam partium poterit cõcludere alterã. inducens.n.facta inductione,ꝙ Sor.currat,& Plato currat,& sic de singulis nõ potest ex necessitate concludere, ꝙ oĩs homo currat, s.nisi detur sibi a respõdẽte,quod nihil aliud contineatur sub homine nisi ista quæ inducta sunt.similiter etiam neque diuidens,quod hoc coloratum non sit album,neque pallidum,põt ex necessitate cõcludere quod sit nigrũ, nisi detur a respondẽte quod nihil aliud contineatur sub colorato nisi ea quę enumerata sunt.

Ex quo patet ꝙ syllogismus diuisiuus assimilatur inductioni, quẽadmodũ ꝓbatum est, non tamen ei assimilatur in omnibus,sed assimilatur in hoc ꝙ vtrobique petitur id quod debet probari,& sicut inducens postquam induxit adhuc restat interrogare de conclusione quia non sufficienter seq̃tur ex præmissis:sic procedens diuisiue postquam assumpsit intentum adhuc restat interrogare de illo assumpto,qa non sufficit intentum assumere ꝑ p̃missas.Ex quo patet quod syllogismus diuisiuus,sicut inductio nõ cõcludit syllogistice intẽtum: per tale igit̃ syllogismum, vt dictum est non poterit concludi aliquod intentum, uidelicet, quod quid est de eo,cuius est,& præsertim in eo quod quid est.

Considerandum est vlterius secundũ Egidium, quod ĩ inductione hoc est per se,quod oportet supponere partes sub toto esse sufficienter assignatas siue acceptas, quia non est notum nobis quin sint alia singularia sub illo toto quam quæ accepta sunt, sed in diuisione hoc est per accidens, quod non sit notum partes euacuare totum. nam diuisio si sit bona debet fieri per opposita & per duo mẽbra.vnde hic vult Egidius,quod expositio Doc.S.non sit sufficienter adducta.

Sed considerandum est, quod dupliciter est diuisio, quædam est diuisio per immediata, & talis debet esse bi-

membris & per opposita, vt animalium aliud rationale aliud irrationale, alia est diuisio mediata vt animalium aliud homo aliud aquus, aliud asinus, & sic de singulis, & talis non est bimembris formaliter, licet sit reducibilis ad bimembrem, & in tali diuisione non est notum an omnes partes diuidentes enumerentur. vnde syllogismus diuisiuus syllogistice non probat intentum, sicut neque inductio, licet uia diuisionis necessario ducat nos in cognitionem diffinitionis indiuiduæ secundum subiectum vt infra patebit, cum de venatione ipsius quod quid est agetur. Vnde expositio Doc. S. est conuenientissima & nullatenus reprobanda.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicẽdum est, quod syllogismus diuisiuus non assimilatur in omnibus ipsi inductioni, sed assimilatur ei in hoc quod utrobique non syllogistice ostendatur sufficienter propositum, ut dictum est, cum formaliter non reseruetur forma syllogistica: assimilat etiam enthymemati, quod hic dicitur syllogismus sine medio, & hic formaliter accipiendo medium, videlicet secundum quod est terminus bis sumptus ante conclusionem. In enthymemate vero cum ibi sit unum antecedens non ponitur aliquis terminus bis ante conclusionem. igitur uocatur syllogismus sine medio. In alio loco uocatur syllogismus trũcatus, quia licet virtualiter siue reductiue sit syllogismus, non tamen formaliter. unde non syllogistice ostendit neque concludit, uidelicet, quod enthymema concludat & aliquid ostendat, alio tamen modo quam modo syllogistico. Ad secundum similiter dicendum, quod licet inductio prioristica necessario cõcludat, & inductio topica necessario aliquid probet, non tamen concludit aut probat aliq̃d syllogistice, sicut syllogismus diuisiuus quantum ad s̃m processũ. Secus considerando quantum ad primũ processum, quia sic aliquid syllogistice concludit, sed nõ intentum siue ꝓpositum vt ex dictis patet. concludit enim ipsam diuisionem syllogistice, sed alteram partẽ in secundo processu non syllogizando eam.

LECTIO V.

Quomodo se habeat quod quid est ad demonstrationem, & est lec. quinta. Docto. San.

QVAESTIO V.

quę habet articulos quatuor.

NOTANTER considerandum restat quare ipsum quod q̃d est se habeat ad demonstrationem accipiẽdo ea quæ pertinent ad ipsum quod quid est. Postquam ostensum est quod non potest demonstrari quod quid est per terminos conuertibiles neque per uiam diuisionis, *hic consequenter* ostenditur, ꝙ neque potest demonstrari accipiendo ipsum quod quid est pro medio siue ea quæ sunt ipsius quod quid est quod idem est. Circa quod quæruntur quattuor.

Primo utrum quæstio quid est possit ostendi de eo, cuius est accipiendo ea q̃ pertinent ad ipsum quod quid est:

Secundo vtrum possit demõstrari accipiendo quod quid est alterius rei, uidelicet, per uiam opinionis.

Tertio utrum possit demonstrari per viam suppositionis.

Quarto utrum quod quid est possit demonstrari de eo cuius est aliquo modo.

Sequitur in Philosopho & in Doc. S. Et vtrum sit demonstrare.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod ipsum quod quid est possit demonstrari de eo cuius est accipiẽdo pro medio diffinitionem diffinitionis.

nis vel conditiones requisitas ad quod quid est alicuius. Nam bene sequitur animal rationale conuertibiliter prædicatur de homine & componitur ex genere & specifica differentia eius. ergo est quod quid est hominis. patet consequentia, quia non requiruntur aliqua alia ad hoc quod aliquid sit diffinitio, vel ꝙ quid est alicuius, & tamen concludit quod quid est de eo cuius est. ergo &c.

2 Preterea. Bene sequitur per locum a diffinitione quicquid est oratio indicās quod quid est rei per essentialia est diffinitio eius, sed animal rationale est huiusmodi respectu hominis. ergo animal rationale est diffinitio hominis, & tamen ibi concluditur quod quid est de eo cuius est. ergo idem quod supra.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus ibi. [Et utrum sit demonstrare &c.]

CONCLVSIO cum solutione.

Respondeo dicendum, quod istud est quartum capitulum huius secundi lib. in quo Philosophus ostendens ꝙ ipsum quod quid est non potest ostendi sufficienter de eo cuius est, assumendo diffinitionem diffinitionis pro medio, aut ēt aliquo alio modo, ponit quattuor conclusiones, de quarum tribus ultimis in sequentibus articulis videbitur. Prima cōclusio quæ est responsiua ad quæsitum a philosopho adductum est talis. ipsum quod quid est non potest demonstrari, idest sufficienter probari de eo cuius est per syllogismum diffinitiuum assumendo, videlicet diffinitionem. hæc secundum Docto. Sanct. probatur duabus rationibus philosophi, quarum prima est ista. Nam quicunque accipit illud qđ debet probare non debite ostendit propositum, sed petit principiū, sed qui cōcludit diffinitionem siue quod quid est de eo cuius est, sumendo diffinitionem ipsius diffinitionis de diffinito accipit quod debet concludere petens principium. ergo &c. Probatio. nam qui negaret hanc conclusionem, videlicet, animal rationale est diffinitio, negaret etiā minorem syllogismi, in quo accipitur pro medio diffinitio diffinitionis sic syllogizando. omnis ratio conuertibilis constans ex genere & differentia specifica alicuius est quod quid est eius, sed animal rationale est huiusmodi respectu hominis. ergo est quod quid est hominis: minor illius syllogismi est æque vel magis dubia conclusione.

Secunda ratio sic formatur, quæ sumitur ex syllogizatione syllogismi. nam syllogizans dum syllogizat non accipit pro medio syllogismi diffinitionem ad syllogizandum, ut de se patet. ergo a simili uolens probare per uiam diffinitionis ipsum quod quid est de eo cuius est non debet accipere diffinitionem ipsius diffinitionis.

Confirmatur hæc ratio, quæ quidem confirmatio est declaratiua huius secundæ rationis. nam rationes syllogismi, & diffinitiones se habent in diffiniendo, & syllogizando sicut regulæ artis, quas debet accipere artifex in operando, sed artifex qui facit cultellum, non facit operando regulam secundum quam operatur, sed secundum regulam quam habet in mente, examinat an cultellus sit bene factus. ergo ille qui syllogizat non cōgrue accipit rationem syllogismi, neque uolens ostendere quod quid est, cōuenienter accipit rationem [siue diffinitionem ipsius] diffinitionis, sed per rationes syllogismi examinat an syllogismus sit bene factus, & per cōsequens per rationem diffinitionis debet examinare in mente, an bene sit facta. ergo ei qui intendit syllogistice ꝙ quid erat esse, necesse est quod habeat seorsum in mente rationem eius quod quid erat esse, siue eius quod quid erat uel est, quod principaliter idem est ut si aliquis dicat, quod non est syllogisticum quod quid est, ipse dicat ꝙ immo, quia tale quod dictum est necessario ponit quod quid est, siue quod quid erat. hæc omnia Doct. Sanct. secundum sententiam Philosophi.

Pro declaratione præcedentium considerandum est quod syllogismus

diffinitiuus secundum Egidium est syllogismus vtens diffinitione siue assumens diffinitionem ad probandum diffinitionem, quod potest fieri dupliciter. uno modo diffinitionem diffinitionis, quę datur per terminos secundæ intentionis, quę duæ sunt, quarum vna diffinitio est id quod est proprium in quid ṗdicatum de aliquo. secunda est diffinitio cōstans ex genere & differentia cōstituentibus speciem, quæ diffinitiones dñr logicæ ad quam pertinet considerare, secūdas intentiones. alio modo pōt fieri sumēdo formaliter diffinitionē alicuius diffiniti ad cōcludendū diffinitionem materialem de eodem. tertio modo potest fieri sumendo diffinitionem oppositi ad ꝯcludendum diffinitionem de altero opposito, ut infra patebit sic syllogizādo color disgregatiuus visus est diffinitio albedinis. ergo color congregatiuus visus est diffinitio nigredinis.

Considerandum est vlterius, ꝙ Philosophus nō negat quinimo una diffinitio posset concludi de diffinito per alteram, vt materialis per formalem, tñ nō potest cōcludi in eo ꝙ diffinitio eius, vt si arguatur, diffinitio potest sine petitione principij cōcludi de diffinito simpliciter loquendo per diffinitionem. ergo per diffinitionem acceptam in eo quod diffinitio, poterit sine petitione principij concludi diffinitio in eo quod diffinitio de diffinito, patet sequela, quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita reduplicatum ad reduplicatum.

Dicendum quod si eodem modo accipiatur in præmissis diffinitio sicut infertur in conclusione, quemadmodum eodem. s. modo oportet accipere reduplicatum in præmissis sicut in conclusione concluditur, non posset inferri simplic ter sine petitione principij. nam tunc sumeretur eodem modo diffinitio in præmissis & in conclusione quando per diffinitionem formalem eo modo sumptam inferretur diffinitio formalis eo modo sumpta, & per materialem diffinitionem diffinitio materialis, quod secundum non potest inferri absque petitione principij simpł'r tñ loquēdo absq; petitione principij non pōt inferri diffinitio per diffinitionem diffinitionis, quia sic semper accipitur æquè vel magis ignotum ad probandum aliquid.

Considerandum est ulterius secundum Ægidium, quod si dialecticus uellet probare de aliqua argumentatione quòd sit syllogismus, accipiendo diffinitionem syllogismi concludendo syllogistice de illa argumentatione quòd sit syllogismus. probaret syllogismum supponendo syllogismum, quod est simile, sicut si aliquis vellet negare loquelam, concederet loquelam esse, quod non posset facere nisi per loquelam negando. ergo loquela concedit loquelam. unde sicut ad manifestandum de aliqua argumentatione, quod sit syllogismus non debemus hoc facere syllogistice per diffinitionem syllogismi, sic ad probandum rationem aliquam esse diffinitionem non debemus hoc syllogizare per diffinitionem diffinitionis, quia tunc probando diffinitionem supponemus diffinitionem, ueruntamē diffinitio diffinitionis, & diffinitio syllogismi deseruiunt ad duo. primo ad regulandum nos. nam ex hoc quod diffinitionem syllogismi habemus in mente regulamur in syllogizando ne deficiamus in forma syllogistica, sic per diffinitionem diffinitionis in mente retentam regulamur ne deficiamus in diffiniendo. secundo ualens contra obuiationem. nam si quis obuiaret de aliquo syllogismo, ꝙ esset syllogismus, uel de aliqua diffōne, ꝙ esset diffinitio, posset contradicere ei per rationes syllogismi uel diffinitionis, nō tñ diffinitio simpł'r probaẗ, sed solū apud talē obuiantem. Ad argumenta patet solutio ex dictis.

Sequitur in Philosopho & in Doc. S.

Deinde cum dicit. Ex suppositione &c.

ARTICVLVS II.

AD secundū sic proceditur. Videẗ ꝙ ipsum quod quid est possit demō

stra-

strari.i.syllogistice probari de eo cuius est per viam oppositionis, videlicet accipiendo quod quid est alterius rei. nã bene sequitur. color disgregatiuus visus est quod quid est albedinis.ergo color congregatiuus uisus est quod quid est nigredinis. patet consequentia per locum ab oppositis.nam sicut diffinitiuum contrariatur diffinito, ita quod q.d est diffiniti contrariatur ipsi quod quid est contrarij diffiniti,& tamen ibi syllogistice ostenditur quod quid est de eo, cuius est per quod quid est contrarij. ergo &c.

2 Præterea. Sicut bñ sequitur hoc est coloratum, & nõ est nigrum neque medio colore coloratum.ergo est album, ita bñ sequitur.albedo,est color & non est color congregatiuus visus. ergo est color disgregatiuus uisus,& tamen ibi concluditur quod quid est de eo, cuius est per uiam oppositionis.ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in litera ibi.[Et si ex suppositione siue conditione &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum,quod secunda conclusio huius capituli,quæ est mensura ad quæsitũ est ista,quod quid est non põt efficaciter & syllogistice ostẽdi de eo,cuius est per uiã oppõnis,uidelicet, per diffinitionem ↄtrarij, vt puta nõ pt ꝓbare aliquid esse quod quid est boni, uidelicet, indiuisibile esse per quod q.d est mali, uidelicet, per diuisibile esse ut Platonici diffinierunt,hæc rõ probatur duabus rationibus philosophi, quarum prima est ista.Nam in hoc modo ꝓbõnis demonstrat aliquis accipiẽdo quod quid est,& ita accipit quod oportet ꝓbari,& per ↄñs petit principium. Secunda rõ talis est.nam sicut per diffinitionem unius contrarij ostendit diffinitio alterius contrarij per uiam diffinitionis vel oppositionis.ita & ecõuerso ꝙ fieri potest.nõ.n.est magis notum quod diuisibile sit quod quid est mali quam indiuisibile esse quod quid est boni. ergo sicut uno oñdit per aliud,ita & econuerso,sic ꝑ sumitur ꝙ igontum ad aliquid probandum quod est inconueniens.

Pro cuius declaratione cõsiderandũ est primo secundum D.S.& Egidium,ꝙ prædicta exempla philosophi de bono & malo sumuntur secundum Platonẽ q. posuit,quod eadẽ est rõ unius & boni, uidemus.n.quod unumquodque appetit unitatem sicut proprium bonum.unum autem est id quod est indiuisibile,sic ꝑ oppositum sequitur quod malum sit idẽ quod diuisibile est,quia unumquodque refugit diuisionem sui, cum per eam tẽdit aliquid diminutum & imperfectum.

Considerandum est ulterius secundũ Ægidium,quod regula generalis est,uidelicet,quod semper contrarium est in contrario in habentibus contrariũ.si ergo bonum & malum sunt contraria.sifr diuisibile & indiuisibile.si esse indiuisibile sit contrarium id quod quid est boni contrarium eius.s. diuisibile erit quòd quid est mali,quia secundum maximam topicam, sicut oppositum in opposito, ita ꝓpositũ in proposito,& ecõuerso.

Sed instabat discipulus. nam si cõtrarium est in contrario unum oppositorũ erit in altero & nigredo in albedine,q đ est inconueniens.ergo prædicta regula est falsa.Dicendum quod illa regula nõ est intelligenda de rationibus sibi inuicem contrarijs,sed de duobus uno latere contrariis alijs duobus, ut bonum & malum cõtrariantur,& diuisibile & indiuisibile etiam inter se cõtrariañt largo modo sumendo contrarietatem,unde si hoc contrarium diuisibile insit malo, indiuisibile inerit bono, ut vult regula.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum,quod in illo processu non syllogistice probatur sed committitur fallacia petitionis principij, tamen forsitan apud aliquos quibus assumptum est notius quã consequens talis potest esse probatio dialectica,nõ tamen est syllogistica formaliter loquendo,& per hoc patet solutio ad secundum &c.

Sequitur in Philosopho ibi. Ad vtrosque autem &c.

ARTICVLVS III.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod ipsum quod quid est possit demonstrari de eo, cuius est, per uiam suppositionis. nam supponendo animal irrationale esse quod quid est bruti, conclusio in mente concessa efficaciter sequitur. ergo animal rationale est quod quid est hominis, quia oppositorũ oppositę sunt rationes siue quod quid erat esse, sed brutum & homo opponuntur, similiter rationale & irrationale opponũtur. ergo si unum est quod quid est unius, puta animal irrationale bruti, alterum. s. animal rationale erit quod quid est hominis.

2 Preterea. Si talis modus probationis non est efficax hoc est, vt philosophus hic innuit, quia non concludit esse quid vnum quod concluditur, sed hoc non potest dici, nam si ꝙ quid est unius contrarij suppositum dicat quid unum, necessarium est ꝙ etiam ꝙ quid est alterius contrarij dicat quid unum, ut clare consideranti patet. ergo quod quid est potest ostendi de eo cuius est per uiam suppositionis.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in littera ibi dicendo. [Ad vtrosque autem &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod tertia conclusio hic a philosopho elicita quæ est responsiua ad quæsitum talis est, ꝙ quid est non potest ostendi syllogistice per syllogismum suppositiuum, siue ꝑ uiam suppositionis, quam conclusionē probat philosophus tali rõne. nam modus siue uia concludēdi, quod q̃d est de eo cuius est presertim in eo ꝙ q̃d est, nõ est conueniens nisi concludat ipsum ꝙ q̃d est esse unum. cũ diffinitio significat q̃d unum significatũ diffinitionis est ipsum ꝙ quid est, siue quod quid erat esse, sed probatio per uiã suppositionis non cõcludit ipsum quod quid est esse quid unum, igitur &c. probatio minoris. nam eodem modo se habet uia diuisionis ad ipsum quod quid est, sicut uia suppositionis, sed secundum uiam diuisionis nõ magis cõcluditur ipsum, ꝙ quid est esse unum quam plura. nõ enim magis habetur per diuisionem ꝙ homo sit animal bipes quam quod sit animal & bipes copulatiue. hęc autem rõ assignatur cõis tam ad diffinitionem contrarij quam ad diuisionem. pro declaratione huius considerandum est primo secũdum Egidiũ quod differentia essentialis bene facit unum cum eo cuius est differentia, tamẽ hoc non hr̃ ex diuisione in eo quod diuisio. diuisio enim secũdum huiusmodi potest fieri per differẽtias tam essentiales quam accidentales, ut patet in libro diuisionum Boetij. unde acceptum ꝑ diuisionem poterit esse vnũ per accidens cum grammatico & musico, quod ergo concluditur unum per diuisionem hoc non hr̃ per diuisionem uel ex *diuisione* inquantum diuisio, sed ex *eo quod diuisio* habet fieri circa talẽ materiã gratia terminorum. Considerandũ est vlterius quod in omnibus habentibus c̃rium q̃d per se est contrariũ in contrario ita valet in essentialibus sicut in accidentalibus dum tñ sint accidentia per se. undę ex tali uia concludere rõnem modi arguendo quod acceptæ sint differentiæ essentiales non erit nobis magis notum quam ꝙ acceptæ sint differentiæ accidẽtales. ex ipso ergo modo arguẽdi ꝑ uiã suppositionis non magis hr̃ ꝙ conclusa diffinitio sit quid vnum quam quod sit quid plura. ex quo hr̃, quod neque ꝑ viã diuisiuam, neque per uiam diffinitiuam: neque via suppositionis concludit diffinitionem ut diffinitio, quia diffinitio inquãtum diffinitio est quid unum. ex neutra autem uia sufficienter hr̃ ꝙ id quod concluditur sit quid vnum.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum quod quia per uiam suppositionis arguendo oportet quærere quod respondens cõcedat suppositionem, igitur talis uia non est syllogistica & efficax. nam in syllogistico pro-

processu non oportet quęrere aliquid a respondente quantum ad illationem, vt patet primo priorum, secus est quãtum ad probationem. Ad secũdum patet solutio ex dictis in vltimo notabili.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S.

Deinde cum dicit. Qualis autem &c.

ARTICVLVS IIII.

AD quartum sic proceditur. Vr̃ ꝙ aliquod ꝙ q̃d est possit demr̃ari de eo cuius est. Nã bene sequitur sortes est animal rõnale. Plato est animal rõnale, & sic de singulis. ergo oĩs homo est animal rõnale, & tamen ibi concluditur quod quid est de eo cuius est. ergo &c.

2 Præterea. Bene sequitur. hõ est animal rõnale. uel nullus hõ est animal rõnale per legem ꝯtradictoriã, q̃a quodlibet cũ quolibet uel eius opposittũ stat. sed ista falsa. nullus homo est animal rationale. ergo ista est uera. homo est animal rationale, & tamen ibi concluditur quod quid est de eo cuius est. ergo &c.

3 Præterea. Ad sensum patet hoĩem esse animal rõnale cũ discurratur de notitia noti ad ignoti notitiã. ergo aliqua via põt ostendi q̃d q̃d est de eo cui⁹ est.

OPPOSITVM.

Sed ꝯ̃ est philosophus in p̃senti capitulo ibi. [Qualiter autem diffiniens &c.]

CONCLVSIO.

R̃ndeo dicendum quod quarta cõclusio huius cap. quæ est respõsiua ad quæsitum est talis, quod nullo modo potest efficaciter probari quod quid est de eo cuius est in eo quod quid est. hęc cõclusio ꝓbatur tali ratione s̃m philosophũ. nam ꝙ quid est de eo cuius est non põt probari per terminos conuertibiles, neque per uiã diuisionis, neque per viam diffinitionis, neque per viam oppositionis, neque per uiam suppositionis, ut ex dictis patet. si ergo posset quod quid est probari aliquo modo, vel esset per inductionem vel per modum demõstrationis, quæ fit ad sensum, aut per demonstrationem quę fit per intellectũ non primum, quia inducẽs non demr̃at quod quid est, sed ostendit aliquid esse, vel non esse, vt puta, quod oĩs hõ est animal, uel quod nullus homo est asinus. nõ s̃m, quia quod quid est, non est oĩb⁹ sensibilis, sed ipsius intellectus, ut dr̃ tertio de anima. neq; dicẽdum est tertium, vt in sequenti articulo declarabitur. ergo nullo modo quod quid est põt ꝓbari de eo cuius est in eo quod quid est.

SOLVTIO.

Ad primum igitur & ad omnia argumenta dicendum, quod bene concludit q̃d id quod q̃d est alicui⁹ põt ꝓbari de eo cuius est, ut animal rõnale de hoĩe. non enim reduplicatiue, uidelicet in eo q̃d quid est absque petitione principij.

LECTIO VI.

Quomodo quod quid est possit demonstrari de eo cuius est, & est lect. 6. Doc. S.

QVAESTIO VI.

quę habet articulos duos.

DEINDE considerandum restat in fine huius tractatus quare ipsum quod q̃d est non potest ostendi de eo cuius est demonstratione aut diffinitione. postquam ostensum est quod non potest ostendi inducendo per syllogismos uel singulos modos q̃bus aliquid potest demonstrari. i. ꝓbari efficaciter. Circa quod duo quæruntur. Primo utrum ipsum quod quid est possit ostendi de eo cuius est demr̃atiue.

Secundo vtrum possit de eo ostendi diffinitiue.

Sequitur in Philosopho & in Doc. S.

Amplius autem quomodo.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod ipsum quod quid est possit ostendi de eo cuius est demonstratiue,

Nam esse potest demonstrari, cum quęlibet conclusio demonstrationis affirmatiuę significet esse & quod quid est idem sunt. ergo ꝙ quid est pōt demonstrari. probatio minoris. nam esse est de essentia cuiuslibet entis creati, & esse & quod quid est idem sunt realiter. probatio antecedentis. nā eē est essentia rei aut aliud superadditum. si primum habetur intentum. si secundum aut tale superadditum est ens, aut nihil. non est dicendum secundum, ut de se patet. si primū aut tale superadditum habet esse per suam essentiam, aut esse est sibi superadditum. si primum, pari ratione standum erat in primo. Si secundum, tunc quęritur de illo superaddito, & sic erit procedere in infinitum in entibus, quod est contra Philosophum. 2. meta.

2 Sed dicebat quod illud superadditum non est ens, sed est quo ad aliquid est ens, sicut paries dicitur albus per albedinē, tamen albedo non est alba. Secundo considerandum est quod ens est unum de transcendentibus. ergo uerificatur in quocunque quod est aliquid tale. igitur superadditum est aliquid aut nihil. si est aliquid: ergo erit ens, cùm ens & aliquid conuertantur. Sed dicebat quod illud superadditum est ens per suam essentiam, nec eadem ratione stādum est in primo, sicut dicitur album per albedinem cum primo per seipsum formatur, & ita pari ratione non erat standum in primo sicut in illo superaddito. Tertium considerandum est, quod omnia creata quantum ad hoc, quod esse sit de sua essentia, sunt eiusdem rationis, igitur si de essentia unius entis creati. cùm ergo additum sit ens creatum si de essentia sit esse, & de essentia illius cui additum est, erit esse.

Sed dicebat quod additum est ens per aliud superadditum, nec tamen est procedere in infinitum in talibus, sed status est in prima causa, in qua esse est de essentia eius. Quarto considerandum est quod prima causa entium creatorum dat effectum, sed argumentum procedit de eo quod sit ens formaliter, ergo si non est deuenire ad primum in genere causę formalis superadditum erit procedere in infinitum, & sic argumentum stat.

3 Præterea. Qō si est non ponit in numerum, vt supra concessum est. ergo p̄dicatū cū q̄ritur. an homo est, non realiter distinguitur contra subiectum, & per consequēs esse est de essentia illius cuius est esse. cum igitur esse siue quia est ostendatur demonstratiue, sequitur quod essentia siue quod quid est possit demonstratiue ostendi.

4 Præterea. Quod quid est & passio eadem demōstratione demonstrantur. ergo quod quid est pōt demonstratiue ostendi. antecedens patet. Nam ea quæ sunt eadem realiter & essentialiter de quocunque demonstratur vnum & reliquum simul, sed passio & eius quod quid est sunt idem essentialiter cum diffinitio & diffinitum eandem significent essentiam, ergo quod quid est & passio eadem demonstratione demonstrantur.

5 Præterea. Secundum Philosophum 2. meta. accidentis esse est inesse. ergo quod quid est passionis est per se inesse subiecto, sed inesse passionis per demōstrationem eius ostenditur. ergo quod quid est eius per demrationem pt ondi.

6 Præterea. Quæcunque habent vnū principiū sicut vnū demōstrationę ostēditur ita & reliquum ostendi potest, sed passio & quod quid est eius unum habēt principiū qđ est diffō subiecti. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in pręsenti capitulo ibi. [Amplius quomodo debebit quod quid est &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, ꝙ istud est ultimum capitulum huius secundi tractatus, ī quo philosopus ondit, ꝙ ipsum qđ q̄d est nō pōt ondi de eo cuius est in eo qđ q̄d est p rōnes cōes. ponēdo duas cōclusiones, de quarum secunda in sequēti articulo uidebitur. Prima conclusio quę est respōsiua ad quæsitū talis est, qđ q̄d est nō potest ostendi de eo cuius est demonstratione. q̄ cōclusionem ꝓbat Philosophus

losophus tribus rõnibus vnũ supponendo, videlicet, ꝙ quicũq; scit quod q̃d est alicuius rei, necesse est ꝙ sciat illam rẽ esse. quia enim non entis non est aliqua quiditas vel essentia. igitur de eo quod non est nullus potest scire quod quid est, sed potest scire significationem nominis vel rationem ex pluribus nominibus compositam. sicut potest aliquis scire quid significat hoc nomen hyrcocerus, quia significat quoddam animal cõpositum ex hyrco & ceruo, sed impossibile est scire quod quid est hyrcocerui, quia non est tale in rerum natura: qui ergo scit quod quid est alicuius necesse est vt sciat ipsum esse in rerum natura, vt deducit hic Doc. S. quo supposito. Prima ratio est talis. Pro vna & eadem demonstratione non possunt diuersa demonstrari, sed aliud est quod quid est & esse rei. in solo enim essentiali principio quod est per suam essentiam ens ipsum & quiditas eius sunt vnum & idem, in oĩbus autem alijs, quæ sunt entia non per essentiam, sed per participationem oportet quod sit aliud esse & quiditas eius, non ergo possibile est quod eadem demonstratione demonstretur quod quid est & quid est. sed in qualibet demonstratione demonstretur quia passionis. impossibile est ergo ꝙ per aliquã demonstrationem ostendatur quod quid est. probatio maioris. nam oportet conclusionẽ esse proportinatã medio, sed mediũ cuiuslibet demr̃ationis p p quid est diffõ, quæ inducitur ad manifestandum aliquid vnum, in quãtum, videlicet, ex partibus diffinitionis fit vnũ per se. ergo oportet quod demonstratio aliq̃d vnũ demonstret, & sic per vnã & eandẽ demr̃ationẽ non pñt diuersa demr̃ari, quod fuit probatum. Secunda ratio talis est. Nam secundum communem Philosophorũ sñiam totũ q̃d per ipsam demr̃ationẽ demr̃atur est ipsum q̃a, ergo q̃d q̃d est nõ põt demonstrari, patet consequentia, quia ꝙ q̃d est & q̃a est drũt. Quia si essent idẽ esse rei, & subiecta rei siue essẽtia rei, sequeretur ꝙ ens esset genus, quia genus est quod prædicatur de pl̃ibus specie differentibus in eo quod quid est. sed ens potest esse genus vt patet. 4. metaphy. ergo &c. Tertia ratio talis est. Omnes scientiæ præsertim mathematicę, quæ sunt certissimę per demonstrationes quibus utuntur demonstrant quia est & non quod quid est, sed ipsum supponunt. vt geometria supponit quid significat triangulus &c. ex diffinitione trianguli probat quod figura in qua est resolubilis pyramis est triãgulus. ergo signum est quod quid est nõ potest demonstrari siue demonstratione ostẽdi de eo cuius est, quod etiam patet secundum consuetum sermonem diffinitionum, qui nunc est in usu. Nam illi qui diffiniunt, non manifestant quia est, sed quid est. igitur demonstrantes quia est non ostendunt quid est, & hoc directe loquendo, ut supra expositũ est.

Pro declaratione præcedentium considerandum est secundum Doc. S. ꝙ propter hoc ꝙ Deus est suum esse non est in genere, quia ergo quælibet res creata est in genere, impossibile est quod res creata sit suum esse. aliter demonstrator cum demõstrat quia est etiam simul & semel demonstraret quod quid est, quod est manifeste falsum, quia demonstratio demonstrat enunciationem aliquam, quę significat esse vel nõ esse. vnde quiditas rei createę non est suum esse. aliter res posset intelligi absque suo esse existere, sicut non potest intelligi absque sua quiditate & essentia. uerum tamen Rodulphus propter rationes ante in contrarium adductas uult quod quodlibet ens est per suam essentiam & non per aliud superadditum ab eo realiter distinctum, sed esse est de essentia cuiuslibet rei createę.

Considerandum est ulterius, quod esse accipitur tripliciter secũdum Doc S. in quæstionibs de malo. q. 1. arti. 1. ad ultimum. Vno modo pro esse essentię & talis est idem realiter cum essentia rei quod q̃d est esse indicat diffinitio. Alio modo accipitur pro esse actualis existentis secundum ꝙ aliquid dicitur actu existens. Tertio mõ accipitur pro eo q̃d

qualiter

qualitercunque potest responderi ad interrogationem factam per an est, videlicet, vt importat habitudinem prædicati ad subiectum, secundum quod accipitur a Philosopho in primo perihermenias, vbi dicit si hoc verbum est purum dixeris nihil est rationē hic subiungens, quia hoc verbum est quandam compositionem significat, quam sine extremis non est intelligere. & istis duobus modis esse realiter distinguitur a substantia in quolibet ente creato, aliter ens creatum non esset ens per participationem, sed per essentiam, quod est inconueniens, vt in summa diuinæ philosophię libro quarto, ad longum disputatum est. esse autem quod significat quęstio an est, quæ per demonstrationem terminatur, accipitur tertio modo, videlicet pro habitudine terminorum conclusionis. vel secundo modo, videlicet, pro esse existentię non formali, sed uirtuali, secundum quod res habēt esse in suis principijs, & isto modo accipiendo esse impossibile est scire de aliquo quid est ignorando suum esse. quia quod non est non scitur, ut in primo huius habitum est in textu philosophi. ergo quicquid scitur est ens, sed de quocunque scitur suum quod quid est scitur quod quid est ens, quia non entium non est quiditas rei, de qua est ad propositum, etiā de quocūque scitur quod quid est de eo scitur quod quid est, & ꝑ consequens quod habet esse existentię virtualiter loquendo. secus autem formaliter, ut etiam supra declaratum est. Ad primum igitur admittatur solutio discipuli. Ad secūdum dicendum, quod id supra additum non est ens, sicut id ꝙ existit, sed est ens sicut quo aliquid existit, unde non est ens per suam essentiā, neque aliquid supra additum sibi. Non ergo oportet quod omne quod est aliquo modo ens quod sit ens per essentiā, vel ens per participationem, sed hoc solum ueritatem habet in his, quæ sunt ens sicut id quod existit, videlicet, ꝙ habet esse, quod quid est si habet esse per essentiam, suum esse erit sua quiditas, si vero habet esse per participationem suum esse realiter differt a sua quiditate, sicut est in omni ente creato loquendo de esse existentię, aut de esse enunciationis. & per hoc patet solutio ad tertium & ad quartum. Ad quintum dicendum, quod quæstio an est, non ponitsit in numerum contra subiectum cū in tali quæstione non sint nisi duo termini, vnum enim non ponit in numerum contra unum, non autem dicitur quæstio an est non ponere in numerum ex eo quod hoc ipsum est sit idem cum subiecto, sed quia sicut est vnicū subiectū ita est unicum prædicatū non includēs aliquā actualitatē ab actualitate existētiæ &c. vt supra in principio huius 2. libri expositum est. Ad sextum dicendum, quod non oportet quod quando aliqua duo sint idem realiter, si unum demonstratione ostenditur & reliquum, dummodo differant secundum rationem, nec inhærentia accidentis est sua quiditas loquendo de actuali inhærentia, vt patet septimo metaphysi. & per hoc patet solutio ad septimum & ad octauum.

Sequitur in Philosopho, ibi. Si ergo & diffiniens &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod ipsum quod quid est possit ostendi de eo cuius est diffinitio. Nam diffinitio indicat quid est esse rei, ergo quod quid est potest ostendi de eo cuius est diffinitione. antecedens patet per diffinitionem ipsius diffinitionis.

2 Præterea. Signum ostendit & repræsentat suum signatum vel significatum, sed diffinitio est signum ipsius quod quid est. ergo diffinitio repræsentat ipsum quod quid est. & per consequens quod quid est potest ostendi de eo cuius est diffinitio.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti

senti capit. ibi[Si ergo & diffiniens &c. vel secundum aliam translationē, quod igitur manifestabit diffiniens, &c.]

CONCLVSIO cum solutione.

Respondeo dicendum, quod secunda conclusio huius capituli, quod est respō siua ad quæsitum talis est. Ipsum quod quid est non potest ostendi de eo cuius est diffinitione, quam conclusionem ꝓbat Philosophus secundum Doct. Sanc. vna ratione deducente ad inconueniēs. nam ad cognitionem quod quid est requiritur cognitio quia est, sed diffinitio inquantum huiusmodi non ostendit q̄a est. diffinitio.n. quid nominis non ostendit, quia est cum possit esse nō entium, nisi quis dicat diffinitionem quid nominis, quæ est rei interpretatiuam esse penitus eādem cum diffinitione quid rei. Sed hoc dicere est inconueniens quod probat Philosophus tribus rationibus: quarum prima est talis. Nam diffinitio quid nominis potest esse tam existentium quam non existentium, sed diffinitio quid rei non potest esse nisi propriè substantiæ, ipsius accidentis vero per additamentum, vt patet septimo metaphy. igitur &c. Secunda ratio est, si nihil aliud sit diffinitio quid rei quam ratio interpretatiua nominis, sequitur ꝙ omnes rationes essent diffinitiones q̄d rei, & ita sequeretur cum disputamus vel colloquimur ad inuicem, ꝙ ipse de nomine disputationes vel collocutiones sint quædam diffinitiones quid rei, & ita sequeret̄ quod poema Homeri de bello troiano sit quędam diffinitio quid rei, quod est inconueniens. Tertia ratio est. nulla scientia demonstrat quod tale nomen significet talem rem, sed supponit cum nomina significent ad placitū, sed quælibet scientia dat aliquas diffinitiones, cum diffinitio sit medium demonstrationis. ergo non sunt idem diffinitio quid rei, & ratio interpretatiua nominis, siue diffinitio quid nominis, ut etiam patet ex his quæ in principio huius adducta sunt.

Ex prædictis concludit Philosophus quod diffinitio & syllogismus non sunt idem, neque de eodem, & quod diffinitio nō demonstrat, & quod non est possibile cognoscere quod stuid est per demonstrationem aut diffinitionem, quia diffinitiō solum ostendit quid est, & demonstratio solūm quia est. sed ad cōgnitionem quod quid est requiritur cognitio quia est. sed si res diffinita esset quid ignotum sciendo diffinitionē, statim non scimus ipsam rem esse, sed adhuc oportet inuestigare vtrum hoc quod diffinitum est sit res alicuius prædicamenti. ergo aliquid ſm se uel esse prædicameni, ſm se, neque diffinitio, neque demonstratio ostendit, licet demonstratio ostendat esse vnius in ordine ad alterum &c.

Considerandum tamen est quod diffinitio potest considerari dupliciter. vno modo inquantum est diffinitio ex se, & sic diffinitio non ostendit quod quid est rei. aliter diffinitio omnis ostenderet quod quid est rei, quod est falsum, cum diffinitio quid nominis non ostendat quid rei. sed solum significatum nominis. alio modo potest considerari inquantum est talis diffinitio. videlicet quiditatiua. & talem ostendere quod quid est potest intelligi dupliciter. uno modo confuse, & sic diffinitio ostendit quod quid est. alio modo potest intelligi quod ostendat ipsum quod quid est scientifice. & illo modo diffinitio non ostendit qnod qud est, inquantum diffinitio secundum se est considerata, cum scientia sit effectus demonstrationis, per quam non ostenditur quod quid est formaliter. secus est elicitiue vt in capite huius secundi libri declaratum est. & per hoc patet solutio ad rationes articuli.

Sed replicat discipulus. nam diffinitio secundum Albertum Magnum & alios Philosophos indicat quod quid est a prima potentia vsque ad ultimum actum. ergo ostendit quod quid est non confuse sed determinate. Dicendum est quod diffinitio ostendit quod quid est significatiue & non scientifice. vnde accipiendo

co cognitionem confusam pro omni cognitione, quæ distinguitur contra scientificam, diffinitio non indicat quid est nisi confuse.

LECTIO VII.

Quomodo quod quid possit osten di syllogistice vel demonstratiue secundum veritatem. & est lec.7. Doc. San.

QVAESTIO VII. *quę habet articulos duos.*

INsuper considerandum restat quare secundum rei ueritatem ipsum qđ quid est se habeat ad demonstrationē postq̄ uisū est quare se hēat ad demrationē disputatiue loquendo. Circa quod duo occurrūt consideranda. Nam primo considerandum est quare in aliquibus ipsum ꝙ quid est potest per demonstrationem accipi. Secundo considerandum est, quare hoc non potest fieri in omnibus: & hoc in secundo capitulo huius tertij tractatus ibi. [Est autem quorundam &c.]

Circa primum quæruntur duo. Primum utrum ipsum quod quid est in aliquibus possit accipi syllogistice de eo cuius est.

Secundo utrum non possit accipi ullo modo demonstratiue.

Sequitur in Philosopho, & in Doc. S. Iterum autem speculandum.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd quod quid est in aliquibus non possit syllogystice ostendi de eo cuius est. Nam si sic, vel hoc est per syllogismum reduplicatiuum, uel per syllogismum diuisiuum, vel diffinitiuū: aut per viam oppositionis; uel per viā suppositionis, vel inductionis, quia non uidetur posse per alium modum ostendi quod quid est. sed nullum istorum est dicendum, ut in precedenti tractatu Philosophus probauit. ergo &c.

2 Præterea. Petitio principij probationem tollit, ut patet primo elenchorum. sed qualitercunque ostendatur quod quid est committitur petitio principij, ut etiam supra probauit Philosophus.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in littera ibi. [Iterum autem speculandum est &c.]

CONCLVSIO cum solutione.

Respondeo dicendum, quod iste est tertius tractatus huius secundi libri, in quo philosophus ostendit quare ipsum quod quid est & diffinitio se habeat ad demonstrationem secundum rei ueritatem. postquam circa hoc disputatiue processit. qui quidem tractatus duo in se continet. in quorum primo ostendit ꝙ in aliquibus quod quid est potest ostē di de eo cuius est. in secundo vero capitulo ostendit quod hoc non potest fieri in omnibus. in primo vero capitulo ponuntur duę conclusiones, de quarum secunda in sequenti articulo uidebitur. prima conclusio quæ est responsiua ad quæsitum talis est.

In aliquibus potest ostendi quod qđ est de eo cuius est, quę conclusio probatur tali ratione Philosophi. nam diffinitio materialis potest syllogistice ostendi per diffinitionem formalem, uel demōstrationem formalem. ergo quod quid est quod sumitur de causa intrinseca potest syllogistice ostendi de eo cuius est per aliud quod quid est eiusdem rei sumptum a causa formali. patet cōsequentia, quia ipsum quod quid est dicitur esse significatum proprium ipsius diffinitionis. antecedens probatur, sic syllogizando. omnis habitus perducens ad beatitudinem est habitus secū dum rectam rationem operans, sed uirtus est huiusmodi. ergo &c.

Considerandum est hic secundū D. San.

San. quod cum quod quid est sit causa ipsius esse rei secundum diuersas causas eiusdem rei potest multipliciter quod quid est rei assignari. puta quod quid est domus potest accipi per comparationem ad causam formalem, vt dicamus quod est aliquid compositum ex lignis & lapidibus &c. & potest accipi per cõparationem ad causam finalem vt dicamus quod est artificium præparatum ad habitandum vt conseruet nos a pluuia &c. Sic igitur contingit quod cum sint multa quod quid eiusdem rei, aliquid istorum monstrabitur, & aliquid non monstrabitur: sed supponetur nec sequitur quod sit petitio principij cum aliud quod quid est supponatur, & aliud probetur, nec tamen est modus probandi quod quid est demonstratiue, sed syllogistice syllogizando, quia non sufficienter probatur quod illud quod concluditur sit quod quid est illius rei de quo concluditur sed solum insit ei. non etiam ostenditur de eo cuius est absolute in eo quod quid est, quia hoc non potest fieri absque petitione principij. & per hoc patet solutio ad argumenta.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S.

Quomodo autem cõtingit &c.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod ipsum quod quid est non possit demonstrari de eo cuius est per demonstrationem. Nam quod quid est dicitur medium demõstrationis, sed medium non ingreditur conclusionem quæ per demonstrationem ostenditur. ergo quod quid est non potest per demonstrationem ostendi, vt etiam Philosophus superius probauit.

2 Præterea. Id quod supponitur in demonstratione non ostenditur per causam. sed quod quid est in qualibet demonstratione supponitur præsertim in demonstratione propter quid, & etiam in qualibet demonstratione supponitur quid tam subiecti, quam passionis, ut in procemio libri declaratum est. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in littera ibi. [Quomodo autem cõtingit &c.]

CONCLVSIO cum solutione.

Respondeo dicendum, quod secunda conclusio huius capituli quæ est respõsiua ad quæsitũ talis est. In aliquibus q̃d quid est põt demonstrari per demonstrationẽ. quæ conclusio ẽm philosophum probatur tali rõne. nam demonstratio facit scire q̃a est q̃onis per cãm, sed idẽ est scire propter quid, & cãm q̃onis q̃a est. ergo per demonstrationem accipi põt quod quid est, quia q̃d quid est & ꝑpter quid idẽ sunt, vt si sciamus ꝑꝑ q̃d luna eclypsatur, scim⁹ quid est eclypsis. vnde id quod respondetur ad propter quid, est diffinitio siue quid est, vt si q̃ratur propter quid hõ est risibilis, rñdet quia est animal rationale. Ex quo patet quod quid est ipsius passionis vel subiecti, est propter q̃d passio inest subiecto. ergo quod quid est innotescit ꝑ hoc ꝙ accipit ꝑꝑ quid. & licet nõ sit sollogismus & demr̃atio ipsius propter quid. ut s. syllogizetur vel demr̃etur quod quid est de eo cuius est in eo quod quid est. tñ manifestatur ipsum quod quid est ꝑ syllogismum & demonstrationẽ inquã tum. s. medium demr̃ationis propter q̃d est quod quid est. vnde manifestum est ꝙ neque sine demonstratione põt sciri quod quid eius cuius est altera causa. neque tamen est demonstratio ipsius q̃d quid est, ut superius probabiliter & disputatiue Philosophus adduxit.

Considerandum est primo secundũ Philosophũ in littera, quod idẽ est scire quod quid est, & scire cãm q̃onis an est. sicut idẽ est scire propter quid, & scire causam quæstionis, quia est, cuius ratio est ista, q̃a oportet ꝙ eius ꝙ est rem esse sit aliqua cã. per hoc. n. dr̃ aliquid causatum quia habet cãm siue esse. hæc aũt causa essendi, aut est eadem cum essentia ipsius, aut alia: eadem quidem sicut materia & forma, quæ sunt partes essentiæ in substantiis materialibus, alia

alia vero sicut causa efficiens, & finalis. quæ quidem due causę sunt quodammodo formę, & materię. causa autem q̃ est alia ab essentia rei quãdoq; est talis causa, per quàm potest fieri demonstratio. quandoque vero non, quia non ex omni causa agente sequitur ex necessitate effectus. ex suppositione vero finis sequitur quod sit id quod est propter finem vt probatur. 2. phy. hæc Doc. S. formaliter.

Considerandum est secundo secundum eundem ibidem, quod tripliciter se habet aliquis ad cognoscendum quod quid est. quãdoq; enim habemus quia est in nostra cognitione, & q̃rimus adhuc propter quid. quãdoque autẽ vtraq; nobis simul sunt manifesta. secundum autem est impossibile vt prius cognoscat aliquis de aliqua re propter quid quam quia, & similiter est de eo quod quid erat esse quia aliquando scimus rem esse. nec tamen scimus perfecte quid sit. aliquando vero scimus simul vtrunque. sed tertium est impossibile vt sciamus quid est, ignorantes si est. hic etiam Doc. San. formaliter.

Considerandum est tertio secundũ eundem ibidem. quod rem aliquam esse possumus scire absque eo quod sciamus de ea quid est dupliciter. vno modo secundum quod cognoscimus aliquod accidens eius, puta si compræhendamus hominem esse per hoc quod est risibilis vel rationalis nondum cognitis aliis quæ complent essentiam hominis. sed in substantiis simplicibus hoc nõ cõtingit. quia non potest cognosci aliquid de subiecto simplici rei nisi tota cognoscatur, vt patet. 2. & 9. meta. oportet qui cognoscit aliquã rem eẽ per aliquid rei id cognoscat, & hoc vel est aliquid præter essentiam rei, vel aliquid de essentia ipsius, vt puta si cognoscamus tonitruũ esse per hoc quod est quidam sonus nubium, qui quidem pertinet ad essentiam tonitrui, non tamen est tota tonitrui essentia, quia non omnis sonus nubium est tonitruus, & similiter si cognoscamus eclypsim lunę vel solis esse per hoc quod est quædam priuatio luminis, cum tamen non omnis priuatio luminis sit eclypsis, & eadem ratio est in alijs, vt si aliquis percipiat hominem esse per hoc quod est quoddam animal, vel si percipiat animam esse per hoc quod est aliquid seipsum mouẽs, & sic de similibus, hæc Doc. S. secundum Philosophum formaliter.

Considerandum est vlterius secundũ eundem ibidem, quod illa de quibus scimus, quod sunt per aliquod accidens ipsorum nullo modo se habent per hoc ad hoc quod cognoscamus de illis quid sunt, quia neque etiam uere scimus per huiusmodi accidẽtia ea esse, scimus quidem esse eorum per accidentia, sed quia accidentia non sunt ipsę res, nõ propter hoc scimus vere ipsas res esse. vanum autem est quærere quid est, si aliquis nesciat quia est, & illa de quibus scimus ipsa esse per aliquid eorum facilius possunt cognosci a nobis quid sunt. Vnde manifestũ est quod sicut nos habemus ad cognoscendum quia est, ita nos habemus ad cognoscendum quid est, ut manifestat Philosophus per exempla de eclypsi & tonitruo. Ex prædictis patet quod accipiendo quod quid est per demonstratonem accipimus quid est, quia ipsum medium ostendens propter quid est, est oratio diffinitiua tantũ primi termini, idest, maioris extremitatis, sed si oporteat accipere aliquod aliud mediũ ad hoc demonstrandum acciperetur medium ex aliquibus rationibus, idest, ex diffinitione minoris extremitatis & aliarum causarum intrinsecarum, cum enim subiectum sit causa passionis, necesse est quod diffinitio passionis demonstretur per diffinitionem subiecti, vt patet in exemplo Philosophi, quia enim luna est corpus natum sic moueri, ideo necesse est, quod obiiciatur certo tẽpore terra inter solem & lunam. hæc etiã omnia Doc. S. Ex quo patet quod licet aliqua demonstratio propter quid mediũ sit diffinitio passionis, tamen illa demonstratio nõ p̃t dici potissima cũ resolubilis sit in priorẽ, ut supra declaratum est.

Conside-

Considerandum est vlterius secundum Egidium, quod eadem via demonstratiua habemus tam quia est quam quid, siue propter quid, sed diuersimode. Nam in demõstratione duplex est processus, vnus compositiuus, cum procedentes ex causa ad effectum, ex præmissis procedimus ad conclusionem, & illo modo habemus quia est. nam quia est per demonstrationem concluditur. Alius est processus resolutorius, vt cum procedimus ab effectu in causam, cum ex conclusione regredimur super præmissas, nam via resolutoria est resoluere effectum in causam & resoluere conclusionem in præmissas. & hoc modo per demonstrationem habetur propter quid, nam propter quid in demonstratione p̄mittit, sicut quia est in demonstratione concluditur: & quia eadem est via qua itur a causa in effectum, & ab effectu in causam, sicut eadem via est qua itur Athenis ad Thebas, & a Thebis Athenas, ut patet quinto physicorum. ergo eadē uia habemus quia est & propter quid, sed diuersimode. Ad argumenta patet solutio ex supradictis.

LECTIO VIII.

An ī omnibus possit ostendi quod quid est, & est lectio octaua Doc. San.

QVAESTIO VIII.

quę habet articulos duos.

NVNC considerandum restat in quibus non potest per demonstrationem accipi quod quid est, præsertim per aliquod quod quid est, & quare se habent modi diffinitionis ad demõstrationem. Circa quod quæruntur duo.

Primo utrum in omnibus sit possibile accipere quod quid est.

Secundo utrum quod quid est sit proprium significatum diffinitionis.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S.

est autem quorundam.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod in omnibus possit accipi qđ quid est per demonstrationem. Nam de quolibet ente potest fieri demonstratio. sed medium demonstrationis est qđ quid est. ergo in omnibus potest accipi quod quid est per demonstrationem, cum ut declaratum est non possumus p̄fecte scire quia est, quod per demonstratiā tionem ostenditur ignorando penitus quod quid est.

2 Sed dicebat discipulus ꝙ de quolibet ente non potest fieri demonstratio propter quid, cuius medium est quod quid est. non enim de Angelis possumus habere in præsenti uita demonstrationem propter quid, cum per creaturas non possumus deuenire ad proprias cognoscendum quiditates substantiarum separatarum, ut in secūdo libro summę diuinę Philosophię disputatum est. Secūdum. contra hoc est demonstratio propter quid cum procedat a prioribus: omnis enim substātia incorporea est immaterialis substantia. sed omnis Angelus est substātia incorporea. ergo omnis Angelus est substantia immaterialis, & tamen illa demonstratio datur de substantiis simplicibus & separatis. ergo &c.

3 Præterea. Quælibet creatura habet causam siue esse aliam a sua quiditate. ergo saltem de omnibus creaturis poterit accipi quod quidem est per demõstrationem, cum per quamlibet causam possit sumi quod quid est rei, ut concessum est.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philoso. in litera ibi. [Est autem quorundam &c.]

CONCLVSIO cum solutione.

Respondeo dicendum, quod istud est tertium capitulum huius tertii tractatus, in quo Philosophus ostendit quare in omnibus non est possibile quod quid est

eſt per demonſtrationem oſtendi, & quare diffinitio cuius ſignificatum eſt ꝙ quid eſt ſe habeat ad demonſtratione͂, & adducit duas concluſiones principales, de quarum ſecunda in ſequenti articulo videbitur. Prima concluſio quæ eſt reſponſiua ad quæſitum talis eſt. ipſum quod quid eſt non poteſt demonſtratiue oſtendi de eo cuius eſt in omnibus rebus. quę concluſio probatur via & ratione Philoſophi ſecundum Doctorem Sanct. Nam quorundam non eſt altera cauſa præter quod quid eſt. ergo eorum quod quid eſt non poteſt per demonſtrationem oſtendi. patet ſequela, quia ſi qđ quid eſt alicuius debeat oñi per demonſtrationem propter quid de eo cuius eſt, oportet quod oſtendatur per aliquam cauſam, cum demonſtratio talis procedat ex cauſis, vt patuit per diffinitionem demonſtrationis, ergo &c.

Pro declaratione huius conſiderandum eſt ſecundum Doc.S. quod quorundam non eſſe aliquam rationem poteſt intelligi tripliciter. primo ita quod ſimpliciter & abſolute non habeat cauſam ſui eſſe, & ſic hoc competit ſoli primo principio quod eſt cauſa cauſę & veritatis in omnibus rebus. licet aliquæ res ſint neceſſariæ. nihil enim prohibet etiam eorum quæ ex neceſſitate ſunt eſſe circa aliquam neceſſitatem. vt patet 2.5.7.& 12. ſummę diuinę philoſophię ſiue meta. vnde non eſt ſic intelligendū quod hic a Philoſopho dicitur ꝙ aliqua ſunt creata, quæ nullam habeant cauſam ſui eſſe. alio modo poteſt intelligi ſecundum ordinem cauſarum eiuſdem rei. manifeſtum eſt enim quod in rebus creatis habentibus quattuor cauſas, ꝙ vna cauſa eſt quodammodo cauſa alterius. quia enim materia eſt propter formam, & non econuerſo, vt probatur ſecundo phyſicorum, diffinitio quę ſumitur a cauſa formali eſt cauſa diffinitionis quæ ſummitur a cauſa materiali eiuſdem rei, & quia generatum cōſequitur formam per actionem generantis, conueniens eſt quod agens ſit quodammodo cauſa formę, & diffinitio quæ ſumitur a cauſa efficiente ſit cā diffinitionis, quæ ſumitur a cauſa formali. Vlterius autem omne agens agit propter fine͂. vnde diffinitio q̄ ſumitur a fine eſt quodāmodo cauſa diffinitionis quæ ſumitur ab agente. non eſt autem vlterius procedere in generibus cauſarum. vnde dicit cauſa cauſarū. tertio modo pt intelligi inquantum aliqua ſunt quę nō habe͂t cauſam in genere ſubiecto alicuius ſcientię, ſicut in materia numeri de quo eſt arithmetica eſt deuenire ad vnitatem, cuius in hoc genere non eſt accipere aliud principium, & in hoc ſenſu concordat exemplum quod philoſophus ſubiungit, dicens quod arithmetica quid eſt unitas, & quia eſt ſupponit, & non probat per demonſtratione͂ ita ꝙ demonſtretur per ipſum quod quid eſt. poteſt tamen ipſum quod quid eſt in his ſicut in illis quorum non eſt altera cauſa, per demōſtrationem accipi. ita ꝙ medium demonſtrationis quod quid eſt accipiatur. in his tamen quorū eſt altera cauſa, vnum quod quid eſt poteſt demōſtrari per aliud ut dictum eſt, quod non accidit in his, quorum non eſt altera cā.

Conſiderandum eſt ulterius quod in ſingulis cauſarum generibus poteſt quis a poſterioribus ad priora procedere, & hoc dicit Doc.S. ſed diffinitiones debe͂t dari per cauſas proximas &c. in quibuſdam textibus interponitur quod diffinitiones ſecundum ſpecies factæ nullum habent medium per quod demonſtrantur. poſſunt tamen diffinitiones ſecundum materiam factę habere medium. quia ſcilicet diffinitiones quæ dantur ꝑ cauſam materialem poſſunt demonſtrari per diffinitiones quæ dantur per cauſam formalem. diffinitio autem quæ datur per cām formalem non poteſt ulterius probari per aliud principium intrinſecū rei, quod pertinet ad quod quid eſt ut pote intrans eſſentiam rei. ſi tamen demonſtratur per cauſam efficientem & finalem, dicendum erit, quod ſemper diffinitio ſuperior ſe habet ut formalis reſpectu inferioris. prædicta tamen uerba non habentur in libris gręcis. unde

magis

magis vr̃ glosa esse p̃ errorē scriptorum introducta loco textus. hæc oĩa. D.Sã.

Consider ãdũ est vlterius ẽm Egidiũ, ꝙ valde multipl̃r loquitur Philosophus de quod quid est. nã aliqñ per quod q̃d est intelligit quodlibet genus diffõnis. aliqñ intelligit diffinitionem dicentem quod quid est, quæ est demr̃ationis cõ̃clusio. Aliqñ intelligit, ꝙ est medium in demr̃atione. nam superius dixit, ꝙ idem est quod quid est, & propter quid. hic vero loquitur de quod quid est medio, videlicet, quod vere est medium in demõstratione, quia tale quod quid est per demonstrationem non concluditur, rursus tale quod quid est habetur sine demonstratione, sed habetur via demonstratiua non compositiua eundo a præmissis ad conclusionem. sed resolutiua eundo ab effectu ad causam, siue a conclusione ad præmissas, & hoc est quod superius dictum est, uidelicet, quod ipsum quod quid est habetur per demonstrationem non formaliter sed elicitiue. Ad argumenta etiam patet solutio per primum notabile adductum a Doc.S.

Sequitur in Philosopho & in Doc. S. deinde cum dicit diffinitio attē.

ARTICVLVS II.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod ipsum quod quid est nõ sit proprium significatũ diffinitionis. Nã philosophus dicit in littera, ꝙ diffinitio est oratio manifestans propter quid est. ergo propter quid est significatum diffinitionis & non quod quid est.

2 Præterea. Significatum diffinitionis est esse rei, vt patet per Boetium dicentem ꝙ diffinitio est oratio indicans q̃d est rei p̃ essentialia. ergo idem ꝙ prius.

3 Præterea. Cuiuslibet rei q̃d quid est debet esse vnũ sicut & vnica essentia. sed vnus rei possunt esse plures diffinitiones, vt patet de demonstratione & de anima. ergo quod quid est non potest esse significatum proprium diffinitionis.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in littera ibi. [Diffinitio autem &c.]

CONCLVSIO

Respondeo dicendum, ꝙ secunda cõclusio huius capituli, quæ elicitur a Philosopho est responsiua ad quæsitũ, videlicet, quod ipsum q̃d quid est ẽt est proprium significatũ diffõnis quiditatiuę, accipiendo quod quid est ẽm ꝙ se extẽdit ad omnia genera causarũ, quæ conclusio probatur per duas diffinitiones ipsius diffinitionis positas hic a Philosopho, quarum prima est ista diffinitio est oratio manifestatiua ipsius quod q̃d est. sc̃d̃a est ista diffinitio est oratio manifestãs ipsum quod quid est, sed vt supradictum est. idem est quod respondetur ad q̃d quid est, & p̃p̃ q̃d. ergo proprium significatũ diffõnis est q̃d q̃d est.

Sed instabat discipulus. Nam dicit hic philosophus, ꝙ differt dicere propter quid tonat, & diceret q̃d est tonitruus, quia secundum opinionem illorum, qui dicunt, quod est sonus extincti ignis in nube. dicet aliquis propter quid extinguitur ignis in nube. sed ille dicet quid est tonitruũ, qui dicet, ꝙ est sonus ignis extincti in nubibus. ergo male dictum est ꝙ idem est quod quid est, & propter quid. Dicendum quod vtrunque prædictorum significat eandem rationem sed per alium modum. nam vno modo talis ratio significat ꝙ quid est p̃ modum diffinitionis. tertio modo per modum conclusionis demonstrabilis vel demõstrandę, verbi gratia. cum quis dicit, ꝙ tonat propter id q̃d extinguitur ignis in nubibus. significatur quod quid est p̃ modum demonstrationis non distincte, sed per diuersas propositiones, & cum dicitur, quod tonitruum est ignis extinctio in nubibus, significatur per modum diffinitionis, sed si dicamus quod tonitruum est sonus in nubibus, nulla mẽtione facta de extinctione ignis significat per modũ concl̃onis: erit.n. diffinitio significans quid est, & solum erit demonstrationis conclusio. hęc omnia ẽm sñiã philosophi, vt adducit hic Doc.S. & p̃ hoc patet sol̃o ad primũ argumentum.

Pro declaratione pręcedentiũ cõsidẽ Do. de Flan. super Post. T randum

randum est primo secundum philosophũ, ꝙ qa diffinitio est oro significatiua eius quod quid est, si autem rõ rei haberi vel alia rõ haberi nõ põt quam diffinitio. impossibile esset ꝙ sciremus aliquã rem esse quin scirem⁹ de ea esse qd est, qa impossibile est, ꝙ sciamus rẽ aliquam esse nisi per aliquam illius rationẽ, de eo.n quod est nobis penitus ignotum nõ possumus scire si est, aut nõ est. Inuenitur igitur aliqua ratio rei preter diffinitionem dicentem quod quid rei quæ quidem est duplex. nam quædã est ratio expositiua. alia est ratio rei nominatæ. quarum neutra significat quod qd est rei, sed aliquod accidens: sicut forte inuenitur aliqua ratio quæ ex ponit qd significat hoc nomen triangulus, & per hoc rationem habentes quia est, adhuc quærimus propter quid est, & vocatur ratio siue diffinitio quid nominis, per talem aũt diffinitionem, vt supra dictũ est quia non scimus rẽ esse per aliquid sui non absolute scimus si est vel non est, sed non solum secundum accidentis.

Considerandum est vlterius secundũ eundem ibidem, quod ad inuestigandũ rõnem pp quid est., scire oportet ꝙ rõ põt dici vna dupliciter. Nam aliqua rõ dicitur vna solũ per cõiunctionem, per quẽ modum habet etiã vnitatem poema vel historia troiana, per hunc modũ dicitur esse vna rõ, quæ est expositiua nominis vel manifestatiua ipsius rei nominatę per aliqua accidentia, vt si dicatur, quod homo est animal risibile vel susceptibile disciplinę. alio modo dicit ratio vna inquantum simpliciter significat vnum de re vna, cuius est rõ, & hoc etiam secundum accidens, & talis ratio est diffinitio significans quid est, quia essentia cuiuslibet rei est vna: ex quo cõcludit philosophus, ꝙ illa rõ, quæ dicta est, dr̃ vna diffinitio diffinitionis, videlicet, ꝙ diffinitio est rõ ipsius quod quid est, hæc omnia Doc. S. secundum sentẽtiam philosophi. alia vero diffinitio diffinitionis, quam subiungit Philosophus, ut dicebatur est, quod diffinitio est ratio manifestans ipsum quod quid est, sed hæc est dicta modalis inter prædictas duas diffinitiones ipsius diffinitionis secundum philosophum, quia prima diffinitio solum significat quod quid est, sed non demonstrat ipsum, sed secunda diffinitio est quasi demonstratio ipsius quod quid est non differens a demonstratione nisi sola positione, idest, ordine propositionum & terminorum.

Considerandum est ulterius secundum Philosophum, quod triplex est genus diffinitionis per comparationem ad demonstrationem. quædam enim est diffinitio, quæ est ratio indemonstrabilis eius quod quid est, & illa dicitur esse q̃ est immediatorum, alia uero est diffinitio, quę est quasi quidã syllogismus demonstratiuus eius, quod quid est, & non differt a demonstratione nisi secundum ordinem edbitum terminorum & propositionum. Tertia uero diffinitio est, quæ est solum significatiua eius quod quid est, & est conclusio demonstrationis. patet ex prędictis per quem modum est demonstratio eius quod quid est, & per quem modum non, quia scilicet ipsum quod quid est potest accipi ex ipsa demonstratione, non tamen põt demonstrari, patet etiam ex supradictis, in quibus potest esse demonstratio eius quod quid est, uidelicet, in habentibus aliam causam, patet etiam quot modis dicitur diffinitio, patet etiam quomodo quod quid est demonstratur, uidelicet, inquantum significat per diffinitionem significantem solum quod quid est & quomodo, & nõ demonstratur inquãtum, uidelicet, per diffinitionem non solum accipitur quid, sed etiam propter quid: patet etiam quomodo diffinitio se habeat ad demonstrationem diuersimode, & quomodo contingit quod eiusdẽ sit diffinitio & demonstratio. hæc omnia Doc. S. secũdũ sentẽtiam Philosophi.

Considerandum est finaliter, ꝙ licet hoc cõcedatur ꝙ ipsum quod qd est põt demõstrari de eo cuius est absolute, vel in sensu diuiso loquẽdo. nõ tamen conceditur, ꝙ possit demonstrari in sensu composito siue reduplicatiuo loquendo,

do, uidelicet, in eo quod quid est. quia diffinitio & demonstratio omnis habēt medium oppositum ostendendi, ut dicit hic Egidius, nā ipsa diffinitio ipsum quod q̄d est ostendit ut quid est. demōstratio uero ostendit ipsum quod quid est ut quia est, q̄a quicquid demōstratur ipsum demōstratur ut aliquid in aliquo.

SOLVTIO.

Ad primū igitur patet solutio ex dictis supra. Ad secundum dicendum ꝙ esse essentię est idem realiter cum ipsa essentia siue quidditate rei. unde rō nulla. Ad tertium dicendum, quod unius rei est unum quod quid est siue una diffinitio completa & perfecta, quæ, uidelicet manifestat rem secundum omnes causas, ut supradictum est, unius tamen rei possunt esse plures diffinitiones etiam quidditatiuę nō complete & perfectę, si sumantur secundum diuersas causas eiusdem rei complectentes omnes causas eiusdem rei.

LECTIO IX.

Quomodo per quod quid est diuersimode contingit demonstrari, & ēst lectio nona. D.S.

QVAESTIO IX.

quę habet articulos tres.

Ostendendū restat qua re ipsū ꝙ q̄d est se hēat ad demr̄atione. postq̄ oñsū est qua re ꝙ q̄d est & diffiō se habeāt ad demr̄atione. Circa qđ quadruplex occurrit cōsideratio. Nā primo cōderādū est quare ꝑ quattuor gñā causarū possit fieri demr̄atio. Secūdo considerandum est quare aliquid demr̄atur per cām quæ simul est cum eo cuius est causa, & hoc in secundo capło huius quarti tractatus ibi. [Eadē aūt causa &c.] Tertio considerandum est quare aliquid demr̄etur in his quæ non simul fiūt indirecte, & hoc in tertio capło huius ibi. [Speculandū igitur &c.] Quarto considerandū erit quare medium est sumendum ad demōstrādū aliquid in his quæfiunt s̄m generationem circularem huius tractatus, & īcipit ibi. [Qm̄ aūt uidemus in his quæ fiunt circulo &c] Circa primum quæruntur tria.

Primo utrum sint tantum quattuor genera causarum.

Secundo utrum per quodlibet genus causę possit fieri demonstratio.

Tertio utrum eiusdem rei possint esse plures causę.

Sequitur in Philosopho, & in Do. S.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ non sint tm̄ quattuor genera causarū. Nam cā est ad cuius esse seq̄tur aliud s̄m Boetiū, sed ad esse finis non sequitur aliud, cum finis habeat rationem ultimi. ad hoc autem ꝙ est ultimum nō sequitur. ergo finis non est causa, & sic non sunt quatuor genera causarum.

2 Præterea. Forma & finis coincidunt in idem numero ut patet. 2. phy. ergo idem quod prius.

3 Præterea. Est aliqua causa coadiuuans proficiens & consilians vt patet etiam. 2. phy. ergo sunt plura genera causarum quam quatuor.

4 Præterea. Quælibet causa est principium. sed tantum sunt tria principia rerum naturalium ut patet primo phy. ergo nnon sunt quatuor genera causarum.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus ibi. [Quomodo autem scire opinamur &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod iste est quartus tractatus huius secundi libri, in quo philosophus postquam ostendit quare ipsum quod quid est se habeat ad demonstrationem, ostendit quare propter quid se habeat ad demonstrationem quod significat causam, qui continet in se quattuor capitula. in quorum primo ostendendo quod per quodlibet

genus cauſæ poteſt fieri demonſtratio ponit tres conſequentias quarũ prima eſt reſponſiua ad quæſitum,& talis eſt. tm̃ quatuor ſunt genera cãrũ uidelicet, materialis,formalis, efficiens,& finalis. quæ concluſio probatur tali ratione philoſophi. nã omnis cauſa uel eſt intrinſeca ingrediens compoſitionẽ rei; vel eſt intrinſeca non ingrediens cõpoſitionem rei.ſi primum hoc eſt dupliciter.vel eſt completiua eſſentię.& ſic eſt quod quid erat eſſe. i. cã formalis. uel eſt cã qua poſita neceſſe eſt cauſatum poni,& ſic eſt cauſa materialis. ſi ſecundum hoc ẽt dupliciter.quia uel eſt principiũ unde motus & ſic eſt cã efficiens. uel eſt cã cuiꝰ cã fit aliquid.& ſic eſt cã finalis.ex quo patent deſcriptiones omnium generum cauſarum.quæ cauſę,in 2.phyſi.& in primo.& 5. metaphy.cum proprietatibus & modis earũdem diffuſius pertractantur.

Conſiderandũ eſt hic ſm̃ philoſophum ꝙ quia ſcire opinamur cum ſcimus cauſam vt in primo habitum eſt, demõſtratio autem eſt ſyllogiſmus faciens ſcire. conſequens eſt quod medium demonſtrationis ſit cauſa.

Sed inſtabat diſcipulus. quia commune eſt omnibus cauſis per ſe & proprijs quod ſi ſint,neceſſe eſt earum effectus eſſe,ergo inſufficiẽs eſt deſcriptio cauſę materialis a philoſopho tradita.ĩ qua dr̃ cã eſt qua poſita neceſſe eſt cãtũ ponere,dicẽdũ eſt ſecundũ Egidiũ ꝙ multi effectus proueniunt ex materia pręter intentionem finis. bene enim ualet ꝙ animal neceſſe eſt corrumpi ſi ſit cõpoſitum ex contrariis & eſt demõſtratio ꝑ cãm materialẽ.& tñ corruptio nõ accidit ex intentione huius uel finis. & quia talia ſunt præter intentionem potiſſime reducuntur in neceſſitatem materiæ.ideo philoſophus uolens deſcribere materialẽ cãm deſcripſit ex parte neceſſitatis dicẽs.quod cũ homo ſit neceſſe eſt hoĩẽ eſſe.i.neceſſe eſt eẽ id ꝙ cõuenit ex neceſſitate materiæ. hæc ille.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum quod ſi finis conſideretur ſecundum eſſe qđ habet in intentione agentis.ſic habet rationem principij, & ſic eſt cauſa.ſi uero conſideretur ſecundum eſſe quod habet in executione operis,ſic non habet rationem cauſæ, ſed habet rationẽ vltimi ut argumentum uoluit.

Ad ſecundum dicendum quod finis eſt duplex,videlicet finis generationis,& finis rei generatæ, ſed finis rei generatæ habet rationem cauſæ finalis.

Ad tertium dicendum, quod eſſe cauſæ continetur ſub cauſa efficienti.quadruplex eſt enim cauſa efficiens ut Albertus deducit.2. phyſico.

Ad quartum dicendum quod tantum ſunt tria pincipia intrinſeca rerum naturalium.ſed plura ſunt principia quam tria, accipiendo principium ut ſe extendit tam ad principia intrinſeca quã extrinſeca.

Sequitur in Philoſopho & in Doc. S. deinde cum dicit & hoc non commune &c.

ARTICVLVS II.

AD ſecũdum ſic proceditur. Vr̃ ꝙ non per quodlibet genus cauſæ poſſit fieri demonſtratio. Nam demonſtratio procedit ex notioribus,ut in primo huius patuit. ſed materia eſt quid ignotum cum ſit ens in pura potentia. vnum quodque enim eſt cognoſcibile ſecũdum quod eſt in actu. ergo per cauſam materialem non p̃t fieri demr̃atio.

2 Præterea. Demonſtratio procedit ex principiis non ſolum cognoſcendi. ſed etiam eſſendi. cũ ꝓcedat ex notioribus ſm̃ naturam ut ẽt in primo huius declaratum eſt. ſed materia non eſt principium eſſendi.tum primo quia materia non recipit eſſe. ergo non dat eſſe.idem enim non eſt recipiens & dans. aliter idem eſſet ſimul in actu & in potentia.tũ ſecũdo q̃a forma eſt quę dat eſſe & cõſeruat rẽ in eſſe,ſi materia daret eſſe,ſeq̃retur ꝙ non diffinitio for-

mæ

me competeret aliis a diffinito, cum materia & forma sint causæ realiter adinuicem distinctæ. ergo idem quod prius.

3 Præterea. Demõstratio procedit ex prioribus, vt dictum est. sed finis non est prior eo cuius est finis. immo est posterior. ergo per causam finalem non potest fieri demonstratio.

4 Præterea. Si per causam efficientem posset fieri demonstratio, sequeretur q ipsius substantię esset demõstratio. cõns est cõtra philosophũ superius. ergo &c. patet sequela, quia medium & extremitates sunt eiusdem generis, ut in primo adduxit Philosophus, sed causa efficiens est de genere substantię, cũ sit suppositorũ, sola aũt indiuidua de genere substãtię supposita dicũtur. ergo maior extremitas quæ est prædicatũ cõclusionis erit de genere substantiæ, sic substantię erit demõstratio, & cũ ipsius substantię ꝓprie sit diffinitio unius & eiusdem erit demõstratio & diffinitio, quod est contra philosophum in præsenti libro.

5 Pręterea. Si per quodlibet genus causæ posset fieri demonstratio, sequeretur q quælibet causa diceret propter quid cum medium demonstrationis dicat ꝓpter quid prædicatum conclusionis in sit subiecto. consequẽs est falsum, quod sic patet. nam si sic tum propter quid posset demonstrari, cum una causa per aliam possit demonstrari. sed hoc est superius contra philosophum. igitur per quodlibet genus causæ non potest fieri demonstratio.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in præsenti capitulo ibi [Et hic enim &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod secunda conclusio huius capituli quæ est respon sius ad quæsitum talis est. per quodlibet genus causę potest fieri demonstratio tanquam per medium demonstrationis. hęc conclusio probatur ẽm philosophũ primo de causa materiali quæ dicitur causa necessitatis per exemplum mathematicũ sic demonstrando. oĩs angulus continens in se medietatem duorũ angulorũ est rectus, sed angulus in semi circulo cadẽs est hmõi. ergo est rectus. de causa formali nõ adducit exẽplum aliud q̃ adductũ est de cã necessitatis. tũ prĩo q̃a mediũ ꝑdicti exẽpli si sumat̃ inquãtũ significat q q̃d est ipsius anguli cadẽtis in semicirculo erit demr̃atio ꝑ cãm formalẽ, ut dicit hic Doc. S. tũ secũdo q̃a cã formalis dr̃ qd̃ q̃d erat esse, q ꝑtinet ad demr̃ationẽ. põt autẽ sic ꝑ eã demr̃ari. q̃cq̃d hẽt aĩam rationalẽ est risibile. sed oĩs hõ est hmõi. ergo &c. deinde adducit exẽplũ de cã mouente siue efficiẽte tangens quãdã gręcorũ historiã sic demr̃ando. oẽ b. est a, idest, oẽs q̃ prius faciẽtes iniustitiam ꝑtulerunt cõtra alios sunt merito debellãdi ab alijs. sed c. est. b, idest, sed Atheniẽses iiustitiã fecerũt primo in Medos. i. cõtra Medos, Sardos debellãdo. ergo. c. est. a. i. Atheniẽses sunt debellandi a Medis. insuper idẽ ꝓbat de cã finali adducẽdo tale exẽplũ. nã q̃cq̃d facit non eminere cibũ in ore stomachi est cã sanitatis. sed ambulare post cęnã facit nõ eminere cibũ in orę stomachi. ergo ambulare. &c. ex ꝑdictis oĩbus exẽplis põt formari talis ꝓbatio cõclusionis ostensiuę. nã quicq̃d põt r̃nderi ad interrogationẽ factã ꝑꝑ q̃d põt esse mediũ demr̃ationis. cũ medium inquãtũ huiusmodi dicat propter quid. sed quodlibet genus causæ est huiusmodi, ut patet per prædicta. ut si quęrat̃ propter quid homo est necessario corruptibilis quia est qd̃dã cõpositum ex cõtrariis, & ꝑꝑ quid angulus cadẽs in semicirculo est rectus, quia, uidelicet est medietas ex utroq; latere angulorũ rectorũ, & propter quid hõ est risibilis, quia est animal rõnale, & propter quid Medi inuaserũt Athenienses, quia, uidelicet, primo Atheniẽses inuaserunt Sardos qui erant amici Medorum, & propter quid ambulat aliquis post cęnam, ũt, uidelicet hẽat sanitatẽ. patet ergo quod quodlibet genus causæ potest responderi ad quod quid est, & per consequens potest esse medium demr̃ationis.

Pro declaratione præcedentium considerandum est primo secundum Philo-

sophum quod idem quo existente necesse est aliquid esse scilicet causa materialis non contingit accipi sic, vt ex necessitate aliquid sequatur, si accipiatur vna sola propositio. sed oportet accipere ad minus duas hoc modo se habētes, vt communicent vno medio. si ergo accipiatur in duabus propositionibus vnū medium quod est causa materialis ex necessitate sequitur conclusio. vt in prædicto exemplo patet. sed vt hic dicit Doc. S. oportet accipere duas propositiones non solum propter formę syllogisticę existentiam, sed etiam quia non omnia quę sunt ex materia habent ex materia necessitatem, vt probatur. 2. phy. & ideo pręter propositionem in qua sumitur hoc habere talem materiā, oportet quod sumatur talis propositio quæ declaret quod ex tali materia aliquid ex necessitate sequatur.

Considerandum est vlterius etiam hic secundum Doc. S. quod Philosophus hic adducens exemplum de causa materiali in mathematicis, hoc non est contra id quod dicitur 3. meta. videlicet, ꝙ mathematicę scientię non demonstrāt per causam materialem cum abstrahant a materia, quia licet mathematicus abstrahat a materia sensibili, non tamen abstrahit a materia ītelligibili siue imaginabili, vt patet. 7. metaphy. quæ quidem materia intelligibilis dicitur secundum quod aliquid indiuisibile accipitur vel in numeris vel in continuis. ideo quādo in mathematicis aliquid demonstratur de toto per partes, videtur esse demonstratio per causam materialem. nā partes se habent ad totum secundum rationem materiæ, vt patet. 2. phy. & quia materia magis proprie dicitur insensibilis propter hoc noluit eam nominare causam materialem, sed causam nessitatis. hęc ille.

Considerandum est vlterius secundū eūdem ibidem ꝙ in tertio Euclidis probatur quod triangulus cadens in semicirculo est rectus. est autem probatio talis. sit semicirculus. a.b.c. corda autem eius quæ est diameter circuli diuidatur per medium in puncto. b. quod est centrum circuli. erigatur ergo supra punctum. d. perpendicularis quæ attingat circunferentiam circuli in puncto. b. a quo ducantur duę lineę ad duo puncta s. a. & c. dico ergo quod angulus. a.b.c. cadens in semicirculo est rectus. probatio. nam triangulus. b.c.d. habet tres angulos ęquales duobus rectis, sed angulus eius, b.c.d. rectus est, q̄a linea. b.d. est ꝑpenpicularis. ergo duo alii anguli sunt ęquales, eo qđ illę duę lineę. b.d. & d.c. sunt ęquales, q̄a ꝯhunt a centro ad cicūferētiā. relinq̄tur ergo ꝙ angulus. b.c.d. sit media pars recti anguli, & pari mō est ꝓbatū ꝙ angulꝰ. a.b.d. sit media pars recti. ergo totus angulus. a.b.c. ē rectus.

Considerandū est vlterius ſm philosophū ꝙ contrario mō se habent in via generationis finalis causa, & causa q̄ est principiū vnde motus. nā de demonstratione quæ sumitur per causam quæ est principiū vnde motus oportet medium esse principium via generationis sicut prius fuit ꝙ Athenienses insultū fecerūt in Sardēses quā ꝙ impugnarētur a Medis. sed in demr̄atione q̄ sumitur per causam finalē accipitur causa q̄ est q̄d vltimū uia generationis. manifestū est. n. ꝙ ambulat quis post cęnam, ex quo sequetur postea ꝙ cibi nō sup emineāt in ore stomachi ex quo ulterius sequitur sanitas hominis quæ est principalis finis.

S O L V T I O.

Ad primū igitur dicēdū, ꝙ si materia cōsideretur ſm se & absolute est ignota. ipsa tñ considerata in habitudine ad determinatā formā est nota & pricipiū notificādi, cū sit pricipiū essēdi. eadē. n. sūt pricipia eēndi & notificādi a priori, & licet materia recipiat eē formaliter, dat tñ esse toti cōposito materialiter, & ꝑ hoc patet solutio ad ſm. Ad tertiū patet solutio in p̄cedenti ar. Ad quartū dicendū negādo sequelā inquantū hmōi, & licet mediū & extremitates sint eiusdē generis scibilis, non tamen sunt eiusdem generis prædicamentalis, unde ratio non sequitur. attendendum tamen est quod ipsius substantiæ esse demr̄ationem

tionem potest dupliciter intelligi. vno modo tanquã subiecti de quo aliud demonstratur, & sic manifestũ est quod ipsius substantiæ est demõstratio. alio modo tanquam illius quod demõstratur. & hoc dupliciter, uno modo accipiendo substantiam vt est effectus alicuius substantiæ, alio modo accipiendo substantiam inquãtum substantia est. primo modo ipsius substantię bene est demonstratio, q̃a diffinitio materialis alicuius substantiæ potest demonstrari per diffinitionem formalem, vt supra dictum est. sed secundo modo ipsius substantiæ nõ est demonstratio, quia si substantia inquantum substantia demõstretur, sequeretur quod quælibet substantia demonstretur, & sic esset procedere in infinitum in demonstrationibus quod est inconueniens. Ad ultimum dicendum, ꝙ propter quid inquantum accipitur pro eo quod quid est potest demonstrari p aliud quod quid est, non tamen in eo quod quid est, ut supra declaratum est, nisi forsitan elicitiue, modo supra exposito.

Sequitur in Philosopho & in Doct. S.

Deinde cum dicit. Contingit autem unum & idem.

ARTICVLVS III.

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ eiusdem rei nõ possint esse plures causæ Nam quælibet causa dat esse vt patet per diffinitionem causæ. causa n. est ad cuius esse sequitur aliud secundum naturam. si ergo unius rei sint plures causæ sequitur ꝙ unius rei sint plura esse, quod est contra philosophũ in fine huius secundi. ergo &c.

2 Præterea. Si sic sequitur ꝙ unius rei possint esse plures diffinitiones cum per quodlibet genus causę possit sumi diffinitio. cõsequens est ɔ̃ philosophũ in fine huius secundi, cum unius rei sit unicum esse. diffinitio autem est oratio indicans quid est esse rei. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in p̃senti capitulo ibi. [Cõtingit autẽ vnũ &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod tertia ɔclusio huius capituli quæ est rñsiua ad q̃sitũ talis est. unius & eiusdem effectus possunt esse plures cãę, quæ conclusio sic probatur ſm philosophum. nam cõtingit unum & eundem effectum alicuius causæ manentis esse pp finem. ergo vnius & eiusdem rei possunt esse plures causę. pbõ antecedentis. nam hoc quod est lumen apparere per pellem laternæ est pp al quẽ finem, ut uidelicet ambulãtes de nocte beneficio nõ offendant.

Considerandum est ſm Rodulphum Britonum ꝙ causarum quędam sunt p se, quædam uero per accidens, ut patet 2. phy. loquendo de causis per accidens unius effectus sunt plures cãæ et in eodem genere causæ, & idem põt esse causa multorum, nauta per sui præsentiam est cã salutis, per sui autem absentiã est causa periclitationis eiusdẽ. sed loquendo de causis per se hoc põt intelligi dupliciter, uno modo loquendo de causis per se in eodẽ genere cãæ. alio modo loquendo de causis per se in diuersis generibus cãrum. si secundo modo sic eiusdem effectus sunt plures causæ. si primo modo hoc est dupliciter. uno modo loquendo de causis per se tam mediatis q̃ immediatis & proprijs, & illo modo et eiusdem rei possunt esse plures causæ. alio modo loquendo de causis tantum immediatis per se, & sic est unius rei cã unius effectus, quia sicut ad causam per se & immediatam sequitur effectus, ita ad unitatem & pluralitatẽ causæ sequitur unitas, & pluralitas effectus.

Considerandum est ulterius hic secũdum philosophũ quod in effectibus ordinatis ad finem contingit dupliciter argumentari, uno modo a causa præexistenti sic arguendo. si hoc contingit esse, videlicet, si lumen ponatur in laterna necessarium est quod hoc sit, uidelicet quod diffundatur per poros pellis laternæ. alio modo contingit argumentari a causa posteriori in fieri sic arguendo. si fieri contingit finem ulti-

mum necesse est præcedere ea per quę peruenitur ad finem, ut si deberemus viuere, necesse est uti cibo.

Considerandum est vlterius secundũ eundem ibidem, quod ea quæ fiunt ex necessitate & pp finẽ maxime inueniũtur in his quæ fiunt a natura. natura. n. quædam facit pp finem, quædam ẽt facit ex necessitate cãrũ primarum, quæ quidem necessitas est duplex, una ẽm naturam quæ est ẽm conditionem materiæ. alia ẽm cãm mouentem, quæ dr̃ necessitas coactionis: sicut lapis qñque mouetur sursum ex necessitate, & qñque deorsum, non quidem propter idem genus necessitatis, sed deorsum mouetur propter necessitatem materiæ, sursum propter necessitatem mouentis.

Considerãdum est vlterius ẽm eundẽ ibidem ut deducit D.S. ꝙ in his quę fiũt a proposito siue a rõne quemadmodũ sunt opera artis, quędam sunt talia quæ nunquam fiunt a casu sicut domus, neq; vnquam fieri possunt ex necessitate, sed semper fiunt pp finẽ, quia semper fiunt a rõne quæ non operatur nisi intendẽs finem, quędam vero sunt q̃ possunt fieri a natura & fieri possunt ab arte, & a casu siue a fortuna, sicut patet de sanitate quæ fit qñque per artem medicinæ, sed tñ quia potest peruenire ex aliqua causa naturali, potest contingere ꝙ aliquis sanetur ꝑter intentionem, sicut si leprosus sanetur ex esu serpẽtis quẽ comedit ut moriatur, & silr̃ est in alijs effectibus qui possunt fieri pp uarias & diuersas cãs. infert philosophus ex p̃dictis quod a fortuna nõ fit aliquid gratia huiusmodi, idest pp finem, quod ideo dr̃ quia & si fortuna contingat in his quæ fiunt pp finem, ut patet secundo physi. id tamẽ quod dicitur a fortuna fieri non est intentum tanquam finis sed pręter intentionem accidit. hæc omnia Doct. S. secundum philosophum.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicẽdũ, quod licet quælibet cã debet eẽ diuersimode, quia una uidelicet formalr̃ & alia materialr̃, alia effectiue, alia finaliter, tñ oẽs simul sũptæ respectu eiusdẽ effectus dant vnũ esse & nõ plus. unde rõ sequitur. Ad ẽm dicendũ, ꝙ licet unius rei sit tm̃ una diffinitio completa, uidelicet ẽm oẽs causas eius. tñ eiusdem rei possunt esse plures diffinitiones non completę & perfectę simpliciter, vt declaratum est supra.

LECTIO X.

Quomodo valeat demonstratio per causam, & est lectio decima Doctoris San.

QVAESTIO X.

quę habet articulos duos.

CONSEQVENTER considerandum restat quomodo demonstratur aliquid per causam quæ simul est cum suo effectu, postquam consideratum est quomodo quattuor genera causarum in demõstrationibus pro medijs assumuntur. Circa quod quęruntur duo.

Primo utrum valeat demonstratio a priori ad posterius per causam quæ simul est cum suo effectu.

Secundo vtrũ in causis quę non sunt simul cum suo effectu ualeat demonstratio a priori ad posterius.

Sequitur in Philosopho & in Doc. S.

Eadem autem causa.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod a causa quæ est simul cũ suo effectu non ualeat demonstratio, ꝓcedẽdo ad effectum. Nam nõ sequitur, domificator est. ergo domus est, & tñ ibi arguitur a causa quę est simul cum suo effectu. igitur &c.

Sed dicebat discipulus ꝙ ibi arguit a cã in potẽtia, & non a cã in actu de qua est hic ad propositum. Cõtra. nõ sequit domificãs est. ergo domus est. ergo &c. & tñ ibi arguitur a cã in actu q̃ simul est cum

cum suo effectu.ergo euasio nulla.

3 Præterea. Omne agens naturale ꝑducit suum effectum per successionem. ergo nulla causa efficiens simul est cum suo effectu.igit &c.suppositũ est falsũ.

OPPOSITVM.

Sed cõtra est Philosophus in præsenti capitulo ibi[eadem autẽ causa &c.]

CONCLVSIO

Respondeo dicendum,quod istud est ẜm capitulum huius quarti tractatus in quo philosophus ostendendo quare fit demonstratio in his causis quæ nõ simul sunt cum suis effectibus, ponit duas conclusiones per secundam conclusionem soluendo vnã cõclusionẽ de qua secundo articulo videbitur. Prima cõclusio q̃ est rñsiua ad quæsitũ talis est. in his quæ simul sunt cũ suis causis valet demr̃atio a priori ad posterius,siue a causa ad effectũ.q̃ conclusionẽ probat philosophus duobus exemplis.quorum primũ est tale.nam bene sequitur.quandocũque est interpositio terrę inter solem & lunam est eclipsis lunę. secundum exemplum tale est.quandocunque est aqua condensata vehementer est crystallum. sed hodie est condensata aqua vehementer.ergo hodie est crystallum.

Considerandum est hic secundũ philosophum ꝙ q̃cunque cã est simul cũ suo effectu,oportet eandẽ cãm accipere quantũ ad hoc ꝙ in fieri est,vel factũ esse vel facturũ esse, q̃ accipitur quantũ ad hoc qđ est esse.quia cum cã simul est cum causato. sicut necesse est ꝙ qñ est cã sit eius effectus,ita necesse ꝙ quando fit ꝙ fiat eius effectus,& quando est futura quod sit futurus loquẽdo de cã in actu.oportet.n. cãm in actu simul esse cũ suo effectu,vt patet.2.phy.accipiẽda est ergo causa pro medio ẜm debitam proportionẽ,vt.s.ipsum esse causę proportionetur esse effectus & fieri causę fieri causati,& futurũ eẽ cãę futuro eẽ cãti.

Considerandum est vlterius secundũ Doc.S.quod quãuis motus in suis partibus successiones habeat, tamen simul est cum cã mouentis, simul enim dum mouens mouet, mobile mouetur. eo quod motus nihil aliud est quam actus mobilis a mouente ẜm quẽ mouens dr̃ mouere & mobile moueri. vnde multo magis in his quę fiunt extra motũ oportet cãm simul esse cum suo effectu vel causato,siue accipiatur aliquid vt terminus motus sicut illuminatio aeris simul esse cum ortu solis,siue accipiatur aliqd in his quæ sunt penitus immobilia,& in causis essẽtialbus q̃ sunt cã eẽ ipsius rei.

Considerandũ est ulterius ẜm eundẽ ibidẽ ꝙ.q.a in motu necesse est ꝯsiderare prius & posterius, in causis mouentibus est accipere causam & cãtum se habere ẜm prius & posterius, sicut patet ꝙ agens naturaliter mouẽdo ꝑducit ad suum effectum,& sicut per totũ motũ perducitur mobile ad terminum motus,ita per primam partem motus perducitur ad secundum, & sic deinceps.vnde sicut motus est causa quietis consequentis similiter prima pars motns est cã subsequentis,& sic deinceps & hoc indifferẽter siue hic consideretur in vno mobili, quod mouetur continue a principio vsque ad finem motus siue in diuersis mobilibus. quorum primum mouet secundum,& secũdum tertium, & licet simul dum primum mouens mouet primum motum, moueatur tamẽ primum motũ remanet mouens postquam desinit moueri,quo mouente simul mouetur secundum motũ siue ẜm mobile.& ita successiue mouentur mobilia quorum vnum est causa motus alterius.sicut de his quę proiiciuntur ostendit Philosophus.8. phy. per hunc igitur modum contingit quod causa simul est cum eo cuius est causa inquantum.s. pars prima motus est causa secundę uel primũ motũ siue mobile mouet ẜm. hæc ille formaliter.

SOLVTIO.

Ad primum igitur admittatur solutio discipuli quam hic tangit Doc.S.

Ad secundum dicẽdum. quod duplex est causa efficiens in actu, nam quædam est cuius effectus producitur successiue sicut est domificans & a tali causa valet arguendo ab esse causę ad esse effectus in fieri,& non simpliciter,

vt declaratum eſt in locis dialecticis, alia eſt cuius effectus producitur in inſtanti, vt patet de illuminatione aeris a ſole, & tali cauſa valet argumentatio ab eſſe cauſæ ad eſſe effectus, vnde bene ſequitur, ſol illuminans eſt, ergo aer illuminatus eſt. ab eſſe enim cuiuſlibet cauſę quæ ſimul eſt cum ſuo effectu valet arguendo ad eſſe effectus abſolute loquendo de effectu proximo, unde bene valet domificans eſt. ergo domificatio eſt. Ad aliud patet ſolutio ex dictis.

Sequitur in Philoſopho, & in Do. S.

In his autem quæ non ſunt ſimul &c.

ARTICVLVS II.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quod in his quæ non ſunt ſimiliter cum ſuis cauſis valeat demonſtratio a priori ad poſterius. nam bene ſequitur. ferrum eſt, ergo arma ferrea poſſunt eſſe, & ibi arguitur a priori ad poſterius in eſſe in his quæ non ſunt ſimul cum ſuis cauſis. ergo &c.

2 Præterea. Bene ſequitur. inciſio lapidum eſt, ergo paries erit: & tamen ibi arguitur a priori ad poſterius in his quę non ſunt ſimul. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra eſt Philoſophus in præſenti capitulo ibi. [In his autem quę nõ ſunt ſimul &c.]

CONCLVSIO.

Reſpondeo dicendum, quod Philoſophus mouendo vnam quæſtionem, uidelicet, vtrum in his quæ non ſunt ſimul cum ſuis cauſis, cadat tempus medium inter ipſas, & ſuas cauſas, uel non. ponit ſecundã concluſionem hic, quæ eſt reſponſiua ad q̃ſitũ, videlicet, in his q̃ non ſunt ſimul cum ſuis cauſis nõ ualet demonſtratio a priori ad poſterius potiſſime ab eſſe ad eſſe, quæ concluſio probatur tribus rationibus philoſophi quarum prima ſumitur ex parte temporis determinati abſolute conſiderati. ſecunda ſumitur ex parte temporis indeterminati abſolute conſiderati. tertia ſumitur ex parte medij. Prima ratio talis eſt. nam poſito priori non neceſſe eſt quod ſequatur poſterius quantum ad determinationem temporis, ut puta infirmus bibit potionem, ergo tali die ſanabitur. ergo non ualet huiuſmodi demonſtratio a priori ad poſterius, quia ſi a priori facto poſſet ſyllogizari poſterius factum ſecundum determinatum tempus poſſet concludi quod verum eſt dicere hoc factum eſſe, puta infirmum bibiſſe potionem, & quod etiam uerum ſit dicere hoc factum eſſe quod poſterius eſt, puta eum eſſe ſanatum. & eadem ratio eſt reſpectu futuri. non enim poſſumus concludere, iſte ſumpſit medicinam. ergo erit ſanatus pro aliquo tempore determinato. quia hoc non erit verum in quolibet tempore futuro, ſcilicet in tempore medio. Secunda ratio eſt talis. quia cauſa, quę neceſſario infert ſuum effectum, eſt ſimul cum eo. ergo in his quæ non ſunt ſimul, cauſa non neceſſario infert ſuum effectum etiam quantum ad indeterminatum tempus. non enim ſequitur. hoc eſt ſecundum, ſcilicet quod iſte medicinam bibit. ergo neceſſario hoc erit, ſcilicet quod ſanabitur. quia in multis effectus cauſarum impediri poſsũt. Tertia ratio eſt, ſicut ex parte temporis abſolute conſiderati non poteſt ſyllogizari a priori ad poſterius in his quæ non ſunt ſimul, neque ſecundum tempus indeterminatum ita etiam ex parte medij temporis non cõtingit accipere aliquod tempus aut determinatum, aut indeterminatum, in quo poſſit concludi poſterius a priori: quia in toto tempore intermedio falſum eſt dicere eſſe id quod poſterius eſt quamuis id quod prius eſt præceſſit.

Pro declaratione præcedentis quæſtionis concludendum eſt hic ſecundum philoſophum, quod demonſtranti neceſſarium eſt ſcire, utrum cauſę ſe conſequentes ſint in tempore continuo uel non, uidelicet, cauſæ quæ non ſunt ſimul cum ſuis effectus, quia ſi non ſit cõtinua-

tinuatio in huiusmodi causis non erit accipere immediatum principium, q̃a semper inter duo non discontinuata est accipere aliquod medium. & ideo si id nunc in quo est effectus non sit conti nuatum ad id nunc in quo est causa, erit in medio accipere aliquid aliud q̃d sit causa media, & sic in infinitum.

Considerandum est ulterius secundũ Docto. Sanct. ex sententia Philosophi ꝙ sicut linea est quoddam continuum, punctus autem est quoddam indiuisibile quod determinat & diuidit lineam, ita & ipsum fieri siue moueri est quoddam continuũ. ipsum aũt factũ esse, vel motũ eẽ est quoddam indiuisibile quod põt accipi, vel vt determinans totum motum, vel vt diuidens motum tanquã finis primę partis motus & principium secundę. & sicut patet de puncto quod diuidit lineam, sic igitur ipsum factum esse est causa præcedens ipsum fieri, cuius est principium, & est effectus consequens illud fieri cuius est terminus. si igitur debemus demonstrare, oportet fieri syllogismum demonstratiuum a posteriori factum esse ad fieri præcedens, ut si dicamus. hoc factũ est. ergo id prius fiebat. sed quia ipsum factum esse est pri cipium ipsius fieri, siue quę facta sunt eorum quæ fiunt, consequens est vt simul se habeant in his quæ fiunt, ut scilicet a posteriori fieri syllogizetur ad prius factum, ut puta si dicatur. sol mouetur ad punctum medij cœli. ergo prius motus est ad punctum orientis. sed a priori non potest fieri syllogismus ad posterius. vt puta, si dicamus ꝙ quia prius hoc factum est, ideo sequitur quod illud quod est posterius fiat uel factum sit. & quæ ratio est de fieri & de factum esse, eadem ratio est de fore & futurum esse. hæc ille omnia formaliter.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod non arguitur ab esse ad esse. sed ad posse esse. vnde medium non est homogeneum, idest unius generis, vnde ratio nulla. Ad secundum dicendum negando accidens, quia dato quod incisio lapidum sit, non est necesse quod paries erit, quia talis effectus impediat.

LECTIO XI.

Quomodo ualeat argumentatio in his quæ non sunt simul. & est lec. 11. Docto. Sanct.

QVAESTIO XI.

quę habet articulum vnicum

INsuper considerandum restat quare ualet argumentatio in his effectibus qui simul non sunt cum suis causis indirecte procedendo. Circa quod quæritur vnũ, uidelicet, utrum in his quę non sunt simul cum suis causis ualeat argumentatio a posteriori ad prius.

Sequitur in Philosopho, & in Doc. S. Speculandum igitur &c.

ARTICVLVS VNICVS.

AD quod sic proceditur. Videtur quòd in his effectib. qui simul non sunt cum suis causis, non ualeat argumentatio a posteriori ad prius. Nam non sequitur. panis est. ergo farina est, & tamen ibi arguitur a posteriori ad prius in his effectibus qui non sunt simul cum suis causis. ergo &c.

2 Præterea. Quælibet demonstratio procedit ex prioribus vt in primo huius declaratũ est. ergo nulla argumentatio posterioristica, de qua est hic ad propositum ualet a posteriori ad prius, & per consequens suppositum est falsum.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in hoc capitulo ibi. [Speculandum igitur &c.]

CONCLVSIO

Respondeo dicendum, quod istud est tertium capitulum huius quarti tractatus, in quo Philosophus ostendẽdo quare

re ualeat argumentatio in effectibus q non sunt simul cum suis causis. ponit vnam conclusionem quæ est responsiua ad quęsitũ, videlicet, quod in similibus valet argumentatio a posteriori in fieri ad prius, quam conclusionem probat Philosophus dupliciter, unum supponẽdo, videlicet, quod fieri non potest esse consequenter se habentis & contingentiũ cũ hoc quod est falsum eẽ. quod probat. quia duo facta esse non possunt esse continua. & consequenter se habere, cuius ratio est. quia duo facta esse se habent hoc modo ut quædam vltima indiuisibilia, sicut duo puncta in linea. sed duo puncta non sunt consequenter se habentia. ergo etiam neque duo facta esse. quia tam puncta quam facta esse sunt indiuisibilia quæ non se habent consequenter in continuis. vt patet sexto physi. ex quo sequitur illud quod supponebatur, videlicet, quod fieri & factum esse non possunt consequenter se habere, cuius corroboratio talis est, quia fieri est diuisibile sicut moueri. sed factum esse est indiuisibile, sicut punctus. ergo sicut se habet linea ad punctum, ita se habet fieri ad factum esse, quia sunt infinita facta esse in eo quod est fieri, sicut sunt infinita puncta in linea potentialiter, sed in linea non possunt accipi duo puncta consequenter se habentia. ex quo sequitur quod quia factum esse est terminus eius quod est fieri, ipsum fieri non se habet consequẽter cum eo quod est factum esse, aliter duo facta esse se haberent cõsequẽter ad inuicem, vt patet sexto topicorum, inter quæ non cadit medium eiusdem generis. sicut duo milites in acie, vel duo religiosi in choro. sed habitum supra id quod est consequenter se habere addit contentum, vt ibidem patet. continua uero dicuntur quorum ultima sunt unum, inter quæ, uidelicet, nullum cadit medium. ut ibidem patet. quibus præmissis philosophus probat prædictam conclusionem dupliciter. Primo tali exemplo, nam bene sequitur sanatus est. ergo prius accepit medicinam, & hoc loquendo de sanitate per artem medicinæ in infirmo producta. in hac autem argumentatione arguitur a posteriori in fieri ad prius. licet arguatur a priori quantum ad successionem temporis, quanto enim aliquid est proximius præsenti nunc, tanto est prius quantum ad successionem temporis siue continuationẽ, quia cum ipsum nũc sit principium temporis, secundum ipsum distinguitur præteritum & futurũ. sed quantum ad fieri est ordo conuersus in pręteritis & futuris, nam in præteritis tanto aliquid est posterius in fieri quanto proximius præsenti nũc. sed in futuris est econuerso.

Cõsiderandum est hic secundum philosophum, quod licet infinita facta esse sint in uno fieri, ut dictum est, tamen necesse est incipere ab aliquo medio, scilicet ab ipso nunc tanquam a primo. dictum est enim quod illud quod posterius est principium *syllogizandi*, sed respectu omnium *in prædicato* factorum est ipsum nunc. vnde necesse est accipere ipsum præsens ut primum immediatum principium, licet respectu aliorum factorum accipiatur ut principium & immediatum.

Considerandum est ulterius secundum eundem quod sicut se habet in eo quod factum est, ita se habet in eo quod futurum erit, quia sequitur. si talis sanabitur in futuro, necesse est quod prius accipiat medicinam loquendo de sanitate mòdo exposito. Secundo probat eandem conclusionem tali exemplo. nam bene sequitur. domus facta est. ergo fundamentum prius factum erat. similiter sequitur. si domus in futuro fiat, necesse est quod lapides prius incidantur ut fundamentum prius fiat loquendo de domo lapidea.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum quod duplex est causa materialis. nam quædam est transiens ut forma. alia est permanens ut ferrum: ab effectu causæ materialis transeuntis ualet ab esse ad pręfuisse. sed ab esse effectus causæ materia lis

lis permanentis valet ab esse ad esse, nã bene sequitur. Arma ferrea sunt. ergo ferrum est, quemadmodum ad longum declaratum est.in locis dialecticis.

Ad secundum dicendum, quod hic acci pitur demonstratio pro quacunque argumentatione.unde ratio laborat in æquiuoco.

LECTIO XII.

Quomodo valeat argumentatio secundum circulum, & est lec. 12. Sanct.Docto.

QVAESTIO XII.

quę habet articulos duos.

VLTERIVS considerandum restat quare accipiẽdum sit medium in his quę fiunt secundum generationem circularem postquã consideratum est, quare accipiendum sit medium in his quæ fiunt in rectum. Considerandum est etiam quare diuersimode demonstretur per causam in his quæ fiunt semper, & in his quæ sunt ut frequenter. Circa quod quæruntur duo.

Primo utrum in his quæ fiunt secundum generationem circularem ualeat demonstratio a posteriori ad prius.

Secũdo vnũ in his quæ fiũt vt frequenter debeat accipi medium quod sit vt frequenter ad demonstrandum ipsa vel aliquid de ipsis.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S. Quoniam autẽ videmus in his.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod in his quæ fiũt secundum generationem circularem non ualeat demonstratio a posteriori ad prius. Nam in similibus non potest fieri demonstratio, aliter demonstratio circularis esset possibilis, quia in his quæ fiũt secundum generationem circularem sicut a posteriori deuenitur ad prius, ita postea a priori ad posterius, ut patet per Philosophum in littera. consequẽs est tontra Philosophum in primo huius: quia sic idem est prius & posterius notius & ignotius, causa & effectus respectu eiusdem, quia idem demonstratur per idem, quæ omnia sunt inconuenientia.ergo &c.

2 Præterea. In his quæ fiunt secundũ generationem circularem extrema & medium conuertuntur.ergo sicut arguitur a posteriori ad prius ita a priori ad posterius valet talis argumentatio.

3 Sed dicebat discipulus quod non est inconueniens dicere & concedere quod in similibus ualeat argumentatio a priori ad posterius sicut econuerso. Contra si sic sequeretur quod idem esset materia & causa sui ipsius quod est inconueniens. patet sequela. quia si ad primum sequatur ultimũ & ad vltimum sequatur primum.tunc ad primum seqtur primum, & ad medium sequitur medium. similiter ad vltimum sequitur ultimum ad minus medium, & sic idem demonstrabit seipsum & per consequens idem erit materia & causa sui ipsius qđ est inconueniens.in his ergo quæ fiunt secundum generationem circularem non valet demonstratio.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti capitulo ibi.[Quoniam autem vidimus in his quæ sunt &c.]

CONCLVSIO.

cum solutione.

Respondeo dicendum, quod istud est quartum capitulum ad vltimum huius quarti tractatus in quo Philosophus ostendendo quare debeat accipi mediũ in his quæ fiunt secundum generationem circularem, & in his quæ fiunt ut frequenter, ponit duas conclusiones, de quarum secunda in sequenti articulo videbitur. Prima conclusio quę est respõsiua ad quæsitum talis est.in his quæ fiũt

secun-

secũdum generationem circularem valet argumentatio.i. demonstratio a posteriori ad prius procedendo circulariter ad prius. hãc cõclusionẽ probat philosophus inductiue, nam bene sequitur. si terra est pluta necesse est quod per actionem solis uapor ex ea resoluat̃. quo resoluto necesse est quod sursum eleuet̃ quo eleuato, necesse est quod generet̃ nubes, qua generata necesse est quod generetur pluuia, qua generata cum sit grauis necesse est quod cadat deorsum super terram. qua cadente super terram necesse est quod pluat eam, & per ɔñs quod terra sit cõpluta, quod erat quod primo accipiebatur, & sic in omnibus alijs quæ secundum generationem circularem sunt. ergo &c.

Pro declaratione huius considerãdũ est hic secundum philosophum & D. S. quod in his quæ dicto modo fiunt valet syllogismus, dummodo accipiant processum demonstrationis ab hoc capitulo, videlicet, quod medium & extremi termini consequantur adinuicem, quia in his quæ sic generantur est quædã cõuersio circularis ducens a primo generato per quod deuenitur ad vltimum, & ab vltimo deuenitur ad primũ, non idẽ nomine sed idem specie, vt dicitur in secundo de generatione, & ita non sequitur, quod idem numero sit prius & posterius, notius & ignotius, causa & effectus, & hoc ipsum competit processui demonstrationis, eo quod quandoq; cõclusiones conuertuntur, ut. s. ex eis syllogizentur aliquæ præmissarum. hoc.n. est circulo demonstrare, quod quamuis non competat : si omnino sit vnum & idem quod prius fuit cõclusio & postea est principium respectu eiusdem in numero, neque simul idem notius & ignotius. si autem non sit omnino idem sicut accidit in his quæ circulo generantur, nullum inconueniẽs est. hæc omnia D. S. secundum philosophũ. accipitur autẽ hic demonstratio causantis, vt videlicet se extendit ad syllogismũ, non.n. est inconueniens syllogismus circularis, licet dem̃ratio circularis ꝑꝑ quid sit incõueniens vel impossibilis ut supra in primo declaratum est, & propter hoc patet solutio ad primum argumentum.

Considerandum est vlterius, hic ẽm Doc. Sã. quod prædicti causarum circuitus inueniri non possunt ẽm ordinem q̃ inuenitur in causis per se, quia sic necesse est uenire ad unum primũ in quolibet genere causarum, vt probatur 2. meta. quod aũt aliqua generantur ex igne vel aqua & iterato ex aqua generetur ignis hoc nõ est per se sed per accñs. nõ enim ens per se generatur ex ente in actu sed ex ente in potẽtia, vt patet primo physico. procedendo in causis per se nõ erit circulatio. nam complutionis terræ accipimus pro causa agente calorem aeris qui causatur a sole & nõ ecõuerso, pro causa vero materiali accipiemus aquam, cuius materia non est aqua. sed materia communis elementorum. hęc ille.

Considerandum est vlterius secundũ Egidium, ꝙ in prędicto exemplo Philosophi medium & extrema conuertunt̃, nam pluuia nubes & vapor conuertibiliter se habent, quodlibet.n. potest esse primum, quodlibet medium, & quodlibet vltimum. nã si incipiamus a pluuia, ex pluuia generabitur vapor & ex vapore nubes, ꝑpter quod pluuia erit primum. uapor medium, & nubes vltimum si incipiamus a vapore ex vapore generabitur nubes & ex nube pluuia, & sic nubes erit medium quæ prius fuit vltimum, & pluuia erit vltimum, quæ prius fuit quoddam prius acceptum. sed si incipiamus a nube, ex nube generabitur pluuia ex pluuia uapor, sic nubes erit primum, pluuia medium, & uapor ultimum, sic ergo in talibus extrema & medium conuertuntur, quia quodlibet potest fieri quodlibet & sic in generationibus talibus medium fit extremum & econuerso, ita & in argumentationibus possunt conclusiones fieri præmissæ & econuerso, quia sicut modi intelligendi sumunt originem ex modis essendi, ita modi arguendi sumunt originem ex modis essendi, sicut in his qui generantur

nerantur.ergo circulariter secūdum esse possunt de se inuicē inferri circulariter.sic de eis potest fieri argumentatio circularis.hæc ille.

Considerandum est ulterius secundū eundem quod idem inquantum idē nō potest esse causa materialis sui ipsius loquendo de eodem in numero quantum cunque accipiatur causa materialis per accidens, ut si ex pluuia fiat vapor ex uapore nubes ex nube pluuia, & ita ex pluuia fiat pluuia non est eadem pluuia numero ex qua fit uapor & pluuia quę generatur ex vapore, & per hoc patet solutio ad ultimum argumentum. Ad argumenta igitur patet solutio ex dictis.

Sequitur in Philosopho, & in Doct.S.

Sunt autem quędam &c.

ARTICVLVS II.

AD secundū sic proceditur. Videt̄ ꝙ ad demōstrandum ea quę fiūt vt frequenter non debeat accipi medium quod se habeat ut frequenter. nam demōstratio procedit ex necessariis, vt in primo huius probatum est. sed necessaria non fiunt vt frequenter. ex necessarijs autem semper non sequitur nisi necessariū ut etiam ibi ꝓbatum est. ergo in nulla demonstratione debet accipi medium quod se habeat vt frequenter.

2 Præterea. In causis quæ impediri possunt, ut supra probatum est uel concessum, non ualet argumentatio a priori ad posterius, sed causa quæ pręcedit suum effectum vt frequenter impediri potest, vt patet 2.phy. ergo talis nō pōt sumi pro medio demonstrationis & accipiendo demonstrationem communiter affirmat. ne syllogizando conclusio non sequitur necessaria ex præmissis absolute loquendo.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in præsenti ibi. [Sunt quædam &c.

CONCLVSIO. cum solutione.

Respondeo dicendum, ꝙ secunda cōclusio huius capituli quę est responsiua ad quæsitū talis est. sicut eorum q̄ sunt sp oportet accipere mediū quod sit sp. ita eorum quę sunt ut frequenter oportet accipere medium quod se habeat ut frequenter. hęc conclusio probatur tali ratione ſm philosophum. nam si acciperetur medium quod est vl'e, sp prædicabitur de minori extremitate uniuersaliter. i. de omni & semp. ergo maior extremitas prædicabitur uniuersaliter & semper de minori extremitate, & non ut frequenter quod est contra hypothesim. supponebatur, n. ꝙ illud quod demonstratur demonstrat̄ vt frequenter, ex quo patet quod eorum quæ fiunt ut frequēter pn̄t accipi pricipia īmediata, ita tamen quod talia principia sint aut fiant vt frequenter. ueruntamen huiusmodi demonstrationes non faciunt scire simpliciter uerum esse quod concluditur, sed secundum quid. i. ꝙ uerum est ut in pluribus siue frequenter. sic etiam principia quæ assumuntur ueritatem habent. unde huiusmodi scientiæ deficiunt a scientiis quę sunt de necessariis absolute quantum ad certitudinem demonstrationis ut hic dicit. D.S. ex quo patet solutio ad argumenta, patet ex prædictis etiā ut hic dicit philosophus epilogando ea quæ dicta sunt in pręsenti libro, quare quod quid est sit uel non sit demonstratio uel diffinitio.

Ad argumenta patet solutio ex dictis.

LECTIO XIII.

De his quæ accipiēda sunt ad inuestigandum quod quid est, & est lect. 13. Doc.S.

QVAESTIO XIII.

quę habet articulum vnicum.

IN hoc tractatu considerandū est quare ipsum quod quid est potest venari. Prius ostensum est quare ipsum quod quid est, & propter

ter quid se habeant ad demonstrationem. Circa quod quadruplex occurrit consideratio secundum quod quattuor sunt capitula huius tractatus. Nam primo considerandum est quare debent esse illa qua accipiuntur ad cõstituendum quod quid est siue diffinitionem.& hoc in primo capitulo. secundo concludendum est quare talia dicunt p viam diuisionis inuestigari,& hoc in secundo capitulo ibi.[Congruum autem &c.]tertio concludendum est de erroribus q cõntingere possunt in tali inuestigatione, & hoc in tertio capitulo ibi. [Non autem oportet &c.]quarto concludendum est quare quod quid est potest inuestigari per uiam, similitudinis & hoc in quarto capitulo ibi.[Quærere autem oportet &c.] Quantum ad primum quæritur unum, videlicet, quare ad inuestigandum quod quid est accipienda sint talia quæ insunt semper & in plus se habeant non extra genus.

Sequitur in Philosopho & in Doct.S.

Quomodo autẽ oportet venari.

ARTICVLVS VNICVS.

AD quod sic proceditur. Videtur ꝙ ad manifestandum ꝙ quid est, non oportet accipere illa quæ insunt semp & q̃ in plus se habeant quam diffinitũ. nam in septimo metaphy. dicit philosophus quod quando peruenitur ad ultimam differentiam erunt æquales differentiæ ipsis speciebus. ergo differentia non in plus se habet quàm species. sed differentia ponitur in diffinitione. ergo quælibet particula ipsius quod q.d est non in plus se habet quã id cuius est.

2 Præterea. Quælibet diffinitio dicit quoddam proprium diffiniti. ut patet primo topicorum, scilicet propriũ non plus se habet quam id cuius est proprium. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in littera ibi.[Quomodo autem oportet venari &c.]

CONCLVSIO cum solutione.

Respondeo dicendum, quod iste est quintus tractatus huius secundi libri qui continet in se quatuor capitula. ut in capite quæstionis patuit. in primo capitulo Philosophus ostendens qualia debent esse ex quibus constituitur diffinitio, ponit vnam conclusionem quæ est responsiua ad quæsitum, videlicet, qđ ipsum quod quid est, uel ad manifestandum quod quid est, oportet accipere talia, quæ quidem sunt semper & in plus. non quidem extra genus. & omnia simul sumpta conuertantur cum diffinito. hanc conclusionem probat Philosophus per exemplum. nam diffinitio numeri ternarii est numerus impar utrobique modo primus. sed quælibet particula seorsum sumpta in plus se habet quã diffinitum, videlicet, quam numerus ternarius vt de se manifestum est, & omnes particulę simul sumptæ conuertuntur cum numero ternario. ergo &c.

Pro declaratione præcedentium sciẽdum quod aliquis numerus dicitur primus dupliciter. vno modo quia non mẽsuratur aliquo alio numero, unde quaternarius non est numerus primus, quia mensuratur numero binario, sed ternarius illo modo dicitur primus quia non mensuratur aliquo alio numero sed sola unitate. alio modo quia non componitur ex pluribus numeris unde septenarius licet dicatur primus primo modo, cum mensuretur vnitate & numero, non tamen dicitur primus illo secũdo modo, cum componatur ex pluribus, scilicet ternario & quaternario. ternarius dicitur etiam illo secundo modo primus. non enim componitur ex pluribus numeris, sed ex sola vnitate & dualitate. ternarius ergo dicitur primus vtroque modo.

Considerandum est ulterius secundũ Philosophum & Doc. San. quod ea quæ prædicantur in eo quod quid oportet quod semper & vniuersaliter prædicentur. inter ea autem quæ prædicantur

ut

vt semper quædam inueniuntur quæ se habent in plus quam id cui insunt, non tamen ita quod inueniantur extra genus illud. illa. n. dicuntur esse in plus quæcunque vniuersaliter insunt alicui nõ tñ ei soli, sed alijs sicut animal inest homini, aliqua vero reperiuntur quæ se habent in plus extra genus, sicut ens in plus se habet quam ternarius, quia non solũ ens prędicatur de numero ꝙ est genus ternarij. sed prædicat̃ et de alijs generibus. impar vero est in plus quã ternarius non tamen extra genus, quia solum conuenit numero.

Considerandum est ulterius secundũ Doc. San. quod si posset accipi differentia quæ notificaret ipsam formã substantialem speciei nullo modo differentia vltima esset in plus quã species, sed quia formę substantiales non sunt nobis per se notę eo qđ manifestẽtur ꝑ aliqua accidẽtia q̃ sũt signa illius formę, ut patet octauo metaphy. non aũt oportet accipere accidentia propria ipsius speciei quia talia oportet ꝑ diffinitionẽ speciei demõstrare, sed oportet ea manifestari per aliqua accidentia communia vel cõiora, & ẽm hoc differentiæ assumptæ dñr quidem substantiales inquãtũ inducuntur ad declarandũ formã essentialem. sunt aũt communiores ipsę iquã tum assumuntur ex aliquibus signis quæ consequuntur superiora genera. hæc ille formaliter. Ex quo elicitur quod est duplex diffinitio quiditatiua. quædam est quiditatiua formaliter, quæ datur ꝑ uerũ genus & verã differentiã, & talis diffinitionis non quælibet particula se habet in plus. alia est quiditatiua circumlocutione & illius diffinitionis quælibet particula se hẽt in plus, si aũt sit diffinitio quæ datur per propriũ genus & propriũ accidẽs illa non dicitur q̇ditatiua, sed descriptiua vt declaratũ est septimo diuinæ philosophiæ.

Considerandum est vlterius secundum philosophum in præsenti capitulo quod illa quæ sic se habent quod prædicantur in quid ex necessitate & vniuersaliter insunt, & omnia simul sumpta conuertuntur cum aliquo cuius constituunt diffinitionem, quia quicquid est tale, aut est genus, aut est diffinitio. sed talia non sunt genus, quia genus non conuertitur cum eo cuius est genus. ergo est diffinitio eius. Ad argumenta patet solutio ex dictis.

LECTIO XIIII.

Quomodo inuestigari possit quod quid est per uiam diuisionis & est lec. 14. Doctoris Sancti.

QVAESTIO XIIII.

quę habet ar iculum unicum.

SED considerandũ restat quare ipsum quod quid est potest inuestigari per viã diuisionis qui modus est maxime congruus. Circa quod quæritur vtrum per uiam diuisionis possit inuestigari quod quid est.

Sequitur in Philosopho, & in Doc. S. Congruum autem.

ARTICVLVS VNICVS.

AD quod sic proceditur. Videturꝙ per uiam diuisionis non possit inuestigari quod quid est siue eius signum quod est diffinitio. Nã ut supra dictũ est per viã diuisionis nõ põt ostendi quod quid est de eo cuius est. ergo &c.

2 Præterea. In quælibet diffinitione ponitur aliqua differentia uel aliquid loco differentiæ. sed differentia est diuisibilis. ergo per uiam diuisionis non est congruum ad uenandum diffinitionem.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in præsenti capitulo ibi. [Congruum &c.]

CONCLVSIO

Respondeo dicendum, quod istud est secundum capitulum huius tractatus, in quo Philosophus tangit vnã conclusionem, quæ est responsiua ad quæsitũ

sed quod per viam diuisionis potest cōgrue venari ipsum quod quid est siue diffinitio, quæ conclusio probatur tali ratione secundum Philosophum. Nam species cuius solum est diffinitio habet diffiniri per proprium genus, sed propriū genus non potest cognosci nisi cognoscatur species, quare diuiditur in spēs immediatas per differentias eius constituentes. ergo via diuisionis cōgrua est ad venandum quod quid est.

Pro cuius declaratione considerandum est secundum Philosophum, & D. S. quòd cum aliquis vult negociari ad diffiniendum aliquod vniuersale congruum est, vt primo diuidat genus in partes primas illius generis, quæ secundū speciem sunt indiuisibiles puta quod diuidat numerum in binarium & ternarium & hac diuisione præmissa per quam cognoscitur genus, oportet postea accipere diffinitionem singularium specierum, & sic in similibus.

Considerandum est vlterius secundū eundem, quod postquam accepimus diuisionem generis in species quid sit proprium genus, puta vtrum sit in genere qualitatis vel quantitatis oportet ad inuestigandas differentias considerare accidentia propria, quæ sunt signa specierum: quod primo oportet facere per accidentia communia, quæ consequuntur aliquod genus commune indiuisibile, quæ quidem simul sumpta si cōuertantur cum specie, cuius diffinitio quæritur poneretur loco unius differētiæ ipsius diffinitionis.

Sed instabat discipulus. Nam quodlibet genus diuiditur per duas differētias; ut patet per Porphyrium & philosophum in prædicamentis. ergo hic male dicitur quod aliquod genus est indiuisibile.

Ad quod dicendum quod licet quodlibet genus sit diuisibile per viā descensus siue compositionis qua proceditur a superiori ad inferius, tamen aliquod genus reperitur quod est indiuisibile ꝑ viam ascensus siue resolutionis. nam genus generalissimū non est resolubile in aliqua priora genera, licet resoluatur in aliqua priora transcendentia, vt i ueteri arte disputatum est.

Considerandum est ulterius secundum philosophū, ꝙ quatuor requirunť ad hoc, ꝙ aliqua diffō sit bona. Nam primo requiritur ꝙ diffō prędicetur in eo quod quid de diffinito, licet dr̄ia seorsū accepta prædicetur in quale secundum modum significandi. Secundo reqritur ꝙ sit conuertibilis cum diffinito, videlicet, quod non competat aliis a diffinito. Tertio ꝙ partes diffinitionis sic ordinentur quod magis commune præcedat minus commune, pręsertim ſm̄ sententiam secus autē causa ornatus. Quarto ꝙ nihil diminutum nihil superfluum contineat, sed ꝙ euacuet totam naturā diffiniti a prima potentia vsque ad vltimum actum.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendū, ꝙ licet via diuisionis non valeat *ad ostendendū* syllogistice quod *quid est de eo cuius* est, in eo quod quid est, valet tamen ad inuestigādum ipsum diuidentem statim cum accipiunt omnia contenta sub diuiso, non vt syllogistica, sed sicut aliquis a principio acciperet antequam diuideretur. Ad secundum patet solutio ex dictis.

LECTIO XV.

De cognitione ipsius quod quid est, & est lectio decima-quinta Docto. Sanct.

QVAESTIO XV.

quę habet articulos duos.

AMPLIVS considerandū restat de exclusione duorum errorum, qui cōtingere possunt in venatione ipsius quod quid est, de his quæ debēt obseruari in tali uenatione. Circa quod quæruntur duo.

Primo

Primo vtrum possibile sit intellectũ humanum corpori coniunctum intelligere quod quid est alicuius rei.

Secundo vtrum in uenatione ipsius quod quid est per viam diuisionis dēat obseruari, quod ea quæ accipiuntur in tali uenatione prædicentur in eo quod quid est.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S. nihil autem oportet.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod impossibile sit intellectũ humanum intelligere quod quid est alicuius rei. Nam nullus potest cognoscere quod quid est alicuius rei nisi cognoscat omnia entia, sed impossibile est intellectũ humanũ intelligere omnia entia, cognitiõe naturali, q̃a nullus angelus cognoscit omnia cognitiõe naturali. ergo &c. probatio minoris. nam quod quid est siue diffinitio datur per ꝓpriam differentiam essentialem loquendo de diffinitione significante quod q̃d est quiditatiue, sed nõ põt cognosci differentia alicuius ad omnia alia entia, nisi omnia alia entia cognoscantur. non enim potest cognosci relatio nisi cognoscantur extrema relationis. ergo maior uera.

2. Præterea. Id a quo aliquid non differt est idem ei. id aũt a quo aliquid differt est alterũ ab eo, sed non possumus scire quod quid est alicuius nisi quod est idem ei, & quod est alterum ab eo. ergo non potest cognosci quantũ ad q̃d quid est, nec omnia cognoscũtur, & sic idem quod prius.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti capitulo ibi. [Nõ aũt oportet &c.]

CONCLVSIO.

cum solutione.

Respondeo dicendum, quod istud est tertiũ capitulũ huius tractatus, in quo philosophus remouendo duos errores & adducendo ea, quæ obseruari debēt in uenatione ipsius quod quid est, aut in acceptione diffinitionis alicuius innuit tres conclusiones, de quarum tertia in sequenti articulo uidebitur.

Prima autem conclusio talis est. Non oportet diffinientem & cognoscentem cognoscere & scire omnia, quam conclusionem probat Philosophus duabus rationibus, quarum prima talis est. Nã differentiæ quæ ingrediuntur diffinitionem significantem quod quid est, de qua est hic ad propositum, sunt tales, per quas diffinitum est alterum & diuersum secundum substantiam, sed non secundum omnes differentias diffinitum est alterum seu aliud secundum substantiam, cum multę sint differentiæ accidentales. ergo non oportet quod diffiniens cognoscat omnia entia, quia non oportet quod cognoscat differentias accidentales, ut puta diffiniens uerum non oportet ꝙ cognoscat oẽs differentias accidẽtales ipsius, per quas differũt particularia & indiuidua ipsius hoĩs.

Secunda ratio est talis. Non oportet etiam diffinientem scire omnes spẽs alias a quibus differt homo per differentias essentiales vt si quis velit diffinire hominem diuidendo animal per rõnale & irrationale. sufficit .n. cognoscere hanc differentiam rationale, & quod homini quem quærit diffinire conueniat rõnale, sed differentias oppositas, quæ prędicantur de alijs speciebus animalis non oportet scire quot. s. sunt differẽtiæ animalis, quæ prædicantur de speciebus animalis irrationalis. ergo non oportet diffinientem cognoscere omnia alia a diffinito loquendo de diffinitione determinata & potissima, secus aũt est loquendo de cognitione cõfusa & priuatiua, q̃a qui non cognoscit hoĩẽ esse aĩal cognoscit eũ esse ens: & qui cognoscit eũ eẽ ens quodãmõ cognoscit oĩa, ut patet in proœmio metaphy. ex quibus patet primus error eorum qui dicebant, quod impossibile est accipere quod quid est siue diffinitionem alicuius rei propter hoc, quod oportet omnia cognoscere. tum primo,

quia non est necesse quod talis cognoscat omnia: tum secundo, quia non est conueniens, quod talis cognoscat omnia cognitione confusa cognoscendo quiditatem vnius rei. patet ergo responsio ad quæsitum, videlicet, quod possibile est intellectum cognoscere quod qd est alicuius, dato quod non omnia cognoscat.

Secunda conclusio, quę elicitur ex textu est talis. quod ille qui vult venari quod quid est siue diffinitionem alicuius per viam diuisionis, non oportet quod supponat, quod totum diuisum contineatur sub membris diuidentibus, quam conclusionem probat Philosophus tali ratione. Nam si accipiantur differentiæ oppositę proprię & immediatę alicuius generis quod diuiditur necessario, sequitur quod totum tale genus necessario cadat sub talibus differentiis. ergo nō est necesse ꝙ hoc a venatore petat.

Pro cuius declaratione considerandū est hic ſm Philosophū ꝙ necesse est totum genus diuisum esse in altero membrorum diuidentium cum suo opposito. altera enim differentia diuidens cum sua oppositione euacuat totum genus, si talis differentia accepta sit propria & immediata illius generis quod diuiditur inquantum huiusmodi, quia dato quod tales differentię essent oppositę, si non essent immediatę non euacuarent totum genus, quod diuiditur, vt si quis accipiat has differentias, videlicet, diuisum pennis & non diuisum pennis quibus diuiditur animal, quamuis sint opposita, non tamen euacuant totum animal, quia non sunt differentię animalis simpliciter & immediatę, sed sunt differentię animalis pennati, sed si aliquis accipiat differentias alicuius diuisi quæ sunt differentię eius simpliciter & sunt oppositę & immediatę necessario euacuant totum diuisum, ex quibus eliciūtur tres conditiones bonę diuisionis, quarum prima est, quod diuisio debet esse bimembris. secunda est, quod talia membra debent esse opposita & per prius diuisa. tertia est, quod euacuet totum posse diuidi, ita quod totum diuisum contineatur sub membris diuidentibus.

Ad argumenta patet solutio ex dictis

Sequitur in Philosopho & in Doct. S. ad constituendum &c.

ARTICVLVS II.

Ad secundum sic proceditur. Videtur ꝙ in uenatione ipsius quod quid est per viam diuisionis non oportet accipere solum ea quæ prædicantur in eo quod quid est. Nam in tali venatione accipitur propria differētia, sed talis non prædicatur in quid sed in quale vt patet per porphyrium in libro vniuersalium & per Philosophum in primo topicorum. ergo &c.

Secundo. aliqua diffinitio etiam quiditatiua datur per accidentia communia, vt supra concessum est, sed talia nō prædicantur in quid. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in præsenti capitulo ibi. [Ad constituendū &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo, dicendum, quod tertia cōclusio huius capituli ex qua infertur ɔclo rñsiua ad quæsitū talis est. tria de nesitate reqrūtur ipsi diffiniēti ad venādum diffinitionē per uiā diuisionis. primū, uidelicet, ꝙ ea q̄ accipiūtur pdicentur in eo qđ quid. scđm. ꝙ debite ordinentur ita ꝙ magis commune præcedat & minus cōe sequatur. tertiū, ut accipiātur oīa quę ptinēt ad ipsum qđ qd est, q̄ ɔclo declaratur ſm Philosophum q̄tum ad eius singulas ptes. Primo quantū ad primā partē: nā sicut p methodū data in libro topicorū de accñte possumus probare q̄ insunt p accñs. sic per methodū datā de genere possumus probare quę insunt. & quæ prædicantur in eo quod qd siue essentialiter, q̄a ea quæ accipiuntur per uiam diuisionis ad diffiniendum aliq uid insunt per se ei cuius est diffinitio, sed illa quæ insunt per se essentialiter prædicantur in quid accipiendo

cipiendo prædicari in quid pro eo ꝙ est prædicari essentialiter. vnde differentia essentialis prædicatur essentialiter de eo cuius est dr̄ia, & per cõsequẽs in quid ſm rem, licet ſm modum significãdi prædicetur in quale. Secundo declarat quantum ad secundam partem, videlicet, ꝙ partes diffinitionis debeãt congrue ordinari. ita ꝙ magis cõe p̄cedat & minus cõe sequatur. nã illud est prius accipiendũ inter partes diffinitionis, qđ est cõsequẽs ad omnia, a quo videlicet, non cõuertitur subsistendi cõsequẽtia, & sic deinceps vsque quo deueniatur ad differentiam totius. i. ad differentiam specificam, quæ non prædicatur de aliquo distincto specie ab ipsa, sed cum illa conuertitur. illud ergo quod prædicatur de alijs & quod subsequitur ad alia, & non econuerso est prius maiore, nam illud est prius a quo non conuertitur consequentia in diffinitione. ergo id debet prius poni quod est prius, & secundo quod est ſm in ordine diuisionis. Tertio declarat prædictam cõclusionem quãtũ ad tertiã eius partem, videlicet, ꝙ nihil eorũ quæ pertinẽt ad qđ quid est prætermittatur. nã per viã diuisionis accipimus id quod est primũ descendendo ordinate vsque ad ultimam differẽtiam specificam, quæ cũ eo cuius diffinitio quæritur necessario conuertibiliter prædicatur. sed hoc faciendo nihil potest dimitti eorum quæ pertinent ad quod quid est, siue ad diffinitionem alicuius implicite loquendo, & sic diffinitio euacuabit totam naturam diffiniti a prima potentia, idest a primo prædicato vsque ad vltimum actum, idest differentiam specificam: ex quo patet conclusio responsiua ad quęsitum, videlicet, quod in uenatione ipsius ꝙ quid est oportet accipere ea quæ prædicant̃ in quid. quia ea quæ ponũtur in diffinitione quidditatiua formaliter accepta, oportet ꝙ insint & prędicentur per se in primo mõ, vt in primo huius patuit, sed omnia talia quæ sic per se prædicantur essentialiter prędicantur, & per cõsequens in quid.

Cõsiderandũ est ꝙ aliqui dicũt quid ſm rem tantũ & non ſm modum significãdi super quo fundãtur modus p̄dicãdi ut dr̄ia substãtialis de genere subiecto. aliqui dicũt quid ſm modũ significãdi & nõ ſm rem vt calor, albedo, & similia quę cum sint genus vel species oportet ꝙ prædicentur in quid. tñ ſm significatum vel rem significatam dicunt accidens & non dicunt quid accipiendo pro eo ꝙ est quantum quale & alia prædicata accidentium. alia uero sunt quæ dicunt quid secundum rem & modum simul, vt sunt genera & species de genere substantię, vt in summulis satis declaratum est. veruntamen accipitur prędicari in quid vt se extendit ad omnem prædicationem essentialem sicut dictum est.

Considerandum est vlterius ſm philosophum ꝙ ex præcedenti conclusione infert̃ vnũ correlariũ, videlicet, ꝙ prædicta ars inuestigãdi diffinitionẽ p viam diuisionis tribus prædictis conclusioni bus obseruatis est sufficiens. nã & sic diffinitio nõ superfluũ neque diminutum continebit. quod. n. non plus ponatur illo modo quam debeat poni patet per primũ trium prædictorum ꝙ solum accipiunt̃ ea quæ p̄dicantur in quid, & talia necesse est accipere. similiter manifestũ est ꝙ sic in tali diffinitione nihil deficit, quia si deficeret aliquid vel esset genus vel differentia. non primum quod patet ex secundo trium prædictorum. id. n. accipitur sine quo non sunt alia & quod potest esse sine alijs, & hoc est genus in his, quæ per se prædicantur. neque secundum quia differentiæ omnes accipiuntur ut patet per tertium prædictorum, quia deuenitur ad vltimam differentiam, extra quam amplius nõ potest accipi alia differẽtia accipiẽdo omnes dr̄ias inter medias. talis ergo ars q̃ est sufficiens nihil superfluũ aut diminutum continet. sufficit ergo tria prædicta seruare ad aliquid congrue diffiniendum.

SOLVTIO.

Ad primum patet solutio ex dictis.

Ad secundum dicendum, quod licet aliqua diffinitio quæ dicitur quidditatiua improprie vel circumlocutione detur per accidentia communia quæ omnia seorsum sumpta in plus se habent quã diffinitum, tamen diffinitio quæ dicitur proprie & formaliter quidditatiua, de qua nunc est ad propositum, non datur per accidentia communia aut propria, sed per proprium genus & propriam differentiam, vnde ratio non sequitur.

LECTIO XVI.

Quomodo inuestigetur quod quid est per uiam similitudinis, & est lec. 16. Docto. Sanct.

QVAESTIO XVI.

quę habet articulum vnicum

Ex capite huius quinti tractatus iubet Philosophus nunc considerandum esse de inuestigatione ipsius quod quid est siue diffinitionis per uiam similitudinis, postquam uisum est quare possit inuestigari per modum congruum, videlicet, per viam diuisionis. Circa quod queritur vtrum modus inuestigandi ipsum quod quid est per viam similitudinis sit conueniens.

Sequitur in Philosopho, & in Doc. S. ibi. Quærere autem oportet.

ARTICVLVS VNICVS.

Ad quod sic proceditur. Videtur quòd ipsum quòd quid est nõ possit congrue inuestigari per viam similitudinis siue resolutionis procedendo, videlicet, a singularibus ad vniuersale, & a minus vniuersalibus ad magis vniuersalia. nam metaphora accipitur secundum aliquod simile. vt cum dicitur quòd homo est arbor reuersa. sed per talem similitudinem non oportet aliquid diffinire per metaphoram, vt probat hic philosophus in fine huius capituli. non enim oportet quòd id quod est simile secundum vnum sit simile quantum ad omnia. ergo modus inuestigandi per viam similitudinis non est conueniens.

2 Præterea. In inuestigatione diffinitionis oportet obseruare, vt dictũ est, q primo ponatur magis commune, & minus commune sequatur. igitur inconueniens est modus inuestigationis procedendo per uiam similitudinis a singularibus ad vniuersale.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in præsenti capitulo ibi. [Quęrere autem oportet &c.]

CONCLVSIO

Respondeo dicendum, quod istud est vltimum capitulum huius tractatus in quo Philosophus docens inuestigare quod quid est per viam similitudinis siue resolutionis, ponit duas conclusiones.

Quarum prima quæ est responsiua ad quæsitum talis est. modus inuestigandi ipsum quod quid est per uiam similitudinis siue resolutionis est conueniẽs siue congruus. quam conclusionem probat Philosophus dupliciter. Primo quãtum ad materiam, videlicet, quantum ad hoc quod peruenitur ad commune. nam omnis diffinitio dicit de aliquo secundum quod consideratur in uniuersali & non secundum quod consideratur secundum quod est in hoc uel in illo. non enim medicus diffinit sanum quod est in hoc, sed in uniuersali simpliciter quantum ad omnes, vel primo distinguit sanum per diuersas species, cum illud esse sanum, dicit per colericum: illud vero per flegmaticum reddens vnicuique specierum suam diffinitionem propriam. cum ergo per uiam similitudinis aut resolutionis procedendo a singularibus ad uniuersale peruenitur ad aliquod in uniuersali consideratum quantum ad terminum talis resolutionis

nis, talis modus est congruus. secundo probat eandem conclusionem quantum ad processum, & hoc dupliciter primo modo ratione facilitatis cognitionis per quam remouetur oppositum scientiæ siue error. nam omnis nostra cognitio siue disciplina procedit a facilioribus nobis facilius autem est diffinitiue cognoscere aliquod minus cōe q̄ aliquod magis commune. quia in magis vniuersalibus quę sunt minus determinata latent magis æquiuocationes quā in illis minus vniuersabilibus quę non subdiuiduntur per differentias specificas. ergo conuenienter diffiniendo fit processus a singularibus ad uniuersalia ascendendo. secundo idem probat quantum ad processum ex parte nostra ratione euidentiæ, nam sicut in demonstrationibus oportet syllogizari supponendo aliquid quod est euidens & manifestum, similiter & hoc accidit in dlffinitionibus. non enim potest aliquis deuenire in cognitionem ignoti nisi per aliquid notum, siue hoc fiat demonstratiue siue diffinitiue. contingit autem quod aliquod euidens præexistit quando contingit aliquid diffinitum diffiniri per ea quæ proprie & distincte conueniunt huic vel illi, quod manifestat Philosophus per exempla. nam si aliquis uelit notificare quid est simile non considerabit omne id quod potest dici simile, sed de quibusdam similibus, puta quomodo dicatur simile in coloribus, & quomodo dicatur simile in figuris diuersimode enim vititur simile in coloribus & in figuris, nam non dicitur simile in coloribus ex unitate in coloribus, sed dicitur simile in figuris ex hoc quod anguli sunt æquales & latera proportionabilia, & similiter est in aliis. nam si quis uelit diffinire acutum non respiciet ad omne quod potest dici acutum. sed respicit ad acutam secundum quod reperitur in uoce. ex quo patet quod aliquid diffinire intendens refugit statim, ne contingat aliqua æquiuocatio. patet etiam modum diffiniendi esse conuenientem quo ab inferioribus proceditur ad aliquod commune, inquantum, scilicet in specialibus specialia diffinire facilius est, & magis in talibus potest esse uniuocatio, & per consequens euitari æquiuocatio, quæ summe vitanda est in processu demonstratiuo & diffinitiuo.

Considerandum est hic secundum philosohpum in capite huius capituli, quod procedendo ab inferioribus ad superiora potest conuenienter venari ipsum quòd quid est, quod manifestat per exemplum. nam si quæramus quid est magnanimitas debemus attendere ad quosdam magnanimos, qui unum habent in seipsis in quo conueniunt inquantum sunt magnanimi. ut Hercules & Achilles & Aiax dicti sunt magnanimi, qui omnes inquantum huiusmodi habebant in hoc commune quod est non sustinere iniurias, cuius signum est, nam Hercules non sustinens iniurias dimicauit. Achilles autem in iram & furorem versus est. Aiax autem interfecit seipsum. iterum considerare debemus in aliis magnanimis aliquod commune vnum in quo conueniunt, sicut Alexander & Socrates, qui habebant hoc commune quod non mutabantur propter prosperitatem fortunæ & propter infortunia, sed indifferenter se habebāt in prosperitatibus & aduersis. accipiamus ergo ista duo, scilicet impassibile esse a fortuitis casibus, & non tolerare iniurias, & consideremus si est aliquod commune eis in quo conneniunt. ut puta quod dicamus quod utrunque contingit quod aliquis se existimat dignum magis. in hoc enim consistit ratio magnanimitatis. ex hoc contingit quod homo non potest pati iniurias, ex hoc etiam contingit quod spernit aut contemnit aut semper contemnit mutationem bonorum exteriorum tanquam minorum. si autem nihil commune inueniretur in illis duobus accep-

tis non esset vna species magnanimitatis sed duæ. vnde non posset dici vna cõmunis diffinitio proprie dicta. quia solius speciei specialissimę est talis diffõ.

Considerandum est ulterius, quod si quis per talem uiam uelit inuestigare diffinitionem hominis, oportet considerare in quo omnes homines conueniũt scilicet in hoc commune quod est esse rationale.secundo oportet ex latere, in quo conueniunt.similiter oẽs equi ut cõueniũt ĩ hinnibilitate.tertio oportet cõsiderare in quo cõueniũt ambo tam homines quam equi,uidelicet, cõueniũt in animali.ergo animal rationale est diffinitio hoĩs, & aĩal hinnibile est diffinitio equi, & hoc est considerando propriam dr̃iam specificã equi per hinnibilitatẽ, & sic de similibus.hęc autem via dicitur uia resolutionis, via similitudinis,uia ascensus. prima uia de qua dictum est in p̃cedẽti,uidelicet,dicitur uia diuisionis, uia cõpositionis,& uia descensus,similiter dicitur uia similitudinis.

Secunda conclusio huius capituli talis est, quod non oportet diffinire per metaphoras. quæ conclusio sic probatur secundum philosophum. nam cum diffinitiones sint præcipua efficacissima media in disputationibus,si diffinitiones darentur per metaphoras, sequeretur quod & metaphoris disputando possemus uti,hoc autem fieri non debet quia si metaphora accipitur secundum aliquod simile, non oportet quod illud quod est simile secundum unum sit simile quantum ad omnia.unde in disputationibus doctrinalibus, in quibus pręcipue quæritur ueritas,metaphora est uitanda:& a fortiori ęquiuocationes in disputando, & per consequens similia in diffinitionibus dñt euitari, quia ęquiuocatio peior est metaphora ut dicit hic Egidius.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum. negando consequentiam ,quia dato ꝙ uia similitudinis uenet̃ diffinitio modo exposito,non tamen propter hoc excluditur ipsa diffinitio per metaphoricas locutiones, & licet in tali uenatione procedatũr à minus communi ad maius commune,tamẽ concludendo diffinitionem iam inuestigatam præponit̃ magis cõmune minus cõi. Ad ẽm patet solo ex dictis &c.

LECTIO XVII.

Quomodo quod quid ęst se habeat in quæstionibus & est lectio. 17. Doc. S.

QVAESTIO XVII.

quę habet articulos duo.

VLterius considerandum restat quare ipsum quod qd est potest inuestigari.Post quam ostensum est quare ipsum quod quid est potest inuestigari per uiam similitudinis diuisionis. Circa ꝙ triplex *occurrit cõ*sideratio secundum quod *iste tractatus* cõtinet in se tria capitula *secundũ tres* lec. D.Sã.nam primo cõsiderandum est quare ipsum quod quid est potest inuestigari. Secundo considerandum est de solutione quęstionis propositę qua quęrit de unitate causę & causati, & hoc in tertio capitulo ibi.[Vtrum autem contingat &c.]Circa primũ quærũtur duo.

Primo vtrum alicuius quæstionis propositę possit inuestigari propter quid accipiendo aliquod commune uniuocum siue analogum.

Secundo utrum diuersę quæstiones possint communicare propter quid.

Sequitur in Philosopho,& in Do.S.ibi ad habendum aũt problemata.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur.Videtur quod propter quid alicuius problematis non possit uenari accipiendo aliquod commune genus, aut aliquod commune analogum.Nam propter qd alicuius problematis terminabilis per de-

demonstrationem est causa própria, & propter quam prædicatum inest subiecto cum demonstratio procedat ex proprijs, ut in primo declaratū est, sed nullum commune genus est causa propria proprię passionis alicuius subiecti. ergo propter quid non potest cōueniēter uenari accipiēdo aliquod cōmune genus.

2 Pręterea. Propter quid qđ est mediū demõrationis ē diffiõ aut subiecti aut passionis loquēdo de demõratione pp quid, sed diffinitio nō est aliquod cōe genus uniuocum, neque analogum. cum cōuertatur cum eo cuius est diffinitio, genus autem non conuertitur cū eo cuius est genus, cū in plus se habeat. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed cōtra est philosophus in præsēti capitulo ibi. [Ad habēdū autem probleмata &c.

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, ꝙ iste est sextus tractatur huius secundi libri, in quo Philosophus ostendit modū inuestigandi ipsum quod quid est soluendo duas quæstiones. qui quidem tractatus continet in se tria capitula, ut in capite quæstionis patuit. In primo capitulo docet modum inuestigādi propter quid ostēdendo ꝙ diuersa problemata possūt in vnum propter quid. quod quidem capitulum continet in se duas conclusiones, de quarum secunda in sequenti arti. uidebitur. Prima conclusio quæ est respōsiua ad quæsitum talis est.

Ipsum propter q.d quod determinat demonstratiue aliquam conclusionem propter quid debite potest inuestigari tripliciter.

Primo accipiendo aliquod commune genus uniuocum nominatum.

Secundo accipiendo aliquod genus uniuocum innominatum uno nomine.

Tertio accipiendo aliquod commune analogum.

Primum probat philosophus tali exēplo. Nam si aliquis uelit scire propter q.d inest sōnus uel vigilia in tali hoīe uel ęquo & aliis speciebus animaliū, oportet quod uideat quid est illud commune subiectum cui conuertibiliter talis passio inest, quo habito id erit causa, pp quam talis passio inest inferioribus, ut puta propter quid somnus uel uigilia inest homini, respōdetur quia est animal: similiter equo inest somnus & uigilia, quia est animal, similiter de ista passione hēre tres respectu inferioris trianguli. nā propterea Isocheles habet tres angulos, q̄a est triangulus, & sic de similibus aliis, ut pp quid sortes est risibils q̄a est hō. oīs. n. hō est risibilis, & solus hō ē risibilis rō aūt huius documēti est, q̄a subiectū est cā ꝓprię passionis, & iō si uelimus inuestigare cām alicui⁹ passionis, pp quā insit aliquibus inferioribus, oportet accipere cōmune genus subiectum, quod est proprium passionis illius quare inest proprio subiecto, ut ꝓpter q.d hō. est risibilis, q.a, uidelicet, est aīal rōnale: omne. n. aīal rationale ē risibile.

Secūdū probat philosophus tali exēplo. Nam habere duos uentres & carere dētibus in superiori mādibula sunt duo quæ consequūtur hoc genus innominatū unico noīe quod est aīal cornutū & conueniunt boui & ceruo. si ergo quæratur pp quid ceruus habet duos uētres & caret dentibus in superiori mandibula, accipiendum est illud commune genus innominatum, quia, uidelicet, est animal cornutū. Et similiter si q̄ratur quare bos caret dentibus in superiori mādibula, quia, uidelicet, est animal cornutum.

Tertium probat tali exemplo. Nam uestiri carnibus & sustinere mollitiem carnis conueniunt his tribus, quæ sunt sępio, quod quidem neruus est ad sustinendum mollitiem carnis, qualem neruum habent uermes, & spina, quam habent pisces, & ossa, quæ habent alia animalia, prædictæ duę passiones conueniunt prædictis tribus secundū analogiam & proportionem quandam, quia sustinere mollitiem carnis primo contingit ossi, deinde spinę, & ultimo sępioni. quæ quidem conueniunt prædictis tribus propter unum, uidelicet, propter duritiem, durities enim reperitur in ossibus uel in omnibus his tribus secundum analogiam,

analogiam, vnde si quærat propter qd Sepioni conuenit sustinere mollitiem, respondetur quia, videlicet, habet duritiem, ex quo patet quod triplex potest intelligi pp quid siue inuestigari alicuius qõnis p modũ qõnis propositæ. vno modo accipiẽdo unum cõmune genus subiectum uniuocum nobis vno nomine nominatum, secundo modo accipiẽdo unum commune genus uniuocũ nobis vno nomine innominatum, tertio modo accipiendo aliquod commune analogum.

Pro declaratione prædictorum notandum est primo secundum philosophum & Doc.S. quod regula siue documentum quod valet ad quamlibet prædictarum venationum est talis. Nam oportet reducere passionem talem, cuius causa quæritur propter quam inest alicui subiecto ad aliquod commune, siue sit vniuocum, siue sit analogum, siue sit nominatum, siue sit innominatũ deinde oportet considerare ad quę id commune sequatur, & quæ sunt illa, quæ ad hoc commune sequuntur, quẽadmodum patuit in exemplis prędictis. nam esse animal est quoddam commune, ad quod sequitur somnus & vigilia, & tale commune sequitur homo asinus leo, & sic de alijs speciebus animalis vniuersaliter. verum est quod id commune ad quod sequitur aliqua passio est causa propter quam illa passio inest illis, ad quæ sequitur id commune ut esse animal est causa, propter quam somnus & uigilia inest homini uel asino &c. Et habere cornua est causa quare ceruº caret dentibus in superiori mandibula, & sic de omnibus propter necessitatem ruminationis, tale enim animal primo accipit herbas non masticando, & ponit in uno ventre, postea uero dum quiescit in stabulo extrahit talem herbam ruminando ad masticandum, qua masticata ponit in uentrè interiori, & tale animal caret dentibus in superiori mandibula, quia illã materiam, q̃ debet conuerti in dentes, natura conuertit in cornua, vt mediantibus illis possit se a nociuis defendere, sẽper enim natura facit quod melius est cũ agat propter finem.

Considerandum est vlterius secundũ Egidium, quod unum sequi ad aliud potest intelligi dupliciter. uno modo secundum consequentiam, & sic superiora sequuntur ad inferiora. ut animal sequitur ad hominem, ualet enim homo est, ergo animal est, sed non econuerso, & hoc modo id quod sequitur non est posterius, sed prius, ut patet in præsenti, quod id est prius a quo non conuertitur consequentia. Alio modo accipi sequi secũdũ posterioritatem, ut sequi sit idem quod est esse posterius, & sic inferiora sequuntur ad superiora, quæ sunt priora illis, unde cum dicebatur, quod homo sequitur animal accipiendum est sequi secundo modo & non primo modo. si uero dicatur quod animal sequitur ad hominem, accipitur sequi primo modo & non secundo modo.

Considerãdum est vlterius hic secundum philosophum, quod ad hoc quod habeamus propter quid circa singularia problemata, quæ ponuntur in principio capituli, oportet considerare diuisionem & subdiuisionem, & sic ad singula procedere disputando, supposito cõi genere, ut si quis velit considerare, propter quid aliquid conueniat aliquibus animalibus, oportet iterato accipere secundum subdiuisionem qualia sunt, quæ consequuntur primo ad aliquod commune, sub quo alii continentur, & sic semper dẽmus procedere accipiendo id quod est primum. ita, uidelicet, quod fiat immediata diuisio, qđ etiam supra obseruabatur in diuisionibus, quibus proceditur ad inuestigandum quod quid est. Sic autem procecedendo, manifestum est, quod poterimus dicere propter quid aliqua insunt his quę continentur sub aliquo communi, ut patet ex dictis.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicẽdũ, quod licet nullum commune genus logicum quod dicitur genus vniuersale sit causa primæ passionis alicuius specierum contentarum

rum sub ipso, tamen genus subiectum quod superius dicebatur genus scibile est causa propria proprię passionis, vt patet. 2. meta. & in primo huius. hic aūt fit mentio de genere subiecto siue de genere posterioristico. vnde ratio laborat in ęquiuoco, & per hoc patet solutio ad secundum.

Seqtur in Philosopho & in Doct. S. ibi. eadem autem sunt.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod multa problemata non possint communicari in vno propter quid. Nam diuersarum cōsiderationum sunt diuersa media, vt in primo huius habitum est, sed propter quid est medium demonstrationis. ergo multarum propositionum siue problematum non potest esse vnum propter quid.

2 Præterea. Vnius effectus nō possunt esse plures causæ proprie in eodem genere causæ, vt hic infra concedit Philosophus, & in. 2. phy. ergo diuersorum effectuum nō potest esse vna causa propria & in eodem genere causę, sed propter q̄d quod est medium demr̄ationis est propria causa inhęrentię conclusionis. ergo &c.

3 Præterea. Diuersarum rerum diuersę sunt quidditates, cum vt supra cōcessum est si idem sit quod respondetur ad q̄d est & propter quid, sequeretur quod diuersarum conclusionum in problemate propositarum non possit esse vnum propter quid.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in fine huius capituli ibi. [Eadē autem sunt &c.]

CONCLVSIO. cum solutione.

Respondeo dicendum, quod secunda conclusio huius capituli, quæ est respōsiua ad quæsitum talis est. Multa problemata demonstrabilia possunt habere unum propter quid, quæ conclusio probatur a Philosopho dupliciter. nam Philosophus primo ostendit, quod multa ꝓblemata possunt habere idem medium simpliciter. nam ad hoc problema, quare echo fit & quare apparet idolum in speculo, & quare apparet iris in nubibus respondetur idem esse propter quid, uidelicet, quia in omnibus est antiparistasis, idest, contraria resistentia siue repercussio. secundo ostendit quod multa ꝓblemata possunt habere vnum propter quid, non quidem simpliciter & omnino sed quia vnum est sub altero, nam si q̄ratur propter quid pluuia in fine mensis Ianuarii magis inundat. respondetur quod est propter hoc quod finis mensis est magis pluuialis. Et si quæratur quare finis mensis est magis pluuialis. respondetur quod est propter hoc, quia tunc deficit luna quæ habet dn̄ium super humores, & tunc deficiente lumine eius magis cōmouentur vapores in aere, ex quibus causatur pluuia. Ex quo patet quod illa duo media siue propter q̄d sic se habent, quod vnum illorū est sub altero, & sic sunt vnum medium, siue vnum propter quid, non oīno, sed ratione subordinationis, unde etiam patet quod multa problemata possunt dici eadem dupliciter. uno modo propter identitatem medij siue propter quid. alio modo propter medii subordinationem. a a n o

Considerandum est tamen hic secūdum Philosophum ut adducit Doc. San. quod aliqua dicuntur eadem propter hoc, quod habent idē medium propter quid vnum in genere, diuersificatum tamen in specie, vt patet de sono echo, de imagine in speculo, & de iride in nubibus, omnia enim illa conueniunt in medio propter quid uno secundum genus quod est repercussio. sed tamen tale medium diuersificatur secundum speciem. illę. enim tres repercussiones differunt specie. nā echo fit propter repercussionem aeris moti a corpore sonantis ad aliquod corpus cōcauum, apparitio autem imagis in speculo fit propter hoc, immutatio medij repercutitur ad speculum, sed iris fit propter hoc quod radij solares repercutiuntur ad uapores humi-

humidos, vt ad longum patet in paruis naturalibus, sed sunt aliqua plura ꝓble mata, quæ habẽt idem medium secundum species, vt propter quid homo est risibilis, propter quid est flexibilis, & ꝑꝑ quid homo ẽ disciplinabilis. Ad hęc omnia respõdetur quod est animal rationale, quod quidem habet medium vnũ secundum speciem, quædam vero sunt, q̃ hẽnt mediũ vnum solum ẜm analogiã, vt supra patuit de spina & Sepione.

Considerãdum est ulterius, quod ꝓblemata, quæ dicantur plura sunt in duplici differẽtia. Nam quædam sunt in quibus plures passiones quæruntur de pluribus subiectis, & talia sunt in duplici differentia, nam aliqua sunt in quibus plures passiones quæruntur de pluribus subiectis penitus disparatis, ut ꝑꝑ quid homo est risibilis, & propter quid equus est hinnibilis, & talia problemata non habent idem propter quid, quædam uero sunt in quibus plures passiones quæruntur de pluribus subiectis non disparatis, ut ꝓpter quid homo est risibilis, & propter quid animal est rationale, & talia possunt habere idem medium, alia uero sunt in quibus quæruntur plures passiones de uno subiecto, uel una passio de pluribus subiectis, & talia possunt communicare in uno medio quod est unum aut secundum genus, aut secũdũ speciem, aut secundum analogũ, aut vero secundum subordinationem, ut ex dictis patet. Ad argumenta patet solutio ex prædictis.

LECTIO XVIII.

De simultatæ causæ, & effectus, & est lectio decimaoctaua. Doctoris Sancti.

QVAESTIO XVIII.

quę habet articulum vnicum.

TANDEM considerandum restat de consequentia causæ ad causatum, quare, videlicet ad causatum consequatur effectus. Circa quod quæritur vtrum causa & causatum simul sint quo ad existentiam.

Sequitur in Philosopho, & in Doct. S.

De causa autem & de re cuius causa.

ARTICVLVS VNICVS.

AD quod sic proceditur. Videt̃ quod causa & causatum non semꝑ sint simul. Nam habere lata folia est causa quod fluãt folia alicuius arboris, & tamen habere lata folia & folia fluere nõ sunt simul quo ad existentiam, cum tempore unum præcedat aliud. ergo &c.

2 Præterea: Vehemens repercussio est causa quare causatur iris, ut supra concessum est, & tamen posita vehemẽti repercussione non ponitur simul iris, aliter sonus esset iris cum causetur ex vehementi repercussione: ergo &c. Sed dicebat quod posita *causa propria* ponitur causatum, *non tamen posita* communi de qua argumentum procedit.

Considerandum etiam est quod habere lata folia est causa propria, quod folia cito defluant siue decidant, & tamen non simul est habere lata folia & cito defluere.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in præsenti capitulo ibi. [De causa autem &cęt.

CONCLVSIO.

cum solutione.

Respondeo dicendum, ꝙ istud est secundum capitulum huius tractatus, in quo philosophus soluendo unam quęstionem ponit vnã conclusionẽ, q̃ est responsiua ad quęsitum. uidelicet, quod cã & causatum semper simul sunt secundũ consequentiam, quam conclusionem probat philosophus duabus rationibus, quarum prima quæ sumitur secũdum rationem causæ & causati est talis, nã omne causatum oportet habere aliquã causam, quia ponere causatum esse sine causa est ponere causatum nõ esse causatum

satum. ergo hoc causatum est simul cũ hac causa. sicut ad hoc quod est terram esse ĩ medio sequitur de luna quod deficiat, & ad hoc quod est arborẽ habere lata folia, sequitur quod folia defluant. secunda ratio quæ sumitur ex ratione demonstrationis est talis. Nam causa & causatum per se inuicem demonstrantur. ergo simul se consequuntur. patet consequentia, quia ad medium demonstrationis sequitur de necessitate conclusio. antecedens patet sic demonstrando, quicquid habet lata folia fluit folio; sed uitis habet lata folia. ergo fluit folio, & econuerso. Quicquid fluit folio habet lata folia, sed uitis fluit folio. ergo vitis habet lata folia.

Et si arguatur demonstratio procedit ex causis, vt in primo huius declaratum est. ergo causa & causatum per se inuicem non demonstrantur, aliter aliqua duo essent sibi inuicem causa in eodem genere causæ, quod est impossibile. Dicendum quod causa & causatum non per se inuicem demonstrantur eodem modo sed diuersimode, quia quando causatum demonstratur per causam est demonstratio propter quid. sed quãdo econuerso causa demonstratur per causatum est demonstratio, quia est, vt hic dicit philosophus, ille enim qui per defectũ lunę demonstrat q terra est in medio cognoscit quia & non propter quid, quia interpositio terræ est causa defectus lunæ, & non econuerso, cum in rõne eclipsis ponatur, q terra sit in medio, unde defectus lunę cognoscitur per interpositionem terræ, sicut per medium propter quid & non econuerso.

Considerandum est hic secundum philosophum, quod quando aliquis effectus conuenit pluribus propter diuersas causas, quando aliqua illarum causarum est, necessario est rem esse. sed existente effectu non est necessariũ quamlibet illarum causarum esse: licet necesse sit aliquã illarũ cãrum simul esse, verbi gratia vituperabile esse conuenit audaci & timido propter diuersas causas. nam conuenit audaci per excessum, timido uero propter defectũ, unde siue sit superabundantia siue defectus necesse est esse vituperabile, sed si ponatᷓ uituperabile esse est necesse quod sit superabundantia, vt patet in timido, sed tamen necesse est quod sit vel superabũdantia vel defectus.

Considerandum est vlterius secundũ Philosophum in littera, quod quando est aliquis effectus qui conuenit uni cõmuni propter unam causam oportet sẽper quod ad causam sequatᷓ effectus & econuerso. sicut fluere folio conuenit plantę habenti lata folia propter hanc causam, quæ est condensatio humoris & econuerso. oportet quod posita causa in tali subiecto ponatur effectus, vt si condensatio humoris sit in arbore necesse est quod in arbore folia fluant.

Considerandum est ulterius hic secũdum D.S. & Egidium, quod simul potest accipi dupliciter. vno modo vt dicit simultatem temporis. alio modo ut dicit simultatem consecutionis, hic autem accipitur simul secundo mõ & non primo mõ, vt si ponatur vnum siue causa siue causatum necesse est consequi aliud simul tempore siue secundum prius & posterius. Ad argumenta patet solutio ex prædictis in capite articuli adducta.

LECTIO XIX.

De proportione causæ & effectus, & est lectio decimanona. Doctoris Sancti.

QVAESTIO XIX.

quę habet articulum vnicum

INSVPER considerandum est quare causa & causatum se habeant ad inuicem quantum ad unitatem. Circa quod quæritur, utrum unius effectus sit tantum una causa uel sint plures causæ.

Sequitur

Sequitur in Philosopho & in Doc. S.
vtrum autem contingit.

ARTICVLVS VNICVS.

AD quod sic proceditur. Videtur ꝙ vnius & eiusdem effectus sit tantū vna causa. Nam diffinitio est explicans causam rei, vt supra concessum est, q̄a significatum diffinitionis est ipsum qđ qđ est, sed vnius rei vnica est diffinitio cum vnius rei sit vnum esse. ergo vnius effectus est tm̄ vna causa & non plures.

2 Præterea. Vnius effectus demonstrationis de aliquo nō est nisi vnum mediū demr̄tionis vt dicit hic philosophus, sed mediū demr̄atiōis ꝑ ꝙd est cā. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in litera ibi. Vtrum autem contingat &c.]

CONCLVSIO.
cum solutione.

Respondeo dicendum, quod istud tertium capitulum huius sexti tractatus, in quo Philosophus mouet hanc questione, uidelicet, vtrum vnius effectus sit tantum vna causa, quam soluit per distinctionem. Nam contingit aliquid assignari ꝓ causa alicuius effectus tripliciter. vno mō accipiendo causam per se pro modio demonstrationis cōcludēdo effectū. alio modo accipiēdo aliquod signū pro cā. tertio modo accipiendo aliquod accidens. primo modo vnius effectus est tm̄ vna cā, ut probat philosophus ꝑ primam rationem in obiiciendo adducta. Sed scđo modo & tertio mō vnius effectus pn̄t esse plures cāe, ut ꝙ aliquid sit uituperabile per se causa est esse preter rōnem rectam. Sed instabat discipulus. Nā supra concessum est, ꝙ per qđlibet genus cāe potest fieri demr̄atio, qđ etiā probatur secundo phy. ergo unius effectus pn̄t esse plures cāe, accipiendo causā ꝓ cā ꝑ se, q̄accipit ꝓ medio demr̄ationis propter quid. Cōfirmabat, q̄a unius effectus possunt esse plures diffinitiones & per ꝯn̄s ratio philosophi nulla. dicendū ad utrunque simul ẜm Egidiū ꝙ eiusdē rei ẜm diuersa genera causarum possunt esse plures causę per se quę possunt sumi pro medio in dem ratione, sed eiusdem rei possunt esse plures causę per se, quæ sint medium in demonstratione simpliciter potissima, de qua hic loquitur philosophus. q̄a talis demonstratio accipit pro medio diffinitionem cōpletā & perfectam simpliciter. quæ includit oēs causas alicuius effectus demonstrabilis, unius enim effectus non potest esse nisi unum tale medium, quia unius rei non est nisi unica talis diffinitio ꝑfecta simpliciter completa.

Considerādū est hic ẜm Rodulphum britonū, ꝙ causarum quędā sunt per se, quędam per accn̄s, unius rei pn̄t esse plures causę per accn̄s et in eodem genere cāę, ut ipsius statuę cā per accidens est polycletus albus & musicus De causis uero per se potissimis loquitur dupliciter uel in eodem genere causę, uel in diuersis generibus causarū. si secundo mō sic eiusdem effectus possunt esse plures cāę per se, quia oīa alia citra primam causam possunt habere plures causas. si uero loquamur de causis per se in eodē gn̄e causę p̄t intelligi dupliciter, q̄a uel loqmur de causis tā cōibus quā propriis vel de causis mediatis & propriis, si primo modo, sic etiam unius effectus possunt esse plures causę. si secundo modo, sic unius effectus in eodem genere non possunt esse plures cāę. q̄a sicut ad cām per se & immediatam sequitur effectus, ita ad unitatem & pluralitatem talis causę sequtur unitas uel pluralitas effectus.

Considerandum est ulterius secundū Philosophum in littera, ꝙ si accipiantur causa & causatum ꝑ se habebunt eodē mō se ꝓportionata uniuersaliter. Nā si effectus sit idē genere & diuersus specie etiam causa erit talis, si uero effectus sit equiuocus etiam causa erit talis. sed si effectus sit analogus causa erit analoga. Exemplum primi, ut causa per quam possemus arguere a commutata proportione in numeris figuris, & temporibus, a corporalibus sunt alia specie & eodem genere, sicut numerus, figura, & tp̄s, differūt specie & sunt eadē genere. s. de

de genere quantitatis. augmētum enim est causa, quod possumus arguere a cōmutata proportione. quod quidem augmentum est idem secundum genus, & aliud secundum speciem, quia tale augmentum est idem secundum quantitatem, & est aliud secundum species subalternas quantitatis. nam vnum pertinet ad quantitatem discretam & aliud ad quantitatem continuam. Exemplum secundi, nam eius quod est esse simile, alia causa est in coloribus & in figuris, quia ęquiuoce dicitur vtrobique, in figuris enim nihil aliud est esse simile quam quod anguli sint ęquales, sed in coloribus esse simile est quod faciant eandem immutationem in sensu, vel aliud huiusmodi. Exemplum tertii quia causa tā iridis quā echo est repercussio, quæ est eadem secundum proportionem.

Considerandum est ulterius secundum Philosophum, quod causam & id cuius est causa & subiectum consequūtur ad inuicem, sic, videlicet, si accipiantur vniuersaliter, sed si accipiatur vnum quodque particulariter, tunc id cuius est causa erit in plus quam subiectum & quam causa, si talia accipiantur secūdū ꝙ cōpetūt huic vł illi particuraliter, ut hæc passio q̄ est hēre angulos q. sunt extra æquales quatuor rectis in plus est q̄ tr ãgulus & quadrangulus. angulos. n. extrinsecos esse ęquales quattuor rectis est passio quæ conuenit figure recti lineę. si ergo talis passio & causa & tale subiectum accipiantur vniuersaliter, tunc omnia se habebunt ad inuicem cōuertibiliter, quia medium quod est causa passionis est diffinitio subiecti. Manifestum est enim quod diffinitio subiectum & propria passio adinuicem se habebunt conuertibiliter, sed si accipiantur passio communis in plus se habebit quam subiectum proprium & causa propria, sicut folio fluere consequit ad inuicem & excedit ipsum cum sequatur etiam ficum & excedit ipsam, nō tamen est excessiuum omnium quibus cōuenit, sed est eorum sicut æqualium. si ergo aliquis velit accipere illud quod est primum & medium respectu omniū erit hoc quod est diffinitio eius quod est folio fluere. unde si quæratur, quid est folio fluere, dicetur quod nihil aliud est quam cōdensari succum seminis cum lacte folij ad ramum.

Considerandum est vlterius secundū philosophum, quod causa quæ consecutionem habet cum suo effectu est tam atoma. i. indiuisibilis siue adæquata, quā do, videlicet, unius effectus assignatur una causa & nō plures potissime loquēdo de causa inferēdi. Causa autem adęquata vt innuit hic philosophus quærenda est in subiecto proprio, & magis accedimus ad subiectum proprium ascendendo per viam resolutionis versus vniuersale, ideo hoc modo quærenda est talis causa vniuersalis, vt in volatilibus est longa vita per esse siccum, & longa vita est esse siccum per temperamentum complexionis, sed longa vita non est in temperamento complexionis per aliquid aliud, igitur temperamentum cōplexionis est causa adęquata, quare aliqua sunt longæ vitæ.

Considerandum est vlterius vel finaliter secundum Egidium quod vniuersale est proprium subiectum & radicale & primum fundamentum omnium aliorū. omnia igitur alia, videlicet, tam passio quam causa passionis quærēda sunt sub uniuersali subiecto, sicut posteriora sub priora, & quærenda sunt in vniuersali subiecto tanquam substentata in radicali fundamēto. hęc ille. Ad argumēta patet solutio ꝑ distinctionē supra positā.

LECTIO XX.

De cognitione primorum principiorum & conclusionum & est lectio 20. Doc. San.

QVÆSTIO XX.

quę habet articulos duos.

METHODVS cui hucusque operam dedimus in capite huius secūdi libri, requirit quod

hoc ultimo tractatu consideremus de cognitione primorum principiorũ demonstrationis. Circa quod quęruntur duo.

Primo utrum cognitio primorũ principiorum sit nobis innata uel in nobis de nouo acquiratur.

Secundo utrum cognitio principiorum & ipsarum conclusionum sit unus & idem habitus, uel utrum alio habitu cognoscamus principia, & alio habitu conclusiones.

Sequitur in Philosopho & in Doc. S.
De principijs autem qualitatis.

ARTICVLVS I.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd cognitio primorum principiorum sit nobis innata & nõ acquisita. Nam ut arguit hic philosophus omnis nostra cognitio intellectiua acquisita fit in nobis ex pręexistenti cognitione, ut in capite primi huius declaratum est: sed cognitio primorum principiorum non fit ex præexistenti cognitione. cum ea nulla cognitio sit certior. magis enim certum non causatur ex minus certo. unde cognitio conclusionis causatur ex cognitione principiorum quę est certior & non econuerso. ergo cognitio primorum principiorum non est in nobis acquisita, & per consequẽs est nobis innata.

2 Præterea. Cognitio primorum principiorũ dr̃ sapiẽtia 6. ethico. sed sapiẽtia non est habitus acquisitus, sed infusus cum sit donum Spiritus Sancti. ergo idem quod prius.

3 Pręterea. Anima non destituitur a sua propria perfectione, sed perfectio animæ intellectiuæ est sciẽtia. ergo semper in ipsa anima fuit scientia, & per consequens cognitio primorum principiorum. cum scientia talem cognitionẽ præsupponat.

4 Præterea. Secundum commentatorem secundo metaphy. cognitio principiorum est naturaliter habita. ergo innata & sic idem quod prius.

5 Præterea. Vnusquisque sane mentis cõcedit prima principia, cum ea nullus mentis sanę negare possit, ut patet quarto metaphy. ergo uidetur quod cognitio ipsorum sit naturalis & innata & p consequens non acquisita.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in litera ibi. [De principiis autem quare &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod iste est ultimus tractatus qui continet unicum capitulum in quo philosophus determinando de cognitione primorum principiorum soluit tres quæstiones adducendo duas conclusiones, de quarum secunda in sequenti articulo uidebitur. Prima conclusio quæ est responsiua ad quæsitum talis est. habitus primorum principiorum non sunt nobis naturaliter innati, sed acquisiti. hanc conclusionem probat philosophus tali ratione. nam alios latent habitus principiorum. multi enim sunt qui ignorant principia scientiarum. ergo tales habitus nõ sunt nobis naturaliter innati, patet consequẽtia. nam illi qui habent cognitionẽ primorum principiornm habent cognitionem certiorem cognitione quæ est per demonstrationem, sed cognitio p demonstrationem non potest haberi, ita quod lateat habentem. nam dictum est in principio huius, illud vere scitur quod est impossibile aliter se habere. ergo multo minus potest esse qđ aliquis habeat cognitionem principiorum immediatorũ & lateat ipsum quod tamen inconueniens sequeretur. Confirmatur eadem cõclusio tali rõne. nã intellectus nõ est eorũ quæ sunt in actu ante suum intelligere: vt patet tertio de anima: sed est in potentia ad omnia intelligibilia quod non esset si cognitio principiorũ esset in nobis innata. Præterea. Ibidem dicitur quod intellectus noster in principio suæ creationis est tanquam tabula rasa in qua nihil depictum est: sed in tabula rasa antequam depingatur non est aliqua figura uel imago. ergo &c.

Con-

Considerandum est hic secundũ phi losophũ q necesse est a principio creationis in nobis esse quandam potentiam cognoscitiuam, quæ scilicet præcedat cognitionem principiorum, non tamen talem quæ sit certior quantum ad certitudinem cognitionis principiorum, vnde non eodem modo cognitio principiorum fit in nobis ex præexistenti cognitione, sicut accidit in his, quæ cognoscuntur per demonstrationem quemadmodum declaratum est in primo huius.

Considerãdum est vlterius q habitus principiorum non sunt in nobis determinati.i.complete innati, dr determinatum quod est terminatum & quod peruenit ad perfectum terminum. cognitio aũt principiorum non est nobis indita naturaliter sub esse completo & formaliter, tamẽ naturaliter aliquid habemus ad cognitionem principiorum effectiue, videlicet, finaliter & dispositiue inquantum habemus naturaliter inditum lumen intellectus agentis, uirtute cuius prima principia fiunt in nobis nota immediate cognitis terminis. hæc Egid. ſm sentẽtiam philosophi & Doct. S. & licet aliqua principia specialia accepta ut cognitiones & nõ vt principia possint demonstrari, tamen principia ut principia non possunt demonstrari. principia vero communia non indigent syllogistica probatione, sed ut dictum est cognitis terminis immediate absque discursu cognoscuntur præsupposita cognitione.

Considerandum est vlterius secundum philosophum in litera quod tres sunt gradus principiorum cognoscitiuorum, primus qui est communis omnibus animalibus est, quod omnia animalia habent quandam naturalem potentiam ad iudicandum de sensibilibus qui uocatur sensus qui non acquiritur de nouo, sed ipsam naturam consequitur. secundus gradus est in quibusdam animalibus, videlicet, perfectis in quibus remanet aliqua species vel impressio speciei sensibilis abstracta a sensibili. ideo contingit esse quandam cognitionem in anima prẹter sensum quæ dicitur memoria. tertius gradus est, qui solum conuenit animalibus perfecte rationalibus, præter memoriã & sensum est aliquod principium cognoscitiuum quod est ipsa ratiocinatio de his quæ remanent in memoria.

Considerandum est ulterius secundum philosophum ubi supra quod in nobis ex sensu fit memoria, & ex memoria multotiens facta circa eandem rem in diuersis tamen singularibus fit experimentum. nam experimentum nihil aliud esse videtur quam accipere aliquid ex multis in memoria retentis. tamen experimentum indiget aliqua ratiocinatione circa particularia per quam confertur vnum ad aliud quod est proprium rationis, puta cum aliquis recordatur quod talis herba sanauit multos a febre dicitur esse expertus quod talis herba sit sanatiua febris. ratio autem non consistit in experimento multorum singularium, sed ex multis particularibus, siue singularibus, in quibus qui hoc expertus est accipit unum commune quod firmat in anima & considerat id absque consideratione alicuius singularis, quod quidem commune accipit vt principium artis & scientiæ, verbi gratia, quandiu medicus considerat hanc herbam sanasse Sortem & Platonem, & sic de multis alijs accipit de ea experimentum, quando autem eius consideratio ascendit ad hoc quod talis species herbæ sanat febricitantem simpliciter, hic accipitur ut quẹdam regula artis medicinæ, de qua prolixius in summa diuinæ philosophiæ disputatum est circa primum.

Considerandum est ulterius secundum Doctorem Sanctum ibidem, quod philosophus dicit uniuersale esse quiescẽs ĩ anima, quia cõsiderat uniuersale prẹter singularia in qbus est motus & hoc loquẽdo est cõsiderõne aĩæ q̃ est

per primam operationem intellectus. quia loquendo de secunda operatione intellectus animа non potest considerare uniuersalia esse præter singularia absque falsitate. unde licet in prima operatione intellectus abstrahentium non sit mendacium ut dicitur in secundo physicorum. tamen abstrahentiũ in secunda operatione intellectus est mendacium.

Considerandum est ulterius secũdũ eundem Doct. Sanctum. ibidem quod Philosophus hic dicit vniuersale esse vnum præter multa non quidem secundum esse, sed secundum considerationem nostram, intellectus enim considerat naturam aliquam puta hominis nõ respiciendo ad sortem & Platonem &c. Quod tamen & si secundum considerationem intellectus sit unum præter multa, tamen esse in omnibus singularibus vnum & idem non quidem numero quasi sit humanitas numero omnium hominum, sed secundum rationem speciei. sicut hoc album est simile illi albo albedine non quasi vna numero albedine existente in utroque, ita etiam sortes est similis Platoni in humanitate nõ quasi una numero humanitate existente in vtroque. Ex hoc ergo experimento & tali vniuersali per experimentum accepto est in anima id quod est principium artis & scientiæ.

Considerandum est vlterius secundum Philosophum & Docto. Sanctum, ibidem quod vt dicitur nono ethicorũ. ars est recta ratio factibilium a nobis. vnde si ex experimento accipitur aliquod vniuersale esse factibile. puta circa sanationem aut agriculturam id uniuersale erit principium artis, & quia scientia ut dicitur ibidem est circa necessaria. ideo si ex experimento sumatur vniuersale circa ea, quæ semper eodem modo se habent puta circa numeros & figuras, tale uniuersale erit principium scientiæ.

Considerandum est ulterius secundũ eundem quod habitus principiorum non acquiritur in nobis de nouo ab aliquibus habitibus notioribus præcedentibus, sicut generatur i nobis habitus scientiæ ex pręcognitione principiorum, sed habitus principiorum fiũt in nobis ut dictum est, a sensu memoria & experimento praexistentibus. exemplum Philosophi est sicut in pugnis quę fiunt per reuersionem exercitus deuicti & fugati. cum enim unus eorum cęperit immobiliter stare & non fugere, & alius stat adiungens se ei & postea alter quousque ter congregentur quod faciunt principium pugnæ. sic enim ex sensu & memoria vnius singularis & iterum alterius & alterius quandoque peruenitur ad id quod est principium artis & scientię.

Considerandum est ulterius quod quia aliquis posset credere, quod solus sensus & memoria singularium sufficerent ad causandum cognitionem intellectualem principiorum sicut, quidam antiquorum opinati sunt non ponentes differentiam inter sensum & intellectum. ideo ad hoc excludendum Philosophus in littera adducit quod simul cum sensu oportet præsupponere talem naturam animę, quæ sit susceptiua cognitionis vniuersalis quod sit per intellectum potentialem. oportet etiam quod possit agere id per intellectum agentem qui facit intelligibilia in actu per abstractionem vniuersalium a singularibus.

Considerandum est vlterius secundum Egidium quod exemplum Philosophi de exercitu fugiente est optimum ad propositum. nam sicut exercitus fugiens est obstupefactus & dispersus nesciens in quo loco congreget se, & quasi casualiter se ponit non totum simul, sed paulatim se congregat: sic cum volumus cognoscere causas & principia ex quorum cognitione generatur in nobis intellectus quasi sumus stupefacti ex admiratione, quia videmus effectum ignorantes causam & quasi sparsi cogitamus hinc inde nescientes vbi figamus cogitationem nostram. postquam

autem

autem figimus nos in aliqua memoria, vt quia hic videmus in tali tempore, quasi casuale est quod nos bene figimus, & si nos bene fiximus in una memoria non sufficit, sed etiam memoramus de alio tēpore quod etiā in tali tēpore hoc idem contingit. ex pluribus talibus memorijs habemus experimentū & uniuersale & poterit in nobis generari prædictus habitus. ratio autem quod multa talia requirantur hic, est quia vnum fortificatur per aliud. sicut ergo multitudo bellantium est fortior sic sensus plurificatus est fortior ad memoriā generandam & memoria multiplicata fortior est ad generandum experimentum huiusmodi. ergo multiplicatio potest referri ad actus & ad potentias, ad actus quidem quia unus sensus non sufficeret neque una memoria nisi essent actus multiplicati. ad potentias uero refertur talis multiplicatio, quia ipse sensus qualitercunque multiplicetur non sufficeret ad generandum habitum principiorum qui dicitur intellectus. hæc ille.

Considerandum est vlterius secundū philosophum in littera, quod si accipiatur multa singularia, quæ sint indifferentia quantum ad unum in eis existēs illud vnum secundum quod non differunt in anima acceptum est uniuersale quicquid sit id siue pertineat ad essentiam singularium siue non, quia non inuenimus Sortem & Platonem & alios singulos homines esse indifferentes quātum ad hoc quod est rationale unum in quo non differunt. s. rationale accipimus quasi uniuersale quod est differentia licet singulare sit id quod proprie & per se sentitur tamen sensus est quodammodo ipsius uniuersalis. cognoscit enim talia non solum inquantum sunt talia sed inquantum est homo nihil est ꝙ tale acceptione sensus præexistente ipsa anima intellectiua potest considerare hominem in utroque, si enim sensus apprehenderet id solum. quod est particulariter & nullo modo apprehēderet naturā uniuersalem in particularia, non esset possibile, quod ex apprehēsione sensus causaretur in nobis cognitio uniuersalis, & sicut se hēnt singularia ad vſe ita minus uſe ad magis uniuersalia, & qa cognitionem uniuersalium ut patet ex dictis accipimus a singularibus, necesse est nos uniuersalia principia cognoscere per uiam inductionis. hęc omnia. Doct. San.

SOLVTIO.

Ad primum igitur patet solutio ex dictis. Ad secundum dicendum, ꝙ ratio laborat in ęquiuoco, quia sapiētia quę dicitur habitus inuenta circa altissimas causas non est donum Spritus Sācti, sed est habitus acquisitus, ut ex dictis patet. Ad tertium dicendum, ꝙ sciētia siue habitus principiorum est hominis perfectio accidentalis & nō essentialis: unde ratio laborat in ęquiuoco. Ad quartum dicendum: quod cognitio principiorum est naturaliter habita, quia non acquiritur in nobis per discursum sicut acquiritur scia per demſtrationē, sed tñ acqritur per uiam sensus, unde talis cognitio non est innata, & per hoc patet solutio ad quintum.

Sequitur in Philosopho & in Doc. S.

Quoniam autem eorum.

ARTICVLVS II.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ principia & cōclusiones eodem habitu cognoscantur. Nam principia demōstrationis simul tēpore possūt cognosci cum ipsa cōclusione ut in primo huius habitum est. ergo eodem habitu cognoscuntur, quia si diuersis habitibus cognoscerentur contingeret simul plura intelligere per modum plurium, qa cognoscere plures per plures cognitiones simul est intelligere plura simul per modum plurium.

2 Pręterea. Si diuersis habitibus cognoscerentur sequeret quod sicut habemus in anima habitum principiorum & habitum conclusionum, quod plura accidentia specie distincta eiusdem gene-

ris essent in eodem subiecto. consequẽs est inconueniens, quia duæ figuræ non possunt simul recipi in eadem parte tabulæ. anima aũt mea, ut supra dictũ est, est tanquam tabula rasa. ergo &c.

3 Præterea. Propter ꝙ vnumquodque tale & illud magis vt in primo huius ꝓbatum est, sed conclusiones cognoscuntur ꝑ ꝑ principia. ergo principia magis per habitum scientię cognoscuntur.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in p̃senti ca. ibi. [Quoniam autem eorum &c.]

CONCLVSIO.

Respondeo dicendum, quod ista cõclusio huius capituli ꝑ quã philosophus soluit duas dubitationes quæ est rñsiua ad quæsitum talis est. alio & alio habitu cognoscuntur principia & cõclusiones quã cõclusionẽ probat philosophus tribus rõnib. quarũ prima est talis. nã principia sunt notiora conclusionibus, ut supra ꝓbatũ est. ergo habitus quo principia cognoscuntur est certior & notior habitu qui cognoscitur ꝑ cõclusiones. ergo non eodem habitu cognoscuntur principia & ꝯclusiones, patet ꝯñtia, q͂a nihil est certior & notior seipso. aliter idem esset notius & ignotius seipso. Prę terea. Pricipia aliquo habitu cognoscũtur qui habitus semꝑ est uerus, sed non cognoscuntur habitu sciæ cum scia sit quælibet cum rõne. ad principia aũt nõ est rõ. ergo cognoscuntur per aliũ habitum sꝑ verũ, sed p̃ter sciam nõ est alius habitus intellectualis q̃ sit sꝑ uerus nisi ĩtellꝰ. ergo cognoscuntur per intellm̃ q̃ est alius habitus a scientia. Preterea. Intellꝰ est pricipiũ sciæ, sed scia nõ ẽ principiũ scię sicut demr̃atio q̃ causat sciam non est principiũ demr̃ationis. ergo intellꝰ, & scia sunt distincti habitus. cũ igitur principia cognoscantur per intellm̃ & cõclusiones per sciam. relinquit ergo quod diuersis habitibus cognoscuntur.

Sed instabat discipulus. nã sapia est habitus qui sꝑ est verorũ. ergo p̃ter sciam est aliquis alius habitus q̃ sꝑ est verorũ ab intellectu. Dicendũ ut hic dicit. D.S. ꝙ sapia ĩtelligitur sub scia & intellectu. nam ut dr̃. 6. eth. sapia est intellectus & & scia. mathematica. n. q̃ dr̃ sapia non hẽt aliã sciam, quæ ꝓbet principia sua, sed ipsa in seipsa capit suũ intellectũ & cognitionẽ pricipiorũ ꝑ q̃ probat suas conclusiones. vnde nõ regulatur ꝑ aliq̃ aliã superiorẽ loquendo de sciẽtijs humanitus inuẽtis. si ergo vt concludit hic Egi. solus intellectus est certior non excluditur ex hoc imò cõcluditur, ꝙ sapiẽtia sit certior, & nobilior quam scientia cũ ipsa in se comprehendat suum intellectum & suam regulam, ut dictum est.

Cõsiderandũ est hic ẽm philosophũ ꝙ cognitio principiorũ ꝑtinet ad intellectũ cuius est cognoscere vꝫ quod dr̃ principiũ scię esse. cognitio autẽ principiorũ est verior q̃ sit scientia. nihil aũt est verius quam scientia nisi intellectus. cognitio uero principiorum erit intellectus q̃ est principium scientiæ ut in mathematicis intellectus principiorũ per quæ probantur mathematicales ꝯclusiones erit principiũ scię mathematicorũ, & simile est in natura aliqua rerũ scitarum, & licet ut dicit hic Egi. actus incõplexi sint principia habituum, habitus tñ est principiũ actuũ cõplexorũ, loquẽdo ergo de cognitione perfecta, ꝑ quã cognoscimus principia, intellectus q̃ est habitus principiorum nõ solum est principium scientiæ, sed est principium principiorum, id est intellectus est principium cognitionis per quã cognoscimus principia.

Considerandum est vlterius secũdũ philosophum in littera quod circa intellectum sunt duo genera habituum habentia se aliqualiter ad uerum, quidam enim sunt semper ueri, alij uero interdum recipiunt falsitatem, uidelicet, de opinione & de ratiocinatione, quæ possunt esse ipsius ueri & falsi, sunt etiam quidam habitus erronei se habentes ad falsum, quia uero principia sunt maxime uera, manifestum est quod non pertinent ad habitus qui sunt semꝑ falsi, neque etiam ad habitus qui interdum recipiunt falsitatem, sed solum ad habitũ q̃ semper est verorum. huius autem habi-

tus sunt duo, uidelicet intellectus & scientiā comprehendendo sapientiam sub utroque, ut dictum est, quia sapientia non solum est scientia, sed apprehēdit in se intellectum & scientiam cū sit caput scientiarum, & quia habitus principiorum non est scientia, cum acquiratur per demonstrationem, principiorū autem non est demonstratio inquantū huiusmodi. relinquitur ergo quod habitus principiorum est intellectus.

Considerandum est finaliter secundum Egidium, quod intellectus & scientia ut accipitur hic secundum philosophum tripliciter elicitiue differunt primo q̄a intellectus est certior & notior q̄ scientia. secundo quia ad principia quorum est intellectus non est ratio, scientia vero non est sine ratione. tertio quia intellectus est principium scientiæ, sed scientia non est principium scientiæ.

SOLVTIO.

Ad primum igitur dicendum, quod quādo plura simul per habitus penitus diuersos siue disparatos cognoscerentur si plura intelligentur per modū plurium. tamen quando talia cognoscūtur per habitus distinctos tamen subordinatos non essent plura per modum pluriū intelligere vt est in proposito. nam sciētia & intellectus sunt habitus adinuicē subordinati, vel dicendum, quod quādo principia applicata ad cōclusionem simul tempore cognoscuntur cum conclusione. non cognoscuntur alio habitu quam habitu sciētiæ, sed prima solutio melior est. Ad secundum dicendum, quod non est inconueniens formas accidentales specie differentes eiusdē generis esse simul in eodem subiecto dūmodo sint formę habituales, sicut plures scientæ possunt simul esse inhabitualiter, licet non quantum ad actualem considerationem. Ad tertium dicendum, ꝙ in primo huius declaratum est, quomodo intelligitur illa propositio philosophi, propter ꝙ &c. unde q̄a cōclusiones cognoscuntur scientia per principia nō propter hoc sequitur quod principia cognoscantur scientia, sed quod magis cognoscantur quam ea quæ per scientiam cognoscuntur. sicut non sequitur creatura est ens per participationem propter Deum. ergo Deus est ens p participationem, sed est magis ens qua ens per participationem, cum sit sua essentia, cuius esse est suum uiuere qui semper laudatus sit in secula. Amen.

Expliciunt perutiles quæstiones Fratris Dominici de Flandria in Secundum Librum Posteriorum Aristo.

F. DOMINICI

DE FLANDRIA

sacri Ordinis Prædicatorum,

In Diui Thomæ Aquinatis fallaciarum opus perutiles quæstiones.

Vtrum in syllogismo sophistico sit scientia.

QVAESTIO PRIMA.

CIRCA tractatũ fallaciarum Sancti Thomę de Aqno Doctoris Ordinis Pędicatorũ qrit primo utrũ de syllogismo sophistico sit scĩa.

Arguitur primo quod non. Nam de non ente non est scientia primo poster. sed syllogismus sophisticus est non ens vt patet per diffinitionem eius, cum sit ex apparentibus & non existentibus. ergo de ipso non est scientia.

Secundo de ente per accidens nõ est scientia, ut patet primo poster. & sexto meta. sed syllogismus sophisticus est ens per accidens. ergo idem quod prius.

Tertio sciẽtia dr̃ esse habitus cõclusionis primo post. sed syllogismus sophisticus non est conclusio, sed totus syllogismus: ergo idem quod prius.

Quarto corruptibiliũ *non est sciẽtia:* vt patet primo poste. sed syllogismus sophisticus est corruptibilis, qa qđ semel est dictum manet irreuocabile uerbũ: vt patet per P. his. in præsenti. ergo de syllogismo sophistico non põt esse scĩa.

OPPOSITVM.

Sed contra D.S. & philosophus in elēchis, q tradiderunt de syllo sophistico.

CONCLVSIO.

Pro psentis dubij declaratione sciendum primo q philosophia prima sui diuisione diuiditur in philosophiã realem & sermocinalem. philosophia realis diuiditur in actiuam factiuam & theoricã siue speculatiuam. actiua philosophia q̃ moralis dr̃ diuiditur in monasticã æconomicã, & politicã sub quibus continetur ius canonicũ & ius ciuile. factiua vero diuiditur in septẽ artes mechanicas q̃ his duobus versibus cõtinẽtur. Lana, nemus, miles, nauigatio, rus, medicina. his ars fabrilis connumerari potest. sed philosophia theorica siue speculatiua diuiditur in mathematicam mechanicam & physicam accipiendo physicam pro tota philosophia naturali. philosophia uero

rō sermocinalis siue rationalis diuiditur in grammaticam rhetoricam & logicā. Logica vero vt est scientia rationalis diuiditur vt hic dicit D. S. secundū diuersas opationes intellectus. quia igit̄ tres sunt operationes intellectus, videlicet. simplicium apprehensio, cōpositio vel diuisio, discursus & rōcinatio. tres sunt partes logicę. prima est de his quæ apprehendunt̄ per primam operationem intellectus & continet librum prædicabilium porphyrij, & librum prædicamentorum Aris. quibus correspondent secūdus & tertius tractatus P. hisp. secūda pars logicę est de his, quæ apprehendunt̄ per secundam operationem intellectus, & continet duos libros perihermenias quibus correspōdet primus tractatus P. hisp. tertia vero pars logicę est de his quæ apprehenduntur per tertiam operationem intellectus, videlicet. de syllogismo, quæ pars continet totam logicam nouam. Sciendum secundo ꝙ tertia pars logicæ diuiditur in quattuor partes ſm ꝙ syllogismi sunt in quadruplici differentia. nam syllogismorū quidam est simpliciter dictus siue non ꝯctus. alius est syllogismus cōtractus, & ille est tripliciter. nam quidam est contractus ad materiam necessariam qui dr̄ syllogismus demr̄atiuus alius est ꝯctus ad materiā uere ꝓbabilē videlicet syllogismus dialecticus. ali⁹ uero est q est ꝯctus ad materiā apparēter probabilē & dr̄ syllogismus sophisticus. Prima ergo pars tertiæ partis est de syllō simpl̄r dicto siue non ꝯcto, & ꝯtinet duos libros priorum, quibus correspondet quartus tractat⁹ P. hisp. Secūda pars est de syllō ꝯcto ad materiā necessariam. s. de syllō demonstratiuo, & continet duos libros poste. quibus non correspondet aliquis tractatus P. hisp. q. fuit instructor iuuenum propter eorum difficultatem. Tertia uero pars eiusdem est de syllogismo contracto ad materiam uere probabilem, & continet octo libros topi. quibus correspondet quintus tractatus P. hisp. s. de locis. Quarta pars eiusdē tertię partis est de syllogismo sophistico contracto ad materiam apparenter probabilē. & cōtinet duos libros elenchorū. quibus correspondet 6. tractatus P. hisp. & pn̄s tractat⁹. D. S. & quia prima separatio secūdā præcedit, & secunda tertiā. & quia unūquodque prius est cōsiderare ſm se quā in ordine ad aliud, quia illud etiam quod est contractum ad materiam necessariā perfectius est eo qđ cōtrahit̄ ad materiā ꝓbabilē. & illud quod contrahitur ad materiam ꝓbabilem uere perfectius est eo quod contrahitur ad materiam apparēter ꝓbabilem, & ideo patet ordo partiū scibilium & librorum logicę inter se.

Sciendum tertio ꝙ triplex est syllogismus sophisticus, quidam est peccans in materia, aliquis peccās in forma, tertius est peccans in utroque. sed syllogismus sophisticus peccans in materia tantum est qui procedit ex ambabus præmissis falsis, aut ex altera falsa, est tamē in modo & in figura. exemplum primi, ut omnis hō est lapis. equus est hō. ergo equus est lapis. exemplū secundi, ut oīs homo est risibilis. lapis est homo. ergo lapis est risibilis syllogism⁹ uero sophisticus peccans in forma tantum est qui procedit ex ambabus præmissis ueris, ꝙ tn̄ non est in aliquo modo alicuius figuræ, ut hō est species. sortes est homo. ergo sortes est species, & tamen non ualet, cum ibi arguatur ex puris particularibus, ex quibus nil sequitur, & tamen ambæ sunt uerę. sed syllogismus peccās ĩ utroq; est qui procedit ex falsis, & male est syllogizatus, ut nullus homo est animal. nullum risibile est homo. ergo nullum risibile est animal. sed argumentum non ualet cum procedat ex puris negatiuis, & ex ambab⁹ falsis. de syllogismo autem peccante in forma tm̄, aut in utroque est hic ad propositum, & non de syllogismo in materia tm̄, nisi loquēdo de syllogismo uniuersaliter sophistico, ex quo patet, ꝙ ille syllogism⁹ peccat in materia q procedit ex falsis. ille uero peccat in forma qui non est in alio modo trium figurarum.

Sciēdū quarto quod syllōus sophistic⁹

potest dupliciter cõsiderari uno modo per respectũ ad sua principia, cãs & passiones, ꝓprietatesq;, & isto mõ de syllogismo sophistico est uera scia sophistica docens, alio modo quãtũ ad suũ usũ, ut, uidelicet, ad decipiendũ rñdentem, aut ad generandum apparẽtem sciam, & isto modo de eo nõ est scia, sed quidã modus sciendi qui modus potest uocari sophisticus utens &c.

Sciendum quinto ut ex prędictis dr̃ ꝙ sollogismus in materia tantũ est dupliciter. nã quidã est q̃ procedit ex ambab⁹ falsis, ut. s̃. dictũ est. alius est q̃ ꝓcedit ex una falsa, & talis dupliciter est, q̃dã est qui procedit ex maiore falsa & minore uera, ut oĩs hõ est asinus, for. est homo. ergo for. est asinus. alius est qui procedit ex maiore uera & minore falsa, ut omnis homo est animal, asinus est hõ, ergo asinus est animal. & q̃libet p̃dictorũ est duplex. nã quidã est procedẽs ex præmissa, aut ex prę̃missis in toto falsis. alius est qui procedit ex prę̃missa vel præmissis in parte falsis. dicitur autem propositio in toto falsa, cuius prædicatum non couenit alicui partium subiecti, ut homo est asinus. sed propositio illa dr̃ in parte falsa. cuius prædicatum conuenit subiecto pro aliquibus suppositis, & pro aliquibus non, ut omnis hõ est bonus. quibus notatis sit hoc. prima cõclusio. syllogismus sophisticus est subiectũ in hoc tractatu attributionis.

Hæc cõclusio probatur ꝑ cõditiones subiecti attributionis. nã illud est subiectũ attributionis in aliqua sciẽtia quod est quid cõinisũ in tali sciẽtia cõsideratur non transcendens metas illius scientię ad quod omnia quæ considerantur consequenter in scientia tali habent ordinem & reductionẽ. syllogismus sophisticus est huiusmodi in hoc tractatu. ergo. & si arguatur. nullus syllogismus sophisticus est subiectum in hoc tractatu ergo syllogismus sophisticus nõ est subiectũ in hoc tractatu. antecedẽs patet per inductionem cõsequentia probat̃ per legem subalternarũ, & per locũ a toto in quãtitate. dicendũ est negando cõsequnetiã, ꝙ ibi est fallacia figurę dictionis & accidẽtis, vt infra patebit, q̃a ibi arguit̃ a suppõne personali ad simplicem. & ad probationem dicendum, ꝙ ibi non arguit̃ per aliquem locũ, aut bonam cõsequentiam, quia ad omnem locum dialecticum bonum requiritur ꝙ arguatur respectu termini qui non ponit differentiam inter terminum inferẽtem & terminum illatum quod non obseruatur in proposito, quia iste terminus subiectũ nõ ꝯuenit syllogismo sophistico ẜm ꝙ habet eẽ in suis inferioribus, sed absolute. vñ rõ nõ sequitur.

Secũda cõclusio est responsiua ad q̃situm, videlicet de syllogismo sophistico est scientia, quæ probatur tali rõne. nã scientia est habitus cõclusionis firmus certus & euidens per demõstrationẽ acquisitus, & nõ naturalis, vt patet primo post. ergo &c. secũdo de illo est scientia de quo põt demõstrari aliqua propria passio de subiecto, sed de syllogismo sophistico fit demõstratio hoc mõ. oĩs syllogismus procedẽs ex apparentibus & nõ existẽtibus est gñatiuus apparentis scię, sed syllogismus sophisticus est huiusmodi. ergo, & si arguat̃ aliq̃s est deceptor & sophista a nã. ergo de syllogismo sophistico nõ est scia, patet ꝯñtia, q̃a scia est hĩtus acq̃situs & ñ naturalis, vt patet primo post. cõtra Platonẽ. dicẽdũ ꝙ ars sophistica põt eẽ a natusa, sed tñ imperfecta, non autem perfecta de qua hic est ad propositum.

Dubitatur primo vtrũ de syllogismo sophistico sit scĩa realis vel rõnalis, & vr̃ ꝙ sit realis, quia ponitur in propria specie qualitatis cũ sit hĩt⁹, sed nihil ponitur in prędicamento nisi sit ens reale. ergo vr̃ ꝙ sit scĩa realis. Dicendũ ad hoc dubiũ ꝙ est hic scientia rõnalis & non realis, quia scientia accipit demõstrationem a suo subiecto. illa ergo scientia accipit denominationem a suo subiecto. illa ergo scientia cuius subiectũ est ens rõnis dr̃ rõnalis, sed subiectũ huius scię, videlicet, syllogismus sophisticus ẽ ens rõnis. ergo hic scientia est rõnalis & nõ realiter. Ad ẜm ãt dubiũ dicẽdum, ꝙ in scien-

sciẽtia unum est ens reale non tamen est scientia realis, ab alio enim habet scientia quod sit ens reale, & ab alio ꝙ dicatur scientia realis vel rõnalis, & illa scientia dicitur rationalis cuius subiectũ est ens rationis, ꝙ aũt scia dicat ens reale hoc habet a suo subiecto inhęsionis & ab alijs suis principijs primi generis. ex quo patet ꝙ licet scia de syllogismo sophistico sit ens reale repo nibile in prædicamento, non tamen est scientia realis, sed rationalis, unde neganda erat consequentia.

Quæritur secundo quare D. S. in suo tractatu primo determinauit de disputatione quã de fallacijs aut syllogismis sophisticis cum subiectum cuiuslibet scientię debeat esse prius notum in tali scientia, vt ex supradictis patet. Dicẽdum quod ratio D.S. est quia finis sophistici est acquirere vanam gloriam & ab omnibus laudari, sed hoc non potest conuenientius facere quam deducendo respondentem suum ad aliquod incõueniens, hoc enim non potest facere nisi mediante disputatione, sophistica. iõ D. S. primo incipit tractare de disputatiõe. & qñ dicebat inmotione dubij ꝙ subiectũ debet esse prius notũ, verũ est in itẽtione considerantis non autẽ in executione operis considerati, quemadmodũ domificator primo in intentione habet finem domus quã edificare proponit, tamen in executione operis incipit mi nimam & a cęteris partibus domus quę requiruntur ad cõpositionem eius, & vltimo sequitur forma domus & finis.

SOLVTIO.

Ad primũ dicendum, quod nõ ens est triplex quoddam est non ens simpliciter & de tali non est scientia, aliud est non ens per se est tamen ens per accidens, vt priuatio. aliud vero est non ens in actu, est tamen in potentia, & de istis est scientia. syllogismus aũt sophisticus si consideratur per respectum ad suas causas & ꝓprietates sic est ens per se, si vero consideretur quantum ad suum vsum, sic est non ens non simpliciter, sed non ens tale quale apparet. vnde de sylogismo sophistico primo mõ considerato est scientia. secundo autẽ modo de eo est quidam modus sciendi vt in notabilibus dictũ est & per hoc patet solutio ad ẽm. Ad tertiũ dicendũ, ꝙ licet de cõclusione sit scia per se pri mo tamen de syllogismo sophistico & quolibet alio subiecto conclusionis est scia non primo, sed per alterũ tanquã, videlicet, de subiecto aliquid scitur, & licet syllogismus sopihsticus primę intẽtionaliter sumptus nõ sit subiectum cõclusionis, tñ si secũde intentionaliter sumatur põt esse subiectũ cõclusionis. Ad quartũ dicẽdũ, ꝙ licet sophista vt ẽs quantũ ad hoc non sit sciens, tñ sophista docens dr̃ perfecte sciens. Ad quintũ dicendum, ꝙ licet syllogismus sophisticus in particulari ad quantum & suum vsum sit corruptibilis, tamen in vniuersali cõsideratus in ordine ad propria sua principia & passiones est incorruptibilis & syllogismus sophisticus, & isto modo de eo est scientia.

De diffinitione disputationis.

QVAESTIO II.

QVæritur secundo. Vtrum diffõ disputationis sit diffõ sufficiens in qua dicit̃ disputatio est act⁹ syllogisticus vnius ad alterum ad aliquod propositum ostendendum.

Arguitur primo contra suppositum probando quod disputatio non possit diffiniri. nullum multipliciter potest diffiniri cum diffinitio notificet quid vnũ disputatio est quid multiplex, cum eius species quatuor sunt, ut patet in textu. ergo non potest diffiniri.

Secundo solius entis realis est quod quid est siue diffinitio, ut patet. septimo metaphysic. & secundo poste. sed disputatio non est ens reale, sed rationis. ergo.

Tertia contra diffinitionem, nam aliqua disputatio enthymematica & inductiua, & tamen tales disputationes non sunt actus syllogisti-

ci, ergo male ponitur illa particula actus syllogisticus in prædicta diffinitione.

Quarto disputatio sophistica est disputatio & tamen prædicta diffinitio si bi non competit cum non ualeat ad aliquod propositum ostendendum, sed ad acquirendum vanam gloriam, ut dictum est. prædicta ergo diffinitio videtur insufficiens.

OPPOSITVM.

Sed contra est Doct. S. in præsenti lectione, & Philosophus in primo elenc.

CONCLVSIO.

Sciēdum primo quod postquam D. Sanct. conclusit primo esse determinandum de disputatione quam de locis sophisticis, consequenter determinat de ipsa disputatione & primo determinat de ipsa diffinitiue & diuisiue, de quo est præsens lectio. deinde determinat de membris diuidentibus adducendo diffinitiones eorum. ratio autem quare primo determinauit de disputatione diffinitiue quam diuisiue communis est, quia esse præcedit posse, ut patet nono metaphysi. sed diffinitio indicat esse, diuisio uero posse. ideo antequam ponat diuisionem disputationis primo eam sic diffinit dicens. [Disputatio est actus autem] in qua diffinitione ponitur actus loco generis, & quia dupliciter est actus, videlicet, corporalis vt ambulare, & spiritualis vt intelligere. igitur subiungitur syllogisticus ad differentiam actus corporalis, & accipitur ibi actus syllogisticus communiter, scilicet pro omni actu discursiuo siue sit enthymematicus siue inductiuus per quod datur intelligi instrumentum disputationis quod est syllogismus includens in se enthime. & inductionem. deinde ponitur [unius ad alterum] ad innuendum personas disputantium, scilicet principium respondentis & arguentis. ultimo subiungitur [ad aliquod propositum ostendendum] ad differentiam actus exē plaris & ad denotandum finem disputationis, ex quo patet, quod quattuor reperiuntur in qualibet disputatione, videlicet, actus disputandi, personę disputantium, quæ sunt duę, instrumentum disputandi, ultimo finis disputationis.

Sciendum secundo quod triplex est disputatio, scilicet mentalis, scripta, & uocalis. de uocali autem est hic ad propositum, quæ est triplex, scilicet disputatio syllogistica enthymematica & inductiua, disputatio autem syllogistica est quæ fit per syllogismum completum, ut sic arguendo, omnis homo currit. omne risibile est homo, ergo omne risibile currit. sed disputatio inductiua est quæ fit arguendo per inductionem. ut sortes currit Plato currit. & sic de alijs. ergo omnis homo currit disputatio vero enthymematica est quæ fit per enthymema, vt sic arguendo, omne animal currit. ergo omnis homo currit. & licet exemplum sit species argumentationis secundum ipsum tamen proprie loquendo non fit aliqua disputatio, quia ut dicit Doc. San. non fit ad aliquod propositum ostendendum, sed magis ad aliquam formam explicandam. uerum tamen si accipiatur exemplum virtualiter secundum quod reducibile est ad syllogismū sic secundum ipsum potest sumi dispositio exemplaris.

Sciendum tertio quod argumentatio est quadruplex, idest prioristica, topistica, sophistica, & posterioristica, & quælibet diuiditur in quattuor species, scilicet in syllogismum enthymema inductionem, & exemplum. & si arguatur, diuersa genera habent diuersas species, ut patet in prædicamentis, sed argumenta prioristica & a'ię disputationes habent easdem species. ergo non distinguuntur.

Dicendum quod licet prædictę disputationes habent easdem species materialiter non tamen formaliter. quia inquantum, illę species sunt incontractę, sic sunt species argumentationis

tionis prioristicę, inquantum vero contractæ ad materiam necessariã, sic sunt species argumentationis posterioristicę siue doctrinales, sed inq̃tum sunt contractę ad materiam vere probabilem sic sunt species argumentationis dialecticę. inquantum autem sunt contractę ad materiam probabilem, sed non existentem sic sunt species argumentationis sophisticę.

Conclusio responsalis, licet prædicta diffinitio non sit quiditatiua est tamen bene assignata. prima pars huius conclusionis probatur per duo prima argumenta in principio quæstionis adducta, & confirmatur quia solius speciei est diffinitio quiditatiua, vt patet per Boetium & per Philosophum septimo metaphysicę. secunda pars probatur tali ratione. nam in prædicta diffinitione tãguntur omnes causæ diffinite. ergo est bona. probatur antecedens quia causa formalis explicatur per hoc quod dicitur actus. causa vero efficiens instrumẽtalis tangitur per hoc quod dicitur sophisticus, causa autem efficiens principalis tangitur per hoc quod dicitur vnius ad alterum, sed causa finalis tangitur per hoc quod dicitur ad aliquod propositu m ostendendum. nulla autem est causa ex qua ipsius disputationis cum non sit substantia tantum in prædicta diffinitione non tangitur, & licet scire sit finis mediati & remoti ipsius disputationis, tamen non est finis proximus. non est enim inconueniens quòd vnius rei sint plures fines subordinati, vt infra patebit.

Dubitatur primo quid est argumentatio & quot sunt species syllogismi cũ eorum diffinitionibus. Dicẽdum primo quòd argumentatio primo sic diffinitur. argumentatio est ratiocinatio mentem arguens, & conuincens faciens nos deuenire de notitia noti ad notitiam ignoti. vel sic secundum Boetium argumentatio est ratio rei dubię faciens fidem. syllogismorum autem sex sunt species, videlicet, syllogismus simpliciter dictu, elenchus, demonstratiuus, sophisticus, dialecticus & tentatiuus. simpliciter dictus syllogismus secundum Philosophum primo primorum est oratio in qua quibusdam positis aliud ab his, quæ posita sunt ex necessitate accidit eo ꝙ hęc sunt. syllogismus vero elenchus est secundum Philosophum primo elenchorum & Doc. S. in præsenti tractatu syllogismus cum contradictione de quo videbitur inferius cum de fallacia ignorantię elenchi tractabitur, sed syllogismus demonstratiuus est syllogismus faciens scire, secundum Philosophum primo post. vel est syllogismus procedens ex primis veris & immediatis prioribus notioribus causis quia conclusionis syllogismus vero dialecticus est qui ex probabilibus est syllogizatus, vel sic syllogismus dialecticus est oratio in qua quibusdam positis & concessis necesse est aliud accidere per ea quæ posita sunt & concessa. syllogismus vero sophisticus est qui ex apparentibus & non existentibus est syllogizatus, sed syllogismus tẽtatiuus secundum Philosophum in elenchis est qui procedit ex his quæ videntur respondenti, & necesse est eum habere qui se simulat habere scientiam. ex diffinitionibus autem prædictis patebunt diffinitiones disputationum.

SOLVTIO.

Ad primum secundum & tertium patet solutio ex dictis. Ad vltimum dicendum quod licet disputatio sophistica non ostendat aliquod propositum verum, ostendit tamen apparens, ideo diffinitio contingit sibi licet imperfectius cęteris speciebus disputationis.

De diuisione disputationis.

QVAESTIO III.

QVAERITur tertio. Vtrũ disputatio conuenienter diuidatur in disputationem demõstratiuam, dialecticam, sophisticam, & tentatiuam.

Arguitur primo quod non. Nam diuisio soli quantitati congruit, vt habetur primo

primo phy. sed disputatio non est quantitas, ergo non potest diuidi quod est cōtra suppositum

Secundo cuiuslibet argumentationi corrñdet aliqua disputatio, quia secundum quālibet speciem argumentationis potest ostendi aliquod propositum, cum igitur sit aliqua argumentatio prioristica sequitur quòd erit aliqua disputatio prioristica & per consequens diuisio insufficiens.

Tertio omnia necessaria sunt probabilia cum appareant omnibus vel pluribus aut sapientibus, ergo disputatio dialectica, quæ procedit ex probabilibus non differet a disputatione demonstratiua, quę procedit ex veris, & sic idē quòd prius.

Quarto nulla est disputatio, quæ generat apparentem opinionem, ergo periformiter nulla erit disputatio generās apparentem scientiam, & per consequens non erit aliqua disputatio sophistica.

Quinto aliqua est disputatio examinatiua & tamen non enumeratiua in prędicta diuisione, igitur est insufficiens.

OPPOSITVM.

Sed contra est Doc. S. & Philosophus in primo elenchorum.

CONCLVSIO.

Pro huius dubii declaratione sciendū primo quod postquam Doc. San. posuit diffinitionem disputationis cum declaratione eiusdem hic consequenter ponit diuisionem eius cum diffinitionibus mēbrorum diuidentium dicens quod disputationis quattuor sunt species scilicet demonstratiua, dialectica, sophistica, & tentatiua. cuius diuisionis sic potest formari sufficientia. nam omnis disputatio, uidelicet, ad aliquod propositum ostendendum, ut dictum est vel ergo, videlicet, ad generandum habitum in aliquo, vel ad sumendum experimentum de habitum generato. si secundum sic est disputatio tentatiua. si primum hoc est dupliciter vel, videlicet, ad generandum verum habitum vel apparentem, si secū dum sic est disputatio sophistica. si primum hoc est duplicitet, quia vel, videlicet, ad generandum scientiam vel opinionem, si primum sic est demonstratiua disputetio, si secundum sic est disputatio dialectica uel topica. potest etiam aliter formari sufficientia. nam disputatio est actus syllogisticus, uel ergo talis actus procedit ex apparentibus tantum uel procedit ex existentibus, si primum sic est disputatio sophistica, si secundū hoc est dupliciter uel pcedit ex necessariis uel ex probabilibus, si primum sic est disputatio demonstratiua, si secundū hoc est dupliciter, qa uel procedit ex pbabilibus indrnter, uel ex his, quæ uidētur respondenti, si primum sic est disputatio dialectica, si secundum sic est tentatiua. differunt autem hę duę sufficientię in hoc quod prima sumitur ex parte finis disputationis. secunda uero ex partę materię.

Sciendum secundo quòd disputationis demonstratiuę tres sunt diffinitiones quarum prima est.

Disputatio demōstratiua est, quę est generatiua scientię uel quæ ad scientiā ordinatur. cuius ratio est, quia ad eundem finem ordinatur instrumentum & causa principalis, sed instrumentum disputationis demonstratiuę, uidelicet, syllogismus demonstratiuus ordinatur ad scientiam, ut patet primo pōst. ergo disputatio demonstratiua siue doctrinalis ordinatur ad scientiam. dicitur autē prædicta diffinitio, diffinitio formalis, quæ datur per finem, finis autem habet rationem formę respectu aliarum causarum, quia de ratione formę est, quod sit actus. finis autem habet rationem actualitatis, cum habet rationem primi mouentis. unumquodque mouet secundum quod est actus. finis enim mouet efficiens & efficiens motum a fine disponit materiam ad introductionem formę illa ergo diffinitio quæ datur per finem dicitur simpliciter formalis. illa autem quæ datur per alias causas dicitur materialis, secunda uero diffinitio disputationis demonstratiuę est quæ dicitur materialis, & quæ procedit ex ueris per se notis

tis proprijs alicuius scientiæ, vel sic secundum Philosophum primo elenchorum. disputatio doctrinalis est q̃ ex proprijs principijs alicuius disciplinę.& nõ ex his, q̃ videntur respondenti, syllogizat. cuius rõ est, quia syllogismus demõstratiuus qui est eius instrumentum ꝓcedit ex talibus. tertia vero diffinitio comprehendit duas ꝓdictas, & dicitur demõstratio tota sola positione differens, q̃ ponitur in textu, videlicet, ꝙ disputatio demonstratiua est, q̃ ad scientiam ordinatur procedens ex veris per se notis, & proprijs principijs alicuius sciẽtię, potest autem secunda diffinitio demonstrari per propriam sic. omnis demonstratio, q̃ ordinatur ad scientiã ꝓcedit ex ueris per se notis &c. sed oĩs disputatio doctrinalis, siue demõstratiua est hmõi, ergo procedit. ex quo prima diffinitio dicitur medium demonstrationis. secunda vero & tertia, vt dictum est, dicitur tota demonstratio solum differens ab ea secundum positionem siue ordinationem terminorum.

Sciendũ tertio ꝙ diffinitio formalis disputationis dialecticæ est talis. Dispõ dialectica est q̃ tendit ad opinionẽ, hęc vero opinio est finis disputationis dialecticæ, igitur prædicta diffinitio dicitur formalis, diffinitio vero materialis eiusdem est. disputatio dialectica est q̃ procedit ex probabilibus, vel sic secundũ Philosophum in elenchis est, quę ex ꝓbabilibus syllogizat. & est collectiua contradictionis, quia utraque pars contradictionis potest esse probabilis, quia secundum Philosophum primo elẽchorũ. non refert q̇busdam veris esse q̇dam falsa probabiliora. sed diffinitio eiusdẽ comprehendens vtranque prædictarũ talis est. Disputatio dialectica est q̃ procedit ex probabilibus ad opinionem tẽdens. patet secunda diffinitio demõstratiua per primam eodem modo quo dictum est, in pręcedenti notabili.

Sciendum quarto ꝙ prima diffinitio disputationis tentatiuæ est talis. Disputatio tentatiua est quę ordinatur ad experimentũ sumendum de aliquo, & hęc dicitur formalis, q̇a datur per finem. nã sumere experimentum de aliquo est finis huius disputationis. secunda vero diffinitio eiusdẽ quæ dicitur materialis diffinitio & cõclusio demr̃ationis est talis. disputatio tẽtatiua est q̃ ex his quę videntur rñdenti syllogizat. & necesse est eũ habere q̇ se simulat habere sciam, q̇a procedit ex cõibus quibus ignoratis omnia ignorantur. q̇bus tñ scitis non omnia sciũtur. ex quo patet ꝙ tẽtatiua dr̃ ab examine, q̇a tentatio procedit ex cõibus & facilibus, sed examinatio procedit ex difficilibus & proprijs. sed tertia diffinitio eiusdem quę dr̃ tota demõstratio comprehendens prædictas duas, quæ ponitur in textu est talis. disputatio tentatiua est, quæ ordinatur ad experimentum sumendũ de aliquo per ea quę videntur respondenti.

Sciendũ quinto quod disputationis sophisticę sicut & præcedentiũ sunt tres diffõnes. prima est formalis & medium demr̃ationis. secunda est materialis, & conclusio demonstrationis, tertia est tota demr̃atio comprehendens vtrũq;. est aũt disputatio sophistica, quæ tendit ad vanã gloriam vt disputans sapiens esse videatur, & hic datur per finem. Vel sic disputatio sophistica est quę ex his, quæ videntur probabilia & non sunt syllogizat, & hæc datur per materiam. Vel sic disputatio sophistica est, quæ tendens ad vanam gloriam in his quæ videntur probabilia & non sunt syllogizat. procedit enim, vt dicit hic Doct. Sanct. ex his quæ videntur vera & non sunt, siue ex his quæ videntur probabilia & non sunt. vel simpliciter propositiones falsas assumendo, quæ tamen videntur verę. vel in veritate falsarum arguendo sicut est ista propositio. de quocunque prædicatur genus & species. hæc autem propositio est falsa, & videtur vera propter hoc quod ista est uera de quocunque prædicatur species & genus.

Cõclusio responsalis est quod prædicta diuisio est sufficiẽter assignata q̃ est diuisio analogi in analogata. prima

ma pars patet auctoritate philosophi primo elenchorum,& Doc.S.ĩ præsenti passu.secundo idem patet per duas sufficientias in primo notabili adductas.tertio idem probatur per conditiones bonę diuisionis. secunda pars probatur tali ratione.nam diuisum per prius dicitur de vno membrorum diuidentium quam de reliquo. ergo est diuisio analogi in analogata.

Considerandum tamen quod disputatio potest dupliciter considerari. vno modo quantum ad vim nominis.dicitur enim disputatio quasi duorum putatio, & isto modo disputatio ꝑ prius dicitur de disputatione sophistica. secundo de tentatiua.tertio de dialectica.quarto de demõstratiua siue doctrinali.alio modo potest considerari quantum ad perfectionem finis ipsius disputationis,& sic per prius dicitur disputatio de disputatione demonstratiua. secundo de dialectica.tertio de tentatiua. vltimo de sophistica. cuius ratio est, quia scientia q̃ est finis disputationis demonstratiuę est perfectior quam opinio quæ est finis disputationis dialecticę.opinio autem ꝑfectior est q̃ experimẽtũ,& experimẽtũ ꝑfectius est q̃ vana gl̃ia.igit̃ patet ordo.

Dubitatur quid sit probabile & quot sunt genera probabilium, dicendum ꝙ probabile secundum Doc.S. & philosophum in topicis est quod apparet omnibus,siue pluribus,siue sapiẽtibus, aut oĩbus,aut plurib⁹,aut maxime notis.ex quibus elicit̃ ꝙ tria sunt genera ꝓbabilium,q̃dam enim sunt quæ videntur esse vera, vt quod omne totũ est maius sua parte.alia quæ uidentur pluribus, vt ꝙ mater diligat filium suum.alia vero sunt quæ videntur solum sapientibus, vt ꝙ sol sit maior tota terra.

S O L V T I O.

Ad primum dicendum est quod duplex est diuisio,nam quædam est alicuius totius in partes quantitatiuas integrales.alia est diuisio totius in partes subiectiuas.prima vero diuisio soli quantitati contingit, non autem secunda de qua est ad propositum, & licet disputatio non sit vniuersale proprie sumptum, est tamen vniuersale sumptum communiter, vt patet pro omni magis communi. Ad secundum dicendum, quod Doc. S.in præsenti tractatu loquitur de disputatione contracta ad materiam aliquam secundum quam opponẽs potest respõdere ad aliquod propositum, sed argumentatio prioristica non est contracta ad aliquam materiam.ideo hic non ponit̃ aliqua disputatio quę sibi correspondeat. Ad tertium dicendum, quod necessaria possunt dupliciter considerari.uno modo in sensu diuiso pro his quæ necessaria dicuntur, & isto modo necessaria & ea quæ sunt necessaria possunt esse ꝓbabilia. alio modo possunt considerari in sensu composito,uidelicet,vt necessaria sunt,& isto modo necessaria nõ sunt probabilia in quantitatiuis huiusmodi. Ad quartum dicendũ, negãdo cõsequẽtiam,quia scientia est tantum verorum. opinio uero potest esse tam uerorum q̃ falsorũ. unde bene potest esse apparens scientia, non tamen apparens opinio, uel si ponatur reducetur ad apparentẽ scientiam.Ad quintum dicendum, quod disputatio examinatiua continetur sub tentatiua, quia utraque ordinatur ad eundem finem,licet diuersimode,uidelicet ad experimentũ sumendũ de aliquo.

Q V Æ S T I O IIII.

De diffinitione & diuisione metę.

QVAERITVR quarto. Vtrum diffinitio metę & eius diuisio sit bene assignata.

Arguitur primo quod non,nam meta est terminus siue finis,vt habetur in textu. sed finis sophistę non est inconueniens, sed uana gl̃ia siue apparens scientia,ut patuit in præcedenti lectione,ergo insufficienter ponitur in diffinitione metę illa particula inconueniens.

Secundo finis sophistę est uictoria, ut hic habetur a Doc.San. sed uictoria non est inconueniens.ergo id q̃d prius.

Tertio

Tertio sophista ducens respondentem ad concedendum hanc propositionem. omnis stella est maior tota terra, ducit eum ad metã inopinabilem, cum illa ꝓpositio sit contra opinionem plurium, videlicet, vulgarium, & tamen non est inconueniens, cum sit vera propositio, ergo.

OPPOSITVM.

Sed contra est Doc.S. in præsenti lectione.

CONCLVSIO.

Pro cuius declaratione sciendum primo quod postquam Do.S. determinauit de disputatione in communi tam diffinitiue quam diuisiue, & de eius membris diuidentibus, hic consequenter determinat de fine disputationis sophistę de quibus est ad propositum, cuius rationem assignat Doc.S. in litera. nam sophista tendit ad vanam gloriam, vt sapiens videatur, sed ad talem gloriam consequẽdam studet habere uictoriam a respondente cum quo disputat, & victoriam illam habere potest si respondentem ducat ad aliquod inconueniens siue uerum, siue apparens. igitur inconueniens dicitur meta siue terminus ipsius sophistę, & licet finis præcedat ea quæ sunt ad finem quantum ad intentionem agentis, tamen quantum ad executionẽ operis ea quę sunt ad finem præcedunt ipsum finem, ut ars nobis manifesta sufficienter videtur.

Secundo sciendum quod meta est inconueniens ad quod opponens sophista nititur uideri ducere suum respõdẽtem, in qua diffinitione ponitur inconueniens loco generis, & licet finis respectu eius cuius est finis non potest esse genus, potest tamen habere modum generis respectu suorum inferiorum. accipitur etiam ibi inconueniens communiter vt se extendit ad inconueniens uerum & inconueniens apparens. deinde ponitur, ad quod opponens sophista, ad denotandum causam efficientem. vltimo subditur, nititur ducere suum respõdentem, ad denotandum causam materialem, in qua uerumtamen non semper sophista nititur uere ducere suum respondentem ad aliquod inconueniẽs sed sic facit quod sibi uideatur ducere suum respondentem ad aliquod incõueniens uerum uel apparens.

Tertio sciendum quòd meta accipitur dupliciter. uno modo proprie pro termino alicuius uię, aut uitę, & sic non accipitur hic. alio modo transumptiue, uidelicet, ꝓ termino alicuius motus rationalis, & isto modo capitur hic. committitur ergo fallacia ęquiuocationis in secundo modo cum arguitur. meta est terminus alicuius uię, sed nullum inconueniens est terminus alicuius uię. ergo nullum inconueniens dicitur meta.

Conclusio responsalis ad quæsitum est, quod diffinitio metę cum eius diuisione est bene assignata. prima pars huius conclusionis probatur auctoritate Doc.S. in littera, & per conditiones bonę diffinitionis. secunda pars probatur per talem sufficientiam. nam omnis meta est inconueniens, ut patet per diffinitionem metę, uel ergo tale inconueniens attenditur ex parte rei uel ex parte uocis. Primum est dupliciter. quia uel attenditur ex parte rei absolute, & sic est falsum, uel per respectũ ad aliquod & hoc dupliciter, uel per respectum ad concessum negatum respõdentis, & sic est redargutio, uel per respectum ad opinionem doctorum, & sic est inopinabile. si secundum & hoc dupliciter, uel tale inconueniens attenditur ex parte substantię uocis, & sic est nugatio uel ex parte accidentis uocis, & sic est solęcismus. est autem prædicta diuisio, diuisio analogi in analoga cum mẽbrũ diuidens per prius conueniat uni membrorum diuidentium quam aliis. contingit enim ꝑ prius redargutioni. secundo falso. tertio inopinabili. quarto solęcismo. & ultimo nugationi ratione inconuenientis ad quod opponens nitatur ducere suum respondentem. qualiter autẽ diffiniantur prædictę species metę clare patebit in textu.

Dubitatur primo, quid est meta non loqui. Dicendum quod meta non loqui

est

est aliquod inconueniens ad quod respondens quid in meta duceretur si loqueretur, vt si aliquis prius concedat vnam propositionem quam postea vi argumentationis coactus est negare q̃ tacendo eam negare recusat ducitur ad metam non loqui, hoc est ad eãdem metam ducitur ad quã duceretur si loqueretur. ex quo patet quòd meta non loqui se extendit ad omnes species metę prius enumeratas, quia respondens ducitur, vt dictum est ad metam non loqui ad quam duceretur si loqueretur.

Dubitatur secundo de cautelis quibus opponens sophista faciliter ducere potest suum respondentem ad aliquam prædictarum metam. Dicendum quòd minus principalibus cautelis omissis quędam sunt generales, quædam vero speciales. generalium prima est quòd opponens primo debet festinare respondentem, quia tardiores magis præuident. Secunda est quòd debet commouere respondentem ad iram, quia ira impedit animum ne possit cernere verum. Tertia quòd opponens debet opponere plures interrogationes intermiscendo aliquas falsas propositiones cum veris, vt per multitudinem interrogatorum non recordetur respondens propositiones aliquas concessisse, quas tamen concessit. Quarta est quòd si respondens cõcedat aliquam propositionem particularem opponens debet eam accipere tã quam vniuersaliter concessam a respondente, & sic de aliis quæ patent in libro elenchorum. cautelę vero speciales etiã sunt in multiplici differentia. quarum quibusdam minus principalibus omissis vna est, quod opponens debet approbare dicta respondentis dicendo quòd bene dicit & sapienter, vt postea possit eum faciliter decipere. Secũda est quod opponens debet conari ducere respondentem ad materiam aliquam alienam in qua respondens est minus ideoneus. alia est quòd opponens debet supponere cum respondente quòd non intendit disputare secum vt vincat, sed solum vt addiscat.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum, quòd finis intrinsecus sophistę est scire scientiam sophisticam. finis vero extrinsecus eius ꝓpinquus est ducere respondẽtem ad aliquod incõueniẽs. finis vero remotus est acq̃rere victoriã a r̃ndente, sed finis remotior est vana gloria siue apparere scire. finis aũt remotissimus est scire apparere in aliquibus sciens & apparẽter velle victoriã, & per hoc patet solutio ad secundum. Ad tertium, ꝙ si aliquis apud vulgares concederet hanc propositionẽ, videlicet, quòd stella vna est maior tota terra in argumentis duceretur apparenter ad metam inopinabilis, & licet non sit inconueniens, verum est tamen inconueniens apparens.

QVAESTIO V.

De distinctione loci sophistici.

QVAERITVR quinto. Vtrum diffinitio loci sophistici, siue fallacię in textu sit bene assignata in qua dicitur quòd locus sophisticus est apparens habitudo termi ni inferentis ad terminum illatum. Ar- guitur primo quòd non. nam locus soli corpori debetur, ut patet primo & ter tio physi. sed argumentatio non est cor- pus. ergo nulli argumentationi debetur locus, & per consequens est falsum, vi- delicet, ꝙ sit aliquis locus sophisticus.

2 Secundo. fallacia debet diffiniri per rationem apparentię, cũ fallacię distin guantur per causas apparentię ut mul- tipliciter patebit, sed in prędicta differẽ tia non ponitur causas apparentię. ergo non est bona.

OPPPOSITVM.

Sed contra est Doc. S. in litera.

CONCLVSIO.

Pro responsione dubij. primo sciendum est quòd post quam Doc. S. determinauit de quinque metis ad quas sophista nititur videri ducere suum respondentem vt uideatur sciens. hic consequenter

inducit

inducit modos arguēdi quibus sophista vtitur ī arguēdo. tales aūt modi sunt, videlicet. 7. ī dictione & 7. extra dictionē. prius aūt determinat de modis, siue de fallaciis in dictione, q̄ de fallaciis extra dictionē, quia licet res simpl̄r præcedāt voces, tamen in disputatione sophistica voces præcedunt res. vtimur igitur vocibus pro rebus. antequam vero ipse determinet de fallaciis in dictione in speciali, prius determinat de eis in generali ponendo diffinitionem fallaciæ in dictione, & diuisionem eius in species earum præponendo diffinitionem loci sophistici, siue fallaciæ in communi & diuisionem eius, quia innata est nobis via a communioribus ad speculabilia procedere, vt patet primo physi.

Secundo sciendum quod locus est duplex scilicet locus dialecticus & sophisticus. quid autem sit locus dialecticus & quomodo dicitur patuit in tractatu de locis. locus vero sophisticus est apparēs habitudo termini inferentis ad terminū illatum, & diuiditur in locum apparentem maximum, & locum differentiæ maximum. locus apparens maximus est ipsa propositio quæ apparet esse viciosa propter aliquam conuenientiam quam habet cum maximis veris sicut est ista. uox est vna. ergo subiectum est vnum, quia vnius rei est vnica forma. vel illa, de quocunque prędicatur genus & species. & est aduertendum quod sicut locus verus firmitatem præstat argumentationi dialecticæ, ita locus sophisticus, siue apparens præbet firmitatem argumētationi sophisticæ, & sicut in argumentatione dialectica reperiuntur veræ maximæ, ita in argumentatione sophistica reperiuntur apparētes maximæ, vt de quocunque prædicatur genus & species.

Tertio sciendum q̄ locus & sedes possunt considerari dupliciter. vno modo proprie, vt scilicet locus est terminus corporis continentis immobilis primū & sedes est illa in qua homo quomodocunque quiescit, & sic argumentatio nō firmatur in loco. alio modo accipiuntur transumptiue siue similitudinarie quia sicut in sede hō quiescit, & stabilitatur, ita per locū argumentatio firmatur, & sic locus & sedes bn̄ attribuuntur argumētationi. p̄ hoc aūt soluūtur duo argumēta ante oppositum, quia peccant in fallacia æquiuocationis in secundo mō.

Quarto sciendū q̄ fallacia pōt tripliciter cōsiderari. vno mō ut per eā argumentatio sophistica apparenter confirmatur, & sic vocat̄ locus sophisticus, idest apparēs, & isto modo fallacia diffinitur sic. Fallacia est habitudo apparēs termini inferētis ad terminū illatū. alio mō accipit̄ fallacia actiue vt est cā fallendi. & tūc diffinitur sic. Fallacia est idoneitas decipiēdi faciēs credere de non ente, q̄ sit ens, & de ente q̄ sit nō ens mediante phātastica visione, & licet non ens non possit fieri ens simpl̄r, tn̄ pōt apparēter. Tertio accipit̄ fallacia passiue & diffinit̄ sic. Fallacia est deceptio cāta in rn̄dente, p̄ueniēs ex cōuenientia termini inferētis ad terminum illatū. ex quo patet q̄ de fallacia diuersis rōnibus considerata dantur diuersæ diffinitiones. patet etiam q̄ licet locus dialecticus & sophisticus sint idem realiter, differunt tamen secūdum rationem, & per hoc patet solutio ad tertiū argumentū ante in oppositū.

Conclusio prima. prædicta diffō fallaciæ est bn̄ assignata, probatur auctoritate Doc. S. ī litera, & per conditiones bonæ diffinitionis, & licet in ista non ponatur cā apparēs explicite, datur tn̄ intelligi per hoc q̄ dr̄ apparens conuenientia termini inferētis ad terminū illatū, vt inferius plenius patebit, & p̄ hoc patet solutio ad quartū argm̄ ante in oppositum.

Cōclusio scd̄a. locus dialecticus & sophisticus formaliter drn̄t, licet conueniāt materialiter. prima ps patet quod syll̄us dialecticus & sophisticus differūt formaliter. ans̄ patet p̄ ea q̄ prius dicta sunt in scd̄a lectione. ↄn̄tia patet, quia dr̄ia in effectibus facit diuersitatem in causis. scd̄a pars patet, q̄a in uno & eodē syll̄o materialiter capto pōt esse locus dialecticus & sophisticus. ergo conueniūt materialiter. ans̄ patet ut hic animal rationale currit. ergo homo currit.

iste est locus dialecticus. s. a diffinitione ad diffinitũ, & ibi est locus sophisticus, s. petitio principij, quia tertius termin⁹ s. currit notiori modo conuenit termino illato. s. homini quam termino inferenti, scilicet, animali rationali.

Vnde aduertendum est ꝙ prædicata essentialia siue prædicata quæ cõsequũtur essentiam sicut proprię passionis notiori modo conueniunt superiori quam inferiori, & ideo arguendo ab inferiori ad suum superius respectu horũ prędicatorũ semper est fallacia petitionis principij, q̃a in oĩ bona argumentatione dialectica oportet ꝙ antecedens sit notius consequente, aliàs probaretur notũ ꝑ ignotius, sed prædicta accidentalia ecõtra notiori modo conueniunt inferiori quam superiori, quia non superioribus nisi in inferioribus, & ideo quando arguitur a superiori ad inferius respectu talium prædicatorum semper est fallacia petitionis principij, & hoc simpliciter loquendo, quia quo ad aliquem rñdentem posset esse bonus locus dialecticus qui tñ esset simpliciter sophisticus, vt si sic arguat̃. sortes est risibilis, ergo homo est risibilis. ibi simpliciter est loc⁹ sophisticus, s. petitio principij, quia vt dictum est risibile cum sit propria passio hominis notiori modo conuenit homini quam sorti. tamen quo ad aliquem potest esse uerus locus dialecticus, quia illud prædicatum risibile potest alicui respõdenti notius inesse sorti quam homini. ex quo patet ꝙ nullus locus põt dici simpliciter dialecticus & sophisticus, sed dialectic⁹ simpliciter & sophisticus, ergo ad aliquem uel econtra.

Dubitatur primo, quid est causa apparentię, & quotuplex est.

Respondetur primo ꝙ causa apparentiæ est quæ facit credere quod non est, vel sic, causa apparentiæ est apparens conuenientia termini inferentis ad terminum illatũ, & uocatur cã apparẽtię, q̃a facit argumentũ apparere bonũ esse cum tamen nõ sit, uocatur ẽt alio nomine primum motiuũ qđ mouet hominẽ, vt argumento sophistico assentiat, ut in isto argumento tu cognoscis ueniẽtẽ & choriscus est ueniens. ergo tu cognoscis choriscũ. cã apparẽtię est conuenientia accidẽtis ad subiectum quæ tñ plurimũ in gñe differũt, sed cã defectus siue principium defectiuũ, aut cã existentiæ qđ idem est, est illa quæ falsificat creditum. vt in prędicto argumẽto cã defectus est diuersitas subiecti & accidentis, uñ hæc duo. s. cã apparentiæ & cã defectus req̃rũtur ad quamlibet fallaciam, ut in isto exẽplo, omnis homo est cęlum. lapis est homo. ergo lapis est cęlum, & si non esset cã defectus, nulla esset fallacia, quia ibi nulla esset deceptio. dr̃ secũdo ꝙ duplex est cã apparentiæ q̃dam est q̃ sumitur ex parte uocis, quædam ex parte rei. cã apparentiæ q̃ sumitur ex parte uocis est, qñ ꝑꝑ unitatem uocis credimus unitatem in significato, & quia hæc uox canis est una, credimus quod hẽat unũ significatum, sed cã apparentiæ quæ sumitur ex parte rei est qñ ꝑꝑ unitatẽ alicualẽ duorũ in tot sed credimus illa esse in eodẽ simpliciter, ut ꝑ ꝯuenientiã subiecti & accidentis credimus illa simpliciter esse eadem.

Dubitat̃ secundo ꝑ qđ distinguant̃ fallacię formaliter & specifice, uĩ. n. ꝙ non differant per cãm apparẽtiæ, q̃a illa est eadem in omnibus fallacijs neque apparent conuenientia termini inferentis ad terminũ illatũ, neq;. n. distinguunt̃ ꝑ cãs defectus, tum primo, q̃a talis etiam reperitur eadã in oĩbus. tũ secundo q̃a nihil priuatiuũ cãt distinctionẽ specificã.

Dicendũ ad dubiũ ꝙ fallacię ẽm textum distinguuntur specifice per distinctionẽ cãrũ apparentiæ, & non per distinctionẽ cãæ defectus. cuius ratio est quia sicut se habent maximę ad locos dialecticos, ita causæ apparentię ad locos scientificos, sed loci dialectici distinguuntur formaliter secũdum distinctionem maximarum, ut patet per phil. in topicis, igitur loci sophistici distinguũtur per causas apparentiæ.

Contra loci sophistici & fallaciæ idẽ sunt. ergo &c. Ad argumentum dicendum, quod licet omnes fallaciæ hẽant can-

eandem causam apparẽtiæ genericam, quælibet tamen hẽt unã cãm apparẽtię specie distinctã ab alijs ut infra patebit.

SOLVTIO.

Solutiones ad primum & secundũ patent in tertio notabili. Ad tertium patet solutio in quarto nota. Ad quartum patet solutio in prima conclusione.

Ad quintum dicendũ, ꝙ uel illi termini tenẽtur eodem modo uel diuersimode. si primum sic est bonus syllogismus in forma, quia ibi est necessitas consequẽtiæ, sed est falsus in materia, quia sicut conclusio est falsa ita aliqua præmissarum, & sic est syllogismus peccans in materia tantum; si uero termini sumantur diuersimode, tunc ibi non est syllogismus bonus in forma, quia ibi sunt quattuor termini uel plures, sed est bonus in materia, idest non peccat in materia, quia ambæ præmissæ sunt ueræ & conclusio non sequitur impedientia facta æquiuocationis in primo modo.

QVAESTIO VI.

De diffinitionibus specierum metæ.

QVÆRITVR sexto. Vtrum diffinitiones specierum metæ sint bene assignatę in textu.

Arguitur contra singulas, & primo contra primam probando ꝙ non est bene assignata, quia aliquis problematice tenebit simul & in eadem disputatione duas partes contradictionis, uidelicet, ꝙ impossibile est ꝙ in in eodem composito possint esse plures formæ substantiales, & quod in eodem composito sunt & possunt esse plures formę substantiales, & tamen non dicit redargutus. ergo contra affirmationem redargutionis. Et confirmatur, quia aliquis concedendo duo contradictoria dicitur esse redargutus, & tamen non concedit quod negauit nec econtra. ergo male dicitur quod redargutio est præconcessi negatio uel econtra.

Secundo arguitur. altera pars contradictionis est falsa. ergo meta falsi non differt a meta redargutionis.

Tertio. quia quid conceditur a respondente inopinabile est ab eo. aliter magis moueretur ad negandum. ergo inopinabile non est meta. Et confirmatur, quia concedere terram minorem sole est contra opinionem plurium, tamen respondens concedens illam cum sit uera, non ducitur ad inconueniens. igitur.

Quarto. in ista, homo est homo est repetitio vnius & eiusdem dictionis, & tamen ibi non est nugatio. igitur.

Quinto in ista oratione. exaudi exaudi me domine est unius eiusdem dictionis ex eadem parte repetitio, & tamen nõ est nugatio. igitur &c.

OPPOSITVM.

In oppositum tamen arguitur per Doc. S. in littera.

CONCLVSIO cum solutione.

Sciendum primo quod postquam Doctor Sanctus posuit diffinitionem & diuisionem in littera metæ. hic consequenter ponit diffinitiones membrorum siue specierum eius, & primo ponit diffinitionem redargutionis, quia est perfectior inter alias metas, ut patuit superius. dicit igitur quod redargutio est præconcessi negatio uel prænegati concessio ui argumentationis in eadem disputatione, quando etiam aliquis concedit quod prius negauit, uel negat id quod prius concessit, & hoc ui argumentationis in eadem disputatione dicitur redargutus. notanter dicit ui argumentationis, quia si aliquis sponte concederet duo contradictoria non esset redargutus. dicitur etiam in eadem disputatione, quia si hic respondens ui argumentationis hodie dicat unum & cras oppositum, non dicitur redargutus. est autem hoc aduertendum quod aliquis potest concedere id quod prius negauit dupliciter. uno modo formaliter, ut si quis diceret. carnes crudas non com-

comedisse, & per hunc paralogismum. quicquid heri emisti, hoc hodie comedisti, sed carnes crudas emisti, ergo carnes crudas comedisti, concederet se carnes crudas comedisse, & concederet formaliter id quod prius negauit, quia qui negat unũ cõtradictorium concedit reliquum: vt si quis negaret hanc propositionem. omnis homo currit, & postea vi argumentationis negaret, quidam homo non currit. concederet illud quod prius negauit: quia negando quidam homo nõ currit cõcedit suum contradictoriũ, scilicet omnis homo currit.

Secundo sciendum quòd falsum est aliquod manifeste falsum ad quod opponens sophista nitit videri ducere suũ respondentem: vt si quis concederet ꝙ sidus cęleste currit vi huius argumenti: omnis canis currit. sidus cæleste est canis. ergo sidus cæleste currit: in prædicta diffinitione ponitur manifeste: quia si respondens concederet aliquid falsum occultum non duceret ad metam: quia opponens sophista nõ esset apparens. & per consequens frustraretur suo fine. & hic est aduertendum quod forma capitur dupliciter. vno modo pro falso quod est in re. alio modo pro falso quod est in voce. falsum quod est in re nihil aliud est quam quædam inordinatio partium siue totius, sicut homo claudus diceretur falsus. falsum autem quod est in voce capitur dupliciter. vno modo transcendenter scilicet ut opponitur vero quod conuertitur cum ente, & sic quælibet uox potest significare falsum. alio modo accipitur prout est inadæquatio rei non intellectæ ad intellectum, & hoc dupliciter. uel ut est inadęquatio rei non intellectę ad intellectum simplicem. uel ut est inadequatio rei nõ intellectę ad intellectũ cõponentẽ & diuidentẽ, & sic sola propositio significat falsum, & isto modo capitur dupliciter, uno modo pro falso simpliciter, & sic reperitur in omni meta. alio modo pro falso manifesto, & hoc dupliciter, uel per respectum ad concessum respondentis siue ad opinionem hominum, & sic reperitur in meta redargutionis, & inopinabilis. alio modo accipitur falsum ꝓ manifeste falso absolute, & isto modo capitur ut est meta distincta ab aliis.

Tertio sciendum, quod inopinabile est quod est contra opinionem omnem plurium, quod tamen non est manifeste falsum. ut si quis negaret stellam maiorem esse tota terra, & ad hanc metam reducuntur illi qui dicunt contra doctorem suum ut si sit Thomista & dicit contra sanctum Thomam, similiter Albertista contra Albertum, & Paulista contra Paulum, & Scotista contra Scotum reducitur ad hãc metã, & sic simĩr oẽs sectę uĩr reducũtur ad hanc metã qñ aliquid contra philosophum affirmatur sicut fecit Scotus in lib. metaphysi. in capitulo de uniuocatione entis. in illa autem materia reduxit se ipsum ad metam inopinabilis. ut clarissime patet quarto, & vndecimo *metaphysicæ*. & est hic aduertendum, *quod inopinabile capitur* dupliciter. uno modo negatiue pro omni illo quod non potest opinari ab aliquo, & sic nihil quod exprimitur est inopinabile. alio modo accipitur inopinabile pro omni illo quod non potest opinari uere, & opponitur inopinabili quod idem est quod probabile, & ideo isto secundo modo capitur inopinabile tripliciter, sicut & probabile dicitur tripliciter, sicut patuit ex præcedentibus quoddam enim est inopinabile ab omnibus, vt quod totum non sit maius suis partibus. aliud est inopinabile a pluribus ut scilicet quod mater non diligat filium suum. aliud est inopinabile a sapientibus, ut quod terra non sit maior sole.

Quarto sciendũ, quod solęcismus est uitium in contextu partium orationis contra regulas artis grammaticæ factum, ut uir alba, & homo currit. ad hãc metam potest aliquis sic duci. secana & musa terminantur in. a. sed musa est feminini generis. ergo & secana qui est fluuius. uel sic. tu scis hoc & hoc

hoc est lapis.ergo tu scis lapis. nugatio est unius & eiusdem ex eadē parte inutilis repetitio,& dicit unius & eiusdem ex eadem parte, quia si idem ponatur in diuersis partibus orationis non erit nugatio,ut hic,homo est homo, & per hoc soluitur, quartum argumentum, & ponitur inutilis repetitio,quia si idē repetatur causa maioris expressionis nō erit nugatio,ut hic,Deus Deus meus respice in me,& ꝓpter hoc soluitur quintum argumentum.

Et est aduertendum ꝙ repetitio pōt intelligi ꝙ sit eiusdem tripliciter. vno modo secundum rem tm̄ & non ſm vocem,ut hic hō rōnalis.alio modo secundum vocem tantum, ut hic populus, & populus currit & non currit.alio modo ſm rem & uocem simul,ut homo homo currit.& licet istis tribus modis ex dictis reducatur ad metam nugationis, realiter tamen per secundum & tertium apparenter reducitur, igitur principaliter est hæc rñsio de duobus ultimis modis, qa ut dictum est sophista vult apparere & videri.Cōclusio prima.prædictæ diffinitiones sunt bene assignatę.probatur hæc conclusio per ꝯditiones bonæ diffinitionis.Est tamen aduertendum ꝙ p̄dictæ diffin tiones non sunt proprie diffinitiones,sed magis declarationes & diffinitiones quid nominis, & licet coincidant materialiter, nō tamē formaliter: ut ex dictis patet.Conclusio secunda p̄dictæ metæ pertinet ad diuersas scientias.probatur per Doc S. quia redargutio est contra metam ad quam pertinet consideratio primi principij. s.quod cō tradictoria non sunt simul uera. Falsum est contra scientiam naturalem & mathematicam in quibus ueritas est manifesta.Inopinabile uero est contra dialecticam,quæ procedit ex probabilibus, quæ sunt ſm opinionem omniū uel plurium uel sapientium. Solæcismus est cō tra grammaticam, quæ docet congrue loqui. Nugatio uero est contra rhetoricam,quæ docet ornate loqui. Est tamen aduertendum,quod licet istæ metę principaliter pertineant ad diuersas scientias, tamen omnes possunt reperiri & ordinari ad singulas scientias quia in qualibet scientia respondens potest reduci ad singulas metas.

Dubitatur postremo de cautelis, sed quia superius tractatum est, nihil dicemus amplius. Solutiones ad argumenta patent,ut dictum est in notabilibus.

QVAESTIO VII.

De numero fallaciarū in dictione.

Quæritur septimo.Vtrum tātum sint sex fallētiæ in dictione.

Arguitur primo ꝙ nō probando ꝙ nulla est fallacia in re. ergo nulla est fallacia in dictione.antecedens est notum per philosophum in elenchis,& per D.S.in p̄senti lec.patet consequentia,quia sicut est aliqua causa apparentię ex parte uocis,ita aliqua causa apparentiæ ex parte rei,ut patuit in præcedenti lectione.

Secundo septē sunt fallentiæ extra dictionem,ut patet 1.elēch.ergo & septem sunt in dictione.patet cōsequētia: quia tot modis dr̄ unum oppositorum quot modis dicitur reliquum, ut patet 5.metaphy.& 3.elencho.

Tertio.est tātum triplex multiplex.s. actuale potentiale & phantasticum,sed quælibet fallacia habet fieri circa aliquod multiplex ut patet in textu. ergo tantum fallaciæ sunt in dictione.

Quarto.amphibologia,cōpō,& diuisio habent fieri in oratione. ergo nō in dictione,patet consequentia per locum a disparatis,& per consequens sunt tantum tres fallacię in dictione.

Quinto.fallacia figuræ dictionis non habet fieri circa aliquod multiplex, cū dictiones in ea nō plura significēt.ergo nō est fallacia in dictione,& per ꝯñs nō sunt sex,patet ꝯñtia, qa oīs fallacia in dictione hēt fieri circa aliqđ multiplex.

OPPOSITVM.

In oppositum arguiť ꝑ philosophū.1. elencho.& per Doc. S.in præsenti lect.

CONCLVSIO.

Sciendum primo pro responsione, quod postquam Doctor Sanctus posuit diffinitionem fallacię in communi, hic consequẽter ponit diuisionem fallacię & sub diuisionem vnius membrorum diuidentium dicens, quod locorum sophisticorum siue fallaciarum quędam sunt in dictione, quædam extra dictionem. Cuius diuisionis ratio est, quia omnis fallacia habet causam apparentiæ, vel ergo sumit causam apparentię ex parte vocis vel ex parte rei. si primum, sic est fallacia in dictione. si secundum, sic est fallacia extra dictionem. Et dicitur fallacia in dictione, quia sumit causam apparentiæ ex parte dictionis, & capitur dictio pro voce, sed vocatur fallacia extra dictionem non quod habeat fieri extra dictionem, sed quia non sumit causam apparentię ex parte dictionis, sed ex parte rei, quando enim propter aliquam conuenientiam rerum credimus eas cõuenire simpliciter decipimur per fallaciam extra dictionem, vt quãdo per cõuenientiam essentialem animalis & hominis credimus, quod quicquid prædicatur de uno prædicetur de alio, decipimur per fallaciam accidentis, sic arguendo animal est genus, omnis homo est animal. ergo homo est genus, sed quando per identitatem dictionis credimus vnitatem in significato decipimur per fallaciam in dictione, vt quãdo propter vnitatem istius uocis canis credimus unitatem significatorum, quia sicut uox est una, ita significatum est unum decipimur per fallaciam in dictione sic paralogizando. omnis canis est latrabilis, sidus cęleste est canis, ergo sidus cęleste est latrabile.

Sciendum secundo, quod dictio potest accipi dupliciter. vno modo prout distinguitur contra orationem, & sic non accipitur in pręsenti lectione, quia sic fallacia amphibologię non esset fallacia in dictione. alio modo capitur pro omni dictione siue complexa siue incomplexa, & hoc modo dupliciter. uno modo pro uoce iã imposita ad significandum inquantum talis uox dicitur dictio, & sic accipitur hic. alio modo accipitur scilicet pro uoce, scilicet ante impositionem nominis ad significandum, & sic sumitur dictio quando dicitur quod est fallacia in dictione. Ex quo patet solutio ad quartum argumentum.

Ex prædictis etiam patent diffinitiones fallacię in dictione, & extra dictionem, quia fallacia in dictione est, quæ sumit causam apparentiæ ex parte uocis uel dictionis, sed fallacia extra dictionem est, quæ sumit causam apparentię ex parte rei.

Et si quæratur quare fallacia extra dictionem non uocatur fallacia in re, cum sumat causam suam ex parte rei.

Respõsio huius est, quia finis sophistę est ducere suum respondentem ad aliquod inconueniens, ut ex dictis patet, sed hoc non potest facere, nisi exprimendo mentis conceptum. res autem non possunt exprimi nisi per uoces & dictiones. igitur magis dicitur fallacia extra dictionem quam fallacia in re, ad denotandum, quod talis deceptio fit in dictionibus, non tamen quod ex parte dictionis causetur, sed ex parte rei.

Sciendum tertio, quod cum omnis fallacia habeat fieri circa aliquod multiplex, necessarium est scire diffinitionẽ & diuisionem multiplicis. unde multiplex est dictio uel oratio uere uel apparẽter plura significãs. In qua diffinitiõe dr̃ dictio uel orõ pp multiplex amphibologię compositionis & diuisionis, deinde ponitur uere uel apparenter propter multiplex figuræ dictionis, quod est phantasticum siue apparens, & diuiditur in multiplex actuale, potentiale, & phantasticum, cuius diuisionis ratio est, quia omne multiplex significat plura, ut patet per diffinitionem prius positam, uel significat plura uere uel apparenter. si secundum sic est multiplex phantasticum idest, apparẽs. si primum hoc est dupliciter, uel tale multiplex manet idem actualiter & secundum substantiam uocis & modum proferendi

di,& sic est multiplex actuale, vel manet idem secundum substantiam & nō secundum modum proferendi,& sic est multiplex potentiale.

Sciendum quarto, ꝙ multiplex actuale est quando dictio uel oratio eadem secundum subiectum & modum proferendi uere plura significat, sicut hæc vox canis manens eadem secundū substantiam & modum proferendi significat canem latrabilem, sidus cæleste, piscem marinum. In prædicta diffinitione ponitur dictio propter fallaciam æquiuocationis, & ponitur oratio propter fallaciam amphibologię, & ponitur eadem secundum substantiam & modum proferendi ad differentiam multiplicis potentialis, deinde ponitur vere ad differentiam multiplicis phantastici, sed multiplex potentiale est quando dictio vel oratio eadem secundum substantiā & modum proferendi uere plura significat. Exemplum de dictione, ut homo vel populus, de oratione ut album esse nigrum est possibile, & ponitur dictio propter fallaciam accidentis, deinde ponitur oratio propter fallaciam diuisionis & compositionis, & ponitur non secundum modum proferendi ad differētiam multiplicis actualis, finaliter ponitur uere ad differentiam multiplicis phantastici, sed multiplex phantasticū est dictio apparenter plura significans, & ponitur apparenter ad differentiam aliorum multiplicium.

Conclusio responsalis ad quæsitum. tantum sunt sex fallaciæ in dictione, videlicet, fallacia æquiuocationis, amphibologię, cōpositionis, & diuisionis, accentus, & figuræ dictionis, probatur primo per sufficientiam quam tangit Doctor Sanctus, in lectione. nam omnis fallacia in dictione habet fieri circa aliquod multiplex, ergo habet fieri circa multiplex uerum uel circa multiplex apparens. si secundum sic est fallacia figuræ dictionis. si primum hoc est dupliciter, uel quia uel habet fieri circa multiplex actuale uel potentiale. si primum hoc est dupliciter uel habet fieri in dictione simplici, & sic est fallacia æquiuocationis uel in oratione, & sic est fallacia amphibologiæ, si secundum hoc est dupliciter uel habet fieri in dictione simplici, & sic est fallacia accentus uel in oratione, & hoc est dupliciter quia uel talis oratio in sensu composito est falsa, & in sensu diuiso est uera, vel econuerso. si primum sic est fallacia compositionis. si secundum sic est fallacia diuisionis, probatur etiam prædicta ꝯclusio auctoritate philosophi in 1. elench. inductiue, patet & syllogismo inductiuo sic. æquiuocatio fit aliquo istorum sex modorum. amphibologia fit aliquo istorum sex modorum, & sic de omnibus alijs fallacijs in dictione. ergo omnis fallacia fit aliquo prædictorum modorum, & per consequēs sunt tantum sex fallentiæ in dictione. Syllogismus probatur sic. oīs deceptio proueniens ex eo quod ijsdem nominibus uel orationibus non idem significamus fit aliquo prædictorum modorum, sed omnis fallacia in dictione est deceptio proueniens ex eo quod ijsdē nominibus uel orationibus non idem significamus. ergo oīs fallacia in dictione fit aliquo istorum sex modorum. probatur minor nam omnis multiplicitas fit ex eo quod ijsdem nominibus uel orationibus non idem significamus, sed omnis fallacia in dictione fit ratione alicuius multiplicis, ut dictum est. ergo omnis fallacia in dictione fit ex eo quod ijsdem nominibus uel orationibus non idem significamus: ꝙ fuit probatum, ex quo patet, ꝙ tantū sex sunt fallentiæ in dictione.

Dubitatur de ordine fallaciarum in dictione. Dicendum ꝙ fallentiæ ordinātur secundum earum causas apparētię, qa uerior est causa apparentiæ in fallacijs, quæ habent fieri circa aliquod multiplex actuale quam in his, quæ respiciunt multiplex potentiale, quod sic patet, quia maior est causa apparentię, quod uox quæ est una tam secundum substantiam quam secundum modum proferendi habet unum significatum tā tum, quam quod illa uox quæ est una se

cundum substantiam tantum & non ſm modũ proferendi debeat tm̃ vnũ significare. sed in fallacijs spectantibus circa multiplex actuale est vnitas vocis secundum substantiam & modum proferendi. ergo fallaciæ æquiuocationis & amphibologię, quę respiciunt multiplex actuale pcedunt fallaciã cõpõnis & diuisionis & accentus, quæ respiciunt multiplex potẽtiale, & quia multiplex phãtasticum est apparens tm̃, ideo vltimo determinatur de fallacia figurę dictionis, quę respicit multiplex phantasticum.

Dubitatur secundo. vtrum in eodem paralogismo possint esse plures fallacię in dictione, videtur quod sic, quia in isto paralogismo, quęcũque sunt duo & tria sunt paria & imparia, sed quinque sunt duo & tria. ergo sunt paria & imparia, ex parte maioris est fallacia cõpõnis, quia in sensu composito est falsa, ex parte minoris est fallacia diuisionis, quia in sensu diuiso est falsa. ergo in eodẽ paralogismo sunt plures fallacię in dictione.

In contrarium arguitur. quia fallacię sunt specifice distinctæ: ut ex dictis patet. ergo in eodem paralogismo nõ possunt esse plures fallaciæ. Dicendum breuiter ad dubium, quod in eodem paralogismo materialiter sumpto possunt esse plures fallacię, non tamen formaliter, & licet in prædicto paralogismo sint duę, hoc tamen est secundum diuersas rationes & diuersas præmissas, & per hoc patet solutio ad dubium.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum negando consequentiam, quia licet aliqua fallacia sumat causam apparentię ex parte rei, tamen illa non debet dici proprie fallacia in re, sed fallacia extra dictionem, cuius ratio est, quia fallacia est instrumentũ sophistę, cuius finis est, deducere suum respondentem ad aliquod inconueniens, sed hoc non potest facere nisi exprimendo mentis conceptum. res autem non possunt exprimi nisi per voces & dictiones potissime in disputatione soluta. igitur magis talis fallacia dicitur fallacia extra dictionem quam fallacia rei. Ad secundum dicendũ, ꝙ loquendo de oppositis proprie dictis & formalibus tot modis dicitur vnum oppositorum quot modis reliquum. hoc tamen non est vniuersaliter de oppositis communiter sumptis. prędicta autem diuisio fallacię in communi non est diuisio per oppositas res, sed per oppositas rõnes vnde rõ non sequitur. Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ licet sit tantum triplex multiplex in genere, plura tamen sunt in specie vt in prædicta sufficientia patuit. Ad quartũ patet solutio ex dictis. Ad quintum dicitur, quod licet fallacia figurę dictionis non habeat fieri circa aliquod multiplex, verum tamen habet fieri circa multiplex apparens vt dictum est supra.

QVÆSTIO VIII.

Vtrum necesse sit vnum nomen plura significare.

QVAERITVR octauo. Vtrum necesse sit unũ nomẽ plura significare. Arguitur primo ꝙ nõ, auctoritate philosophi 4. metaphy. dicẽtis, ꝙ impossibile est unũ nomen plura significare. ergo non est necesse unum nomẽ plura significare q̃a necesse & impoſſe ꝯriantur. idẽ Doc. S. in eodẽ loco.

Secundo non contingit unum plura sign̄are, patet consequentia, q̃a quicq̃d intellectus potest exprimere per uocem potest intelligere. ergo si non potest intellectus simul plura intelligere, unum nomen non poterit plura simul significare.

Tertio. quod non unum significat nihil significat in quarto metaphysi. in secundo tractatu in capitulo secundo. sed nomen plura significans non tantum unum significat. ergo nomen plura significans nihil significat, quod est implicare contradictionem. ergo &c.

Quarto unius rei est unica forma, sed significatio est forma essentialiter dictionis. ergo impossibile est quod unum nomen plura significet.

Quinto

Quintoq̃ nõ significat ens nihil significat, sed nomẽ plura significãs nõ significat ens, quia non significat vnum, quia vnum & ens conuertuntur. 4. & xi. metaphy. ergo nihil significat.

OPPOSITVM.

In oppositũ arguit̃ per Philosophũ primo elench. qui dicit, q̃ necesse est vnum nomen plura significare, & per Doc. S. in præsenti lectione qui dicit, q̃ triplex est multiplex.

CONCLVSIO cum solutione.

Sciẽdũ primo ꝓ rñsione ẽm philosophũ. 5. meta. capl̃o necessariũ, q̃ necessariũ capitur quattuor modis. vno modo ꝓ necessitate coactionis vt si aliquis coacte daret denarios suos. alio modo accipitur pro necessario absolute vt q̃ triangulus hẽt tres angulos. tertio mõ accipit̃ necessariũ ꝓ necessitate finis, & hoc mõ dupliciter. vno mõ simpl̃r, vt si hõ vellet viuere necesse est vt comedat. alio modo accipit̃ ꝓ necessario ꝯgruẽtię vt si hõ vellet trãsire fluuium necesse est vt hẽat nauẽ, posito q̃ possit trãsire sine naue. Isto aũt vltimo mõ accipitur hic necessariũ qñ dr̃ q̃ necessariũ est unũ nomẽ plura sign̄are, idest, si homo uelit exprimere omnes res per uoces, necesse est unum nomen plura significare.

Secundo sciendum est, q̃ quia modus significandi fundatur supra modum intelligendi. ideo ad uidendum de modo sign̄ationis noĩs, necesse est animaduertere modum nostrum intelligendi. unde considerandum est q̃ intellectus simul plura per unã speciem intelligibilẽ apprehendere potest, & patet quod simul potest intelligere plura per unã speciem intelligibilem per modum unius. intelligere aũt plura per modum unius est intelligere simul plura per unam speciẽ intelligibilẽ, sed intell̃us nõ põt ĩtelligere pl̃a p̱ modũ pluriũ, q̃a intelligere p̱ modũ pluriũ est ĩtelligere simul plura p̱ plures spẽs intelligibiles. & quia in intellectu nr̃o non possunt esse plura p̱ plures species intelligibiles. tum primo quia una species totaliter perficit intellectum actu. tum secundo, quia sicut vnum corpus non potest simul perfici diuersis figuris uel diuersis coloribus, ideo impossibile est intellectum simul plura intelligere per modum plurium, hoc est secundum diuersas rationes significandi & concipiendi.

Tertio sciendum, quod nomẽ potest capi dupliciter. vno modo materialiter, videlicet, pro uoce nuda ante impositionem, & sic dicitur unum materialiter. alio modo pro uoce iam imposita ad significandum, & isto modo potest dici unum formaliter quod est impositum ad significandum vnum, uel plura secundum eandem rationem significandi & vnam impositionem nominis, loquendo autem de nomine vno secundo modo impossibile est vnum nomen plura significare per modum plurium, quia intellectus, vt dictum est, nõ potest intelligere simul plura per modum plurium. ergo unum nomen formaliter vnum non potest plura significare per modum plurium, sed bene per modum unius, sicut homo significat Sortem, Petrum, & Iacobum, & cętera indiuidua inquantum conueniunt in humanitate.

Conclusio responsalis. Necesse est nomen materialiter vnum, diuersum tamen formaliter plura significare, quod patet primo rñso. Nam nomina æquiuoca, sicut canis significant plura per modum plurium. ergo & cęt. Illud patet ratione Philosophi primo elenchorum. nam res sunt quodammodo infinitę, nomina vero finita ergo necesse est vnum nomen plura significare necessitate finis & congruentię, videlicet, si congrue in disciplina omnes res debent exprimi, congruum est vnũ nomen plura significare mõ exposito.

Dubitatur primo quare intellectus non potest plura intelligere.

Dicendum breui pro nunc, quod huiusmodi ratio est, quia impossibile est idẽ subiectum secundum idem informari diuersis speciebus eiusdem generis, sed species intelligibiles diuersæ sunt eiusde

de

dem generis, cum sint perfectiones eiusdem potentiæ intellectiuę. ergo impossibile est, quod intellectus simul informetur diuersis speciebus intelligibilibus, vt simul actu plura intelligat p modum pluriū. Et licet diuersę res præsentiales, quæ intelliguntur differant genere, tamen species omnes intelligibiles, quæ intelliguntur sunt eiusdem generis, vt dictum est.

Dubitatur secundo. utrum significatio sit forma dictionis. Dicendum quod dictio capitur dupliciter. uno mō in sēsu composito vt significatiua est, & sic signi ficatio est forma realis dictionis alio modo capitur in sensu diuiso, uidelicet, pro illa voce, quæ imponitur ad significandum, & hoc modo modus proferendi est eius forma realis, & significatio uero eius forma accidentis. Vnde si dictio accipiatur primo modo, tunc non potest habere nisi vnum significatum si sit una formaliter. si tamen accipiatur secundo modo sic potest habere significata plura. solutiones clare patent ex dictis.

QVAESTIO IX.

Vtrum fallacia æquiuocationis sit fallacia in dictione.

QVęritur nono. Vtrum fallacia ęquiuocationis sit fallacia in dictione. Arguitur primo q non sit fallacia. Nam nulla est fallacia uniuocationis. ergo nulla est fallacia ęquiuocationis, quia non videtur maior ratio de uno quam de alio.

Secundo. aliqua est æquiuocatio, quę sumitur ex parte rei vt cum aliquis credit aurichalcum esse uerum aurum. ergo fallacia æquiuocationis est fallacia extra dictionem.

Tertio. fallacia æquiuocationis & amphibologię habent fieri circa idem multiplex, videlicet, circa multiplex actuale. ergo non sunt fallaciæ distinctę.

OPPOSITVM.

Sed contra est Doc. S. in præsenti lectione, & Philosophus primo elenchorum.

CONCLVSIO.

Sciendum est primo pro declaratione huius dubij, quod postquam Docto. Sanct. determinauit de fallacijs in communi tam diffinitiue quam diuisiue, hic consequenter incipit determinare de eis in speciali, & primo de fallaciis in dictione per probationem superius adductam. Determinando vero de fallaciis in dictione primo determinat de fallaciis, quæ habent fieri circa multiplex actuale, cuius ratio superius adducta est: inter quas prius determinat de fallacia ęquiuocationis quam amphibologiæ, cuius ratio est duplex primo quia dictio pręcedit orationem, sicut pars integralis suum totum ordine generationis. secus aūt loquēdo de ordine resolutionis, sed fallacia æquiuocationis habet fieri in dictione. amphibologia vero in oratione. ergo &c. secunda est, quia maior est causa apparentię in fallacia ęquiuocationis quam amphibologię cum fallacię ordinentur secundum suas causas apparentię. maior. n. apposita est quod una dictio manens eadem secundum substantiam & modum proferendi magis debeat tm̄ hr̄e vnū significatū quā oratio. igitur prius determinauit de fallacia ęquiuocationis quam amphibologie, cum fallacię ordinentur per suas causas apparentiæ.

Secundo sciendum, quod ęquiuocatio vt dicitur in textu est unius & eiusdem nominis diuersa significatio. In qua diffinitione ponit significatio loco generis, deinde vnius & eiusdem nominis ad differentiam diuersorum nominum, quæ diuersa diuersis impositionibus significant, capitur autem ibi nomen generaliter pro omni dictione incomplexa, quia aliter in verbo non posset esse æquiuocatio, deinde subiungitur diuersa ad differentiam uniuocationis, quia uniuocatio est vnius, & eiusdem nominis eadem signifi-

gnificatio, licet enim uniuocatio significet plura uniuocata, omnia tamen significat una impositione secundum eandem rationem ut patuit in antepredicamentis, & quia etiam ęquiuocatio ꝯsimilia causat secundum analogiam significat plura ſm quod conueniunt in una ratione analogi, ideſt secundum prius & posterius. igitur talis significatio non est penitus diuersa. Vnde non causat fallaciam æquiuocationis si fuerit imposita ad significandum plura per prius & posterius.

Pro cuius declaratione sciendũ tertio. quod duplex est analogum. Nam quoddam est quod ex impositione sisinificat plura, quæ conueniunt in una ratione secundum prius & posterius vt ens significat decem predicamenta secundum prius & posterius. Ex impositione tamen est quod tale non causat fallaciam æquiuocationis nisi reductiue, & respectu aliquorum terminorum qui ponunt differentiam inter terminum inferentem & terminum illatũ. aliter primum principium non esset tutissimum, & licet uocetur æquiuocatio à consimili, non tñ dicitur æquiuocatio simpliciter. aliud est analogum quod plura significat non ex impositione sed est impositum ad significandum unum & transumptiue est dictum ẽt ad significandum reliquum per similitudinem aliquam, sicut ridere ex impositione significat actum hominis, per similitudinem uero est transumptum ad significãdum floritionem prati, & tale causat fallaciam ęquiuocationis in secundo modo, ut infra patebit.

Quarto sciendum, quod fallacia ęquiuocationis actiue sic diffinitur. Fallacia ęquiuocationis est identitas decipiendi proueniens ex identitate vnius & eiusdem dictionis secundum substantiam, & modum proferendi plura significantis, passiue uero sic diffinitur. fallacia æquiuocationis est deceptio proueniens ex actuali unitate dictionis eiusdem secundum substantiam & modum proferendi plura significantis ponitur autem in prædictis diffinitionibus hæc particula dictionis ad differentiam amphibologię compositionis & diuisionis, quæ habent fieri in oratione, deinde ponitur eiusdem secundum substãtiam & modum proferendi ad differentiam accentus qui fieri in dictione habet, quæ remanet eadem secundum substantiam & modum proferendi, finaliter subiungitur plura significantis ad differentiam fallacię figurę dictionis, ꝓpter causam superius adductam. Causa uero apparentię huius fallacię est idoneitas dictionis secundum substantiam & modum proferendi, causa uero defectus est pluralitas significatorum, causatur enim in nobis secundum hanc fallaciam deceptio ex hoc quod credimus quod sicut dictio est vna ſm substantiã & modum proferendi quod debeat habere tantum unum significatum.

Quinto sciendum, quod huius fallacię tres sunt species siue tres modi q cũ exemplis clare patent in textu, quorum modorum sic potest haberi sufficientia. nam fallacia ęquiuocationis prouenit ex eo quod dictio formaliter una plura significat, uel ergo talis dictio significat plura per se, uel ex compositione eius cum alia dictione ratione accidentis grãmaticalis: Si secundum sic est tertius modus. si primum hoc est dupliciter, quia uel principaliter & ęque primo plura significat, uel significat unum principaliter & aliud triansumptiue. si primum sic est primus modus. si secundum sic est secundus modus uel potest formari sufficientia. nam fallacia ęquiuocationis habet fieri circa aliquod multiplex, uel ergo talis multiplicitas causatur ex significatione dictionis uel ex eius consignificatione. si secundum sic est tertius modus. si primum hoc est dupliciter, qa uel talis multiplicitas est proprie dicta uel metaphorice dicta. si primũ sic est primus modus. si secũdum sic est secundus modus.

Conclusio responsalis est, quod fallacia

cia æquiuocationis est fallacia in dictione ab alijs distincta, quod sit fallacia patet per diffinitionem fallaciȩ superius adductam, quod vero sit fallacia in dictione patet, quia sumit causam apparentiȩ ex parte vocis siue dictionis, quia ut dictum est propter unitatem uocis credimus vnitatem significationis, & per hoc decipimur credentes quod non est: quod vero sit distincta ab alijs fallacijs in dictione, quia habet causam apparentiȩ distinctam ab alijs patet. nā ut dictum est causæ apparentiæ huius fallaciȩ in vnitate dictionis eiusdem sūt secundum substantiam & modum proferendi plura significantis. per hoc . n. quod dicitur dictionis distinguit a causis apparentiȩ amphibologiȩ compositionis & diuisionis in quibus est vnitas orationis, sed per hoc quod dicitur eiusdem secundum substantiam & modum proferendi, distinguitur ab accentu vbi est vnitas dictionis secundum substantiam tantum, & non secundum modum proferendi. Et per hoc quod subiūgitur plura significantis distinguitur a fallacia accidentis in qua non est pluralitas vera significatorum, vt ex dictis patet.

Dubitatur primo. vtrum paralogismi huius fallaciȩ soluantur per dictionem alicuius præmissȩ.

Dicendum quod sic, quia omnis propositio multiplex inquantum huiusmodi est distinguenda. nam aut in utroque sensu est vera, aut in vno sensu est uera & in alio falsa. si primum sic est distinguenda non vt non concludatur, sed ad euitandum notam fatuitatis, vt dicit Egidius, hoc est ne uideamur ignorantes, unde qui significata vocabulorum ignorant cito paralogizantur. si secundum sic est distinguenda ne nobis concludatur, cum vero in fallacia æquiuocationis una præmissarum, aut utraque est multiplex, paralogismi eius sunt soluendi non interimendo, sed distinguendo: si tamen medium sit terminus multiplex vtraque præmissarum est distinguenda, cum ponatur medium utrobique. si vero maior extremitas tantum sit terminus multiplex, tunc maior est distinguenda & non minor, sed si maior extremitas tantum sit terminus multiplex, tunc minor est distinguenda & non maior, ut patet exercitantibus se.

Dubitatur secundo. quid sit solutio & quotuplex. Dicendum quod solutio secundum Philosophum primo elēchorum non est aliud quam falsitatis manifestatio. Et quia duplex est manifestatio apparens & recta. igitur duplex est solutio, scilicet apparens & recta. Solutio recta est manifestatio falsitatis sui defectus in propria forma quando, videlicet, respondens ostendit opponēti quod commisit defectum propter talem fallaciam & propter talem rationem in tali uel tali modo ratione huius vel huius termini. Solutio vero apparens est falsitatis manifestatio siue defectus in communi & non in spe iali, ut puta cum respondens dicit opponenti, quod in argumento suo committit fallaciam non ostendendo quare & quomodo. Prima vero solutione pauci vtuntur. secunda vero plurimi & præsertim proterui respondentes dicentes opponenti, quia petit principium in sua probatione, aut quod assumit illud qđ nunquam aliquis doctorum somniauerit, aut quod nihil addit ad propositū, aut quod nihil probat, aut si arguatur per similitudinem dicunt non esse simile, & quod argumentum a simili claudicat, & quod non currit super quattuor pedes, aut etiam quando opponens quęrit de aliquo an habeat contrarium, dicunt quod sic, sed nobis non est notum, aut si opponēs eis dicit vos concessistis hanc propositionem dicent, quod uerum est pro alio sensu & nō pro isto in quo uos proponitis de uno, & sic de similibus transit, quibus doctrinalis disputatio non vtitur, cuius finis est uere scire & non in uanum aerem uerberare ad pompam.

Dubitatur tertio de veritate, aut falsitate huius sophismatis: qui dicit te nō esse hominem dicere verum videtur, ꝙ sit

sit verum patet. Nā quicunque dicit sub stantiam immortalem non esse hominē dicit uerum, quia homo cum sit compositus ex contrarijs necessario corrumpitur, sed tu es substantia immortalis. ergo qui dicit te non esse hominem dicit uerum. Probatio minoris, quicquid nō potest mori est immortale, sed tu es potens non mori. ergo tu es immortalis, cum immortale nihil aliud est quam nō mortale. In contrarium arguitur. nam quicunque dicit non esse quod est dicit falsum & non uerum, ut patet per philosophum primo peryherme. sed qui dicit te non esse, quod es, cum tu sis homo & non bestia. ergo qui dicit te nō esse hominem dicit uerum. Dicendum quod sophisma est falsum, & probatio peccat per fallaciā æquiuocationis tertio modo respectu illius termini immortalis. nam immortale potest accipi dupliciter. uno modo ut idem est quod non potens mori, & sic omne immortale est perpetuum. Et isto modo homo nō est immortalis. alio modo accipitur, ut dictum est pro potens non mori, & isto modo immortale non est perpetuū quomodo dicitur homo immortalis, unde probatio laborat in ęquiuoco.

Dubitatur quarto de isto sophismate interficere proximum bonum esse uidetur, quod sit uerum patet. nam quæcunque expediunt bona sunt, sed interficere proximum est expediens cum aliquando per iustitiam fiat. ergo interficere proximum est bonum. in cōtrariū arguitur. nam nihil ꝙ fit contra legē diuinam est bonum, sed interficere proximum suumest cōtra diuinam legē. ergo &c. Dicendum quod sophisma est falsum simpliciter, & probatio peccat per fallaciam æquiuocationis in secundo modo ex parte illius termini expediens. nam aliquid dicitur expediens dupliciter. uno modo simpliciter & secundum se. alio modo in causis secundum aliquam certam circunstantiam, quicquid est expediens primo modo est bonum, non autem secundo modo, unde licet aliquando mala expediant vt imminente submersionis periculo proiectio mercis in mari, nō tamen propter hoc mala bona sunt: & sic de similibus.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum, negando similitudinem. cuius ratio est, quia in uniuocis inquantum huiusmodi non est aliqua causa apparentię siue defectus sicut in uniuocis. unde non est simile.

Ad secundum dicendum, ꝙ talis deceptio nō sumitur ex parte dictionis, unde non facit fallaciā æquiuocationis qua vtitur opponēs sophista tanq̄ instrumēto ut ducat suum rn̄dentem ad aliquod inconueniens, nec ibi est æquiuocatio, quia æquiuocatio est pluralitas significatorum importata per unnm nomen.

Ad tertium dicendum, ꝙ licet ęquiuocatio & amphibologia habeāt fieri circa idem multiplex in genere, uidelicet circa multiplex actuale habent tamen fieri circa aliud & aliud multiplex in specie ut ex supradictis patet.

QVAESTIO X.

Vtrum fallacia amphibologiæ sit fallacia in dictione ab alijs distincta.

Quæritur decimo. Vtrum fallacia amphibologiæ sit fallacia in dictione ab aliis distincta.

Primo arguitur ꝙ nō. Nā amphibologia ut dr̄ in textu dr̄ ab amphi. quod est dubium & balos, qđ est sn̄ia, & logos ꝙ est sermo quasi dubia sn̄ia sermonis, omnis fallacia est dubia sn̄ia præsertim in dictione, quę habet fieri circa aliquod multiplex. ergo hic fallacia nō est fallacia spālis, uidelicet ab aliis distīcta.

Secundo, aut hęc fallacia hēt fieri in dictione aut in orone, si primū sic nō distinguitur a fallacia ęquiuocationis, si secundum sic non distinguitur a fallacia compositionis & diuisionis.

Tertio fallacia amphibologiæ & æquiuocationis habent eosdem modos,

vt patet per Philosophum primo elenchorum. ergo non sunt duę fal aciæ ab inuicem distinctæ.

OPPOSITVM.

Sed contra est Doctor Sanct. in præsenti passu, & Philosophus in primo elenchorum. cum suis expositoribus.

CONCLVSIO.

Pro cuius declaratione sciendum primo, quod amphibologia accipit tripliciter, videlicet cōmunissime, communiter & proprie. communissime accipitur pro omni re dubiosa & sententia, & sic est communis ad omnes fallacias tā in dictione quam extra dictionem. Cōmuniter vero accipitur pro dubiosa sē tentia, quæ causatur ex multiplicitate eiusdem dictionis uel orationis, & isto modo est communis ad omnes fallacias in dictione, sed proprie accipitur pro dubia sententia, quæ prouenit ex multiplicitate orationis eiusdem per substantiam & modum proferendi, & isto modo causat fallaciam specialem ab alijs distinctam, videlicet, fallaciam amphibologiæ quæ sic diffinitur.

Fallacia amphibologiæ est idoneitas decipiendi si actiue sumatur, vel est deceptio si passiue sumatur prouenieos ex identitate orationis eiusdem secundum substantiam & modum proferendi plura significantis, causa apparentiæ eiusdem fallaciæ est identitas, causa defectus est pluralitas significatorum.

Secundo sciendum quòd huius fallaciæ, vt dicit textus tres sunt modi, quorum primus prouenit ex eo quòd omnino vna & eadem secundum substantiā & modum proferendi plura significat principaliter propter diuersam habitudinem constructibilium, manente tamē eadem constructione, sicut hæc dictio, liber Aristo. manente eadem constructione propter diuersam habitudinem constructarum plura significat. potest enim intelligi secundum habitudinem effectus ad ipsum, & tunc est sensus liber Aristo. idest, liber factus ab Aristo. vel potest intelligi secundum habitudinem possessionis ad possessionem, & sic est sensus liber Aristo. idest, liber qui possidetur ab Aristo. vnde secundum istum modum potest formari paralogismus, quicquid est Aristo. possidetur ab Aristo. sed iste liber est Aristo. ergo possidetur ab Aristo. non sequitur, quia in maiore iste genitiuus Aristo. regitur ex vi possessionis, in minore regitur ex vi effectus causæ efficientis.

Secundus modus est quando una oratio principaliter plura significat propter diuersam constructionem, quia, videlicet, una dictio potest construi cum alia transitiue vel intransitiue, sicut in ista oratione. quicquid videt aliquis hoc uidet, ly hoc potest cōstrui intransitiue cum illo verbo videt, & sic est falsa uel potest construi transitiue a parte post, & sic est vera, & est sensus, q̄ q̄d quid aliquis videt, videt hoc, scilicet q̄ videt, per quem modum sic paralogizatur. quicquid videt aliquis hoc videt, sed columnam videt aliquis. ergo columnam videt. similiter hic, quoscunq; uolo me accipere volo vt ipsi accipiant me, sed pugnantes uolo me accipere. ergo uolo vt ipsi accipiant me. similiter hoc quòd quis scit hoc scit. scamnū scit hoc quis. ergo scamnum scit, & per consequens est homo, & sic de similibus. Tertius modus p̄uenit ex eo quòd vna oratio vnum significat principaliter. aliud vero transumptiue, sicut hęc oratio. littus aratur, principaliter significat littoris scissionem, transumptiue uero operis amissionem, propter quem modum sic paralogizatur, quandocunque littus aratur terra scinditur, sed quā do indocilis docetur littus aratur, ergo quando indocilis docetur, terra scindit similiter hæc, quicunque haurit aquam cribro aquam trahit, sed qui uult addiscere sine libro haurit aquas cribro. ergo qui uult addiscere sine libro trahit aquas. similiter est de ista, orarione. ille lauat laterem qui castigat mulierem, siue de ista, gattus amat piscem, sed non uult tangere flumen, & sic de similibus.

Tertio sciendum quod diuersitas ca-

suum

ſuum facit fallaciam amphibologiæ, & tamen diuerſitas aliorum accidentium grammaticalium cauſant fallacias æquocationis. Cuius ratio doctoris eſt in littera talis, quia caſus accidit dictioni ſm ꝙ cōſtruitur cum alia dictione. unde diuerſitas caſuum ad orationem pertinet, ſed alia accidentia accidunt dictioni ſecundum quod in ſe conſiderantur. ergo diuerſitas talium accidentium ꝑtinet ad dictionem, & per conſequens ad fallaciam ęquiuocatiōis, quę habet fieri in dictione & non in oratione.

Concluſio reſponſalis eſt, quod fallacia amphibologiæ eſt fallacia in dictione ſpecialis ab aliis diſtincta. Quæ ergo patet per ſingulas particulas. nam quod ſit fallacia patet per diffinitionē fallaciæ, quod vero ſit fallacia in dictione patet per hoc quod habet cauſam apparentiæ ex parte dictionis & non ex parte rei, vt ſatis ſupra dictum eſt, quod uero ſit ſpecialis ab aliis diſtincta patet per hoc quod habet cauſam apparentiæ ſpecialem ab aliis diſtinctam, vt etiam declaratum eſt. ergo &c.

Quod autem tantum ſint tres modi huius fallaciæ patet. nam fallacia iſta prouenit ex eo quod vna omnino plura ſignificat. ergo talis omnino plura principaliter ſignificat uel non, ſi ſecundū & ſic eſt tertius. ſi primum eſt dupliciter, quia vel talis omnino plura ſignificat propter diuerſam habitudinem conſtructorum manente tantum eadem cōſtructione, & ſic primus: vel plura ſignificat ꝑꝑ diuerſam conſtructionē, & ſic eſt ſecundus modus. Et licet alii doctores ſecundum Philoſophum ſupradictū tertium modum ponant pro ſecundo, tamen in nullo derogant doctrinę Doctoris Sancti, quia ipſi conſiderauerunt modum & ordinem eorum quantum ad ſignificata. hic uero glorioſus Doct. Sā. conſiderauit eoſdem modos ſecundum modum ſignificandi & conſtruendi, & quamuis prædictum illud exemplum, videlicet, quoſcunque vellem me accipere, etiam poſſit cauſare fallaciam compoſitionis & diuiſionis, vt infra patebit, non tamen eſt inconueniens, quod cauſet fallaciam amphibologiæ ſecundum diuerſas eius conſiderationes, quia in uno & eodem paralogiſmo poſſunt eſſe plures fallaciæ ſecundum diuerſas tamen rationes, ut patebit infra.

Dubitatur primo de hoc ſophiſmate, qui dicit te eſſe de terra dicit uerum ſuppoſito, quod tu ſis de Soncino, videtur quod ſit verum. nam quicunque dicit te eſſe de Soncino dicit uerum, ſed Soncinum eſt terra. ergo quicunque dicit te eſſe de terra dicit uerum.

In contrarium arguitur. nam una ſpecies non conſtituitur ex altera, ſicut homo non ſit ex aſino, ſed tu differs a terra ſpecie. ergo qui dicit te eſſe de terra dicit falſum. Dicendum quod ſophiſma eſt ſimpliciter falſum, & probatio eius peccat per fallaciam amphibologię in primo modo, quia de Soncino ibi Soncinum conſtruitur ſecundum habitudinē cauſæ efficientis inſtrumentalis, locus enim concurrit ad generationē actiue, ſicut patet per Porphyrium, ſed quando dicitur in concluſione. ergo tu es de terra conſtruitur ſecundum habitudinē cauſæ materialis ex qua. vnde ibi committitur hæc fallacia in primo modo. Et hoc ſi conſideretur diuerſa habitudo conſtructibilium, quod dicitur, quia ſi attenditur ibi diuerſa habitudo propoſitionis illius de abſoluto ſic peccat prædicta probatio, ſed eſt fallacia æquiuocationis in ſecundo modo, ut patet in textu.

Dubitatur ſecundo de modis cōmunibus huius fallaciæ, & fallaciæ æquiuocationis. Dicendum breuiter ſecundum Philoſophum primo elenchorum, quod tres ſunt modi communes vtriuſque, quorum primus eſt quando dictio uel omnino eadem ſecundum ſubſtantiam & modum proferendi principaliter plura ſignificat. Secundus eſt quando dictio uel omnino eadem ſecundum ſubſtantiam & modum proferendi vnū principaliter & aliud tranſumptiue ſignificat. Tertius eſt quando dictio vel omnino ſimpliciter vnum ſignificat,

ex coniunctione uero plura ut supra exemplificatum est. Ex quo patet, quod licet æquiuocatio & amphibologia habeant eosdem modos communes, habent tamen speciales distinctos cum æquiuocatio habeat fieri in dictione, amphibologia vero in oratione, & licet fallacia compositionis & diuisionis habeant fieri in oratione, quæ est eadem secundum substantiam & non secundũ modum proferendi, tamen non propter hoc sequitur quod fallacia amphibologiæ ab his non distinguatur, quia habet fieri in oratione eadem secundũ substantiam & modum proferendi, ex quo patet solutio ad secundum argumentum.

Dubitatur tertio de hoc sophismate qui dicit te esse incongruum grammaticum dicit verum etiam supposito, quod tu scias omnes regulas grammaticales. videtur quod sit uerum. nam quicunque asserit dicentem lapis esse incõgruum grammaticum dicit verum, sed tu necessario asseris lapis esse. ergo qui dicit te esse incongruum grammaticum dicit verum. probatio minoris, nam quicquid tu dicis esse hoc tu dicis esse. sed tu lapidem dicis esse. ergo tu dicis lapidem esse. aliàs concedas suum contradictorium, videlicet, lapidem nullum esse.

In contrarium arguitur: nam qui per rectam regulam operatur non potest male siue incongrue operari, sed qui habet omnes regulas, & agit & loquitur secundum rectam & certam regulam, non potest loqui nisi congrue & recte, & per consequens sophisma falsum.

Dicendum quod sophisma est falsum, & probatio peccat per fallaciam amphibologiæ, quia ly hoc potest construi intransitiue cum illo dicis, & sic est falsa maior probationis minoris, vel potest construi transitiue, & sic est uera, sed tunc male sumitur. Solutiones omnes patent ex dictis.

QVAESTIO XI.

Vtrum fallacia compositionis sit fallacia in dictione ab alijs distincta.

QVæritur vndecimo. Vtrũ fallacia compositionis sit fallacia in dictione ab aliis distincta. Et arguitur primo ꝙ non. Nam sicut est aliqua compositio in oratione, ita est aliqua compositio in re cum prima correspondeat secundæ, sed nulla compositio rei facit fallaciã extra dictionem, quæ scilicet sumit causam apparentiæ ex parte rei. ergo nulla compositio orationis facit fallaciam in dictione, quæ sumat apparentiam ex parte uocis.

Secundo una & eadem oratio dicitur composita & diuisa. ergo uidetur quod fallacia compositionis non distinguatur a fallacia diuisionis, probatio autem, vt hoc oĩo album esse nigrum est possibile, potest esse composita & etiam diuisa.

Tertio in isto paralogismo est fallacia cõpositiõis & amphibologię, uidelicet, quod quis videt hoc uidet, sed columnã uidet q.s. ergo non sunt fallaciæ distinctę. antecedens patet. nam quod ibi sit fallacia amphibologiæ patet ex supradictis per Docto. Sanct. in textu, quod autem ibi sit fallacia compositionis patet, quia ibi propter diuersitatem determinabilium uariatur sententia, ita quod in sensu composito est falsa ergo ibi est fallacia compositionis.

OPPOSITVM.

Sed contra est Docto. Sanct. in lectione, & Philosophus in primo elenchorum.

CONCLVSIO.

Pro cuius declaratione primo sciendum est quod postquam Doct. Sanct. determinauit de fallaciis in dictione peccantibus secundum multiplex actuale, videlicet, de fallacia æquiuocationis

nis & amphibologię hic consequenter determinat de aliis fallaciis, quæ peccant secundum multiplex potentiale, scilicet de fallacia compositionis & diuisionis, & accentus, cuius ratio patet ex supradictis. Determinando autem de fallaciis peccantibus secundum multiplex potentiale, primo determinat de fallaciis compositionis, & diuisionis quam de accentu, licet accentus habeat fieri in dictione, quia maior est causa apparentiæ in compositione & diuisione, quam in accentu, cum diuersitas modi proferendi magis lateat in orationibus, quam in dictionibus: & primo priorum determinat de compositione, & diuisione, quia diuisio quælibet præsupponit compositionem, quia nullum simplex inquantum huiusmodi est diuisibile, & maior est causa apparentiæ in compositione quam in diuisione, sed tamen Doctor Sanctus propter conuenientiam modorum, & exemplorum vtriusque de ipsis determinat, vt patet in textu.

Secundo sciendum, quod compositio, vt hic sumitur, est eorum quæ debent diuidi falsa vnio, idest, compositio est terminorum qui debent diuidi, idest, ordinari secundum situm minus debitum falsa vnio, idest, falsa vnio secundum situm magis debitum, oratio enim in proposito dicitur composita quando termini ordinantur secundum situm magis debitum, & dicitur diuisa quando termini ordinantur secundum situm minus debitum, quando vero termini, vt dicit hic Doctor San. ordinantur secundum situm magis debitum, & in tali sensu est falsa, tunc causat fallaciam compositionis. si vero sit falsa in primo sensu & termini ordinantur secũdum situm minus debitum, tunc causat fallaciam diuisionis. si autem in vtroque casu nulla est vera, vel nulla est falsa, tunc nulla erit fallacia, quod est de aliis multiplicibus intelligendum.

Tertio sciendum, quod fallacia compositionis est idoneitas decipiendi, vel est deceptio proueniens ex potentiali identitate eiusdem compositionis falsę cum diuisa vera, vel secundum Doct. San. in litera. Fallacia compositionis est deceptio ex potentiali multiplicitate eiusdem orationis proueniens. Dicitur autem omnino potentialiter multiplex ex eo quod dictiones eodem modo terminantes possunt adinuicem diuersimode componi, vel disiungi. oratio enim per constitutionem partium constituitur. igitur partes se habent ad orationem sicut materia, compositio vero sicut forma. Vbi igitur sunt eędem partes, & nõ eadem compositio est eadem oratio materialiter & potentialiter, & non formaliter & actualiter, & propter hoc ibi est multiplex potentiale, quia oratio quę est vna potentialiter plura significat. Causa apparentiæ huius fallacię est vnitas potentialis orationis compositę falsę, tamen diuisæ veræ plura significans, sed causa defectus siue causa non existentię est pluralitas significatorum.

Quarto sciendum, quod huius fallacię sunt tres modi, quorum primus prouenit ex eo quod dictio potest supponere verbum ratione totius vel ratione partis. si enim in ratione totius supponitur verbo erit omnino composita, & si in tali sensu est falsa & sit fallacia compositionis in primo modo ut hæc. quemcunque possibile est esse album, possibile est quod sit albus, sed album esse nigrum est possibile, ergo possibile est quod albus sit niger, non valet. nam minor est dupliciter, quia istud dictum nigrum esse album potest supponere eì quod dicitur esse possibile ratione subiecti tantum, hoc est quantum ad suum materiale, & sic est diuisa & vera. nam sensus est quod illud, quod est nigrum, possibile est quod sit album, vel potest supponere ratione totius, neque ratione subiecti, & formæ significatę per nigrum, quod est stare pro materiali, & formali simul, & sic est composita falsa.

sensus enim est eius quod hoc, quod est nigrum inquantum est nigrum est possibile esse album, quod implicat contradictionem. Et sic dicendum est de omnibus propositionibus tam de inesse quam de modalibus, in quibus subiectum potest accipi pro materiali tantũ, & formali simul, vt sedentem ambulare est possibile, non scribentem scribere est possibile, tacentem loqui est possibile. album prædicatur de pariete albo per accidens, & sic de similibus quasi infinitis quæ sępissime in argumentationibus occurrunt, ut per experientiã patet. Secundus prouenit ex eo quod aliquod prædicatum in, quo per coniunctionem copulatiuam vel disiunctiuam plura adunantur, potest attribui subiecto coniunctim, & sic est composita, & si in tali sensu est falsa causat fallaciam compositionis, vt hic, quæcunque componuntur ex duobus & tribus sunt duo & tria, sed quinque non sunt duo & tria. ergo quinque non componuntur ex duobus & tribus: non ualet. nam minor est duplex, quia hoc quod est duo & tria potest coniunctim remoueri a subiecto, & sic est composita & falsa, & est sensus quod non sunt duo & tria simul, vel potest ab eo remoueri disiunctim, & sic est diuisa & vera, quia tunc est sensus quod quinque non sunt duo & quinque non sunt tria, & hoc est quod solet dici sub aliis terminis, videlicet, quod coniunctio potest coniungere terminos vel propositiones si, inter terminos & in illo sensu est falsa, tunc causat fallaciam compositionis. si uero inter propositiones & in illo sensu est falsa facit fallaciam diuisionis, vt quæcunque sunt duo & tria sunt paria & imparia, sed quinque sunt duo & tria. ergo quinque sunt paria & imparia, maior in sensu composito est falsa & in sensu diuiso uera, minor in sensu diuiso est falsa & in sensu composito est uera. Ex quo patet quod ex parte maioris committitur ibi fallacia compositionis. ex parte uero minoris committitur fallacia diuisionis. Non est ergo inconueniens, quod in uno paralogismo sit fallacia compositionis & diuisionis ẜm diuersas rationes. patet et quod una & eadem propositio potest habere sensum compositũ et diuisum. Tertius prouenit ex eo quod una dictio potest coniungi diuersis dictionibus in locutione positis, hoc est quando eadem determinatio refertur ad diuersa determinabilia, quando uero coniungitur cum illa dictione cum qua magis apta nata est coniungi sic erit composita, & si in illo sensu sit falsa oratio ibi fiet fallacia compositionis, ut quicunque uiuit semper est, sed iste asinus uiuit. ergo iste asinus semper est. maior est duplex, quia illa dictio semper potest referri ad uiuit, & sic est diuisa vera: vel potest referri ad est, & sic est composita & falsa. similiter est hic. quicunque potest vnũ solũ ferre põt plura ferre, ut ille q portabat unũ pomũ põt plura portare sed qui solũ potest unũ ferre non potest plura portare. ergo qui potest plura portare nõ potest plura ferre. maior est duplex.

Conclusio responsalis. Fallacia compositionis est fallacia in dictione ab aliis distincta, quod sic patet, quia facit credere de non ente, quod sit ens. ergo est fallacia, & sumit causam apparentiæ ex parte dictionis, ergo est fallacia in dictione, & quia habet causam apparentiæ distinctam ab aliis igitur est fallacia ab aliis distincta.

Dubitatur ergo primo quare est quod termini ordinantur secundum situm magis debitum vel minus debitum.

Dicendum quod ad hoc faciliter sciẽdum solent assignari quatuor regulæ. Prima est de modalibus, secunda est de coniunctionibus. tertia est de aduerbiis. quarta de obliquis.

Prima regula, est talis quando prędicatum dicti attribuit subiecto dicti per se toto hoc est pro materiali & formali simul sic termini ordinantur secundum situm magis debitum: quando uero attribuitur sibi pro suo materiali

li sic termini ordinantur secundum situm minus debitum. primo omnino est composita. secundo est diuisa. Primo enim modo propositio dicitur modalis tam de re quam de modo, sed secundo modo dicitur solum modalis de re.

Secunda regula talis.nam cum de ratione coniunctionis. primo sit coniungere terminos. secundario non significata, sed propositiones. quando coniungit terminos, sic termini ordinantur secundum situm magis debitum.

Tertia regula est,quod quando aduerbium determinat partem orationis magis principalem, tunc termini ordinantur secundum situm magis debitum; quando uero determinat partem minus principalem, tunc termini ordinantur secundum situm minus debitum, cum de ratione aduerbii sit determinare prædicatum quod est principalior pars quam subiectum, & prædicatum formale quam materiale, & uerbum magis quam participium, & si verba ponantur in eadem propositione verbum a parte prædicati positum est principalius.

Quarta regula est, quod quando obliqui sequuntur dictionem regentem sic ordinantur secundum situm magis debitum,quando uero præcedunt, ordinantur secundum situm minus debitum cum dictio regens sit nobilior recta.Ex quo patet quod termini aliquando ordinantur secundum situm magis debitum,& aliquando s̄m sitũ minus debitum. Et quando oratio est falsa secundum situm minus debitum. vt dictum est,tunc causat fallaciã diuisionis,quando uero in alio sensu est falsa causat fallaciam compositionis. ut infra clarius patebit.

Dubitatur secundo de isto sophismate,qui dicit te esse in campanili uerum dicit,supposito quod tu videas cãpanile,videtur quod sit uerum.nam qui dicit te esse vbi vides dicit verum, quia vt dicit augetur anima,vbi viuit,ibi sentit,vbi sentit ibi videt,vbi videt vbi est, sed tu vides in campanili. ergo qui dicit te esse in campanili dicit uerum.

Dicendum quod sophisma est simpliciter falsum, & probatio peccat, ut quidam dicunt secundum fallaciam cõpositionis in tertio modo, quia illud aduerbium ibi potest determinare illud verbum videt ex parte rei visę, & sic est composita, & falsa, sensus enim est talis, quod ubi tu vides rem aliquam tu es ubi illa res uisa est.

Sed si diligenter consideretur, ibi committitur potius fallacia diuisionis, quia quando hoc aduerbium ibi determinat, videtur quãtum ad actũ uidendi ex parte videntis, tunc termini ordinantur secundum situm magis debitum cum uidere potius respicit uidentem cum sit eius perfectio quam rem uisam, licet res uisa sit obiectum eius. vnde cum in tali sensu sit uera non est fallacia compositionis sed diuisionis.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum, negando suppositum,quia hic non sumitur compositio pro compositione rei vel compositionis cuiuscunque indifferenter, sed accipitur pro ordinatione terminorum secundum situm magis debitum, qui tamen ordinari dicuntur secundum situm minus debitum.

Ad secundum dicitur, quod una & eadem omnino materialiter dicitur composita,& diuisa,& est de sensu composito & diuiso, non tamen sequitur quod fallacię compositionis & diuisionis non distinguãtur,quia quando talis oratio in sensu cõposito est falsa, causat fallaciam compositionis,& quando est falsa in sensu diuiso causat fallaciã diuisionis,vt dictum est.

Ad tertium dicendum,quod si ista determinatio hoc referatur semper ad idem uerbum secundum diuersam habitudinem constructionis, sic est fallacia amphibologię. si uero referatur ad diuersa verba, & sic est fallacia com

positionis, quo non eſt inconueniens ut dictum eſt.

QVAESTIO XII.

Vtrum fallacia diuiſionis ſit fallacia in dictione ab alijs diſtincta.

QVAERITVR Duodecimo. Vtrum diuiſionis ſit fallacia in dictione ab alijs diſtincta. Videtur primo quod non contra ſuppoſitum. Nam nulla eſt oratio diuiſa. ergo nulla eſt fallacia diuiſionis propoſitio accentus, quia in omni propoſitione eſt vnio prædicata cum ſubiecto per copulam aliàs, non eſſet propoſitio igitur &c.

Secundo. ſi aliqua oratio diuiſa cauſaret fallaciam aliquam aut hoc eſſet verum de omnibus aut de aliquibus ſic & de aliquibus non. primum non poteſt dici, quia hęc oratio homo eſt diuiſa cum prædicatum remoueatur a ſubiecto. ſimiliter iſta. homo non eſt riſibilis eſt diuiſa oratio, & falſa, & tamen non cauſat fallaciam diuiſionis. neque dicendum eſt ſecundum, quia non videtur maior ratio de aliquibus quam de omnibus.

Tertio. ſi aliqua oratio diuiſa falſa faceret aliquam fallaciam, vel hoc eſſet inquantum diuiſa vel inquantum falſa. non primum quia ſic quælibet oratio faceret fallaciam, quæ eſſet diuiſa, quod eſt falſum, quia oratio diuiſa vera non cauſat fallaciam. Neque ſecundum quia ſic omnis oratio falſa faceret fallaciam diuiſionis, quod eſt etiam falſum, vt de ſe patet. igitur &c.

Quarto. diuerſorum diuerſi ſunt modi, & cõpoſitionis & diuiſionis sũt ijdẽ modi, ut patet in textu. ergo non ſunt duę fallaciæ abinuicem diſtinctę.

OPPOSITVM.

Sed contra eſt Docto. Sanct. vbi ſupra, & Philoſophus cum ſuis expoſitoribus in primo elench.

CONCLVSIO.

cum ſolutione.

Sciendum primo quod diuiſio poteſt accipi dupliciter. uno modo communiter, uidelicet, vt ſe extendit ad diuiſionem rei, & diuiſionem rationis. alio modo pro diuiſione terminorum propoſitionis, & hoc dupliciter. vno modo abſolute & iſtis duobus modis non accipitur hic ly eſt. igitur hęc diuiſio vt ſumitur eorum quæ debent componi fallacia ſeparatio eſt. alio modo accipitur pro diuiſione terminorum ordinabiliũ ſecundum ſitum magis debitum, quæ tamen ordinantur ſecundum ſitum minus debitum, & iſto modo accipitur hic. Eſt igitur diuiſio vt hic ſumitur eorum, quę debent componi fallacia ſeparatio. & diuisio terminorum ordinabilium ſecũdum situm magis debitum in ſitu minus debito falſa ordinatio.

Fallacia vero diuisionis eſt idoneitas accipiendi vel deceptio *proueniens* ex potentiali vnitate *orationis eiuſdem* falſæ, cum composita *vera plura* ſignificantis. hęc eſt omnino potentialiter una ſecundum ſubſtantiam & non ſecundum modum proferendi uel ſecundum partes & non ſecundum compoſitionem, in ſenſu composito uera & in ſenſu diuiſio falſa facit fallaciam diuiſionis. cauſa apparentiæ eſt totalitas materialis unius orationis plura significantis, ſed cauſa defectus eſt pluralitas ſignificatorum. Secundo ſciendum quod huius fallaciæ ſicut & præcedentis tres aſsignantur modi, quorum primus prouenit ex eo quod ſubiectum dicti põt ſupponere verbo principali pro toto vel pro parte ſui, quod vero ſupponit ꝓ parte ſui, videlicet, pro ſuo materiali ſic eſt omnino diuiſa, & ſi in tali ſenſu ſit falſa capiẗ fallacia diuiſionis in primo modo vt hic. quẽcunque eſſe nigrũ eſt impoſsibile, ille non poteſt eſſe niger: ergo album eſſe nigrum eſt impoſsibile. ergo iſte qui eſt albus non poteſt eſſe niger. non valet. nam minor in ſenſu composito eſt uera, & in ſenſu diuiſo eſt falſa. in quo ſenſu concluditur

ſen-

sensus enim compositus est talis. album inquantum album esse nigrum est impossibile. similiter est de istis. videntem esse cęcum est impossibile, sedentem non esse sedentem est impossibile, bonum esse malum est impossibile, & sic de similibus, & iste modus non solum habet locum in modalibus, sed etiam in quibuscunque propositionibus in quibus subiectum potest accipi pro suo materiali tantum vel pro suo materiali, & formali simul.

Tertio sciendum quod tertius modus prouenit ex eo quod coniunctio potest coniungere inter terminos uel inter propositiones. si coniungit inter propositiones sic est diuisa omnino, & si in tali sensu sit falsa fallacia fit diuisionis in secundo modo vt hic. omne animal est rationale vel irrationale, hoc non omne animal est rationale. ergo oē animal est irrationale. tu es animal. ergo tu es irrationale. similiter hæc. omnis propositio est vera, vel falsa; sed non omnis propositio est vera. ergo omnis propositio est falsa, non valet, nam affirmatio est duplex, quia illa coniunctio disiunctiua vel disiungit inter propositiones & est sensus. omnis propositio est vera vel omnis propositio est falsa, & sic est diuisa & falsa, quia æqualet vni disiunctiuæ quarum nulla pars est uera: ergo tota falsa, vel potest coniungere inter terminos, & est sensus quod omnis propositio est uera uel falsa, & sic composita est vera, & est cathegorica de disiuncto prædicato. similiter hic ex parte minori. quæcunque sunt duo & tria sunt duo. sed quinque sunt duo & tria. ergo quinque sunt duo. Tertius prouenit ex eo quod determinatio potest referri ad diuersa determinabilia. si enim refertur ad determinabile minus principale, sic est omnino diuisa. & si sic sit falsa, causatur fallacia diuisionis, vt hic. quocunque uides hunc percussum hoc percussus est, sed oculo uides hoc percussum. ergo hic oculo percussus est. non sequitur, quia ly oculo potest referri ad hoc verbum vidisti, & sic minor est composita & vera, uel potest referri ad hoc participium percussus, & sic minor est diuisa, & est falsa in quo sensu concluditur. similiter hic ut quidā dicunt est fallacia diuisionis, quicunque didicit litteras nunc scit eas, sed uetulus memoria priuatus didicit litteras. ergo nunc scit eas. Sed si quis attente considerat ibi committitur fallacia compositionis; quia in sensu composito est falsa, & in sensu diuiso uera. nam si hoc aduerbium nunc referatur ad didicit. tunc didicit est uerbum minus principale, & sic facit sensum diuisum. & in tali sensu est uera propositio. si uero referatur ad hoc uerbum scit, tunc est composita & falsa. vnde ibi committitur fallacia compositionis & non diuisionis. Similiter hæc oratio causat fallaciam diuisionis. quattuor uirorum cetum Achilles reliquit in bello, & istam reginam interficere nolite timere bonum est, & sic de similibus.

Conclusio falsæ diuisionis est una fallacia in dictione ab aliis distincta, quæ conclusio probatur sicut præcedens: attēdendum tñ est quod ad hoc ꝙ oratio diuisa causet istam fallaciam tria requiruntur. Primo quod termini illius orationis apti nati sint ordinari secundū situm magis debitum. secundo quod tales termini qui sic apti nati sunt ordinari ordinentur secundū situm minus debitū. tertio quod in tali ordinatione sit fallacia. unde quęlibet omnino diuisa facit fallaciam diuisionis, vt volunt argumenta in contrarium adducta.

Dubitaī primo de hoc sophismate, tu es sine capite, an sit verum. videtur, ꝙ sit uerum. nam omnis substantia est corporea, uel incorporea, sed non omnis substantia est corporea. ergo omnis est incorporea, & per consequens tu es sine capite. Dicendum quod sophisma est falsum & propositio peccat ꝑ fallaciam diuisionis in secundo modo. nam ista diuisio vel, aut disiungit terminos, & sic maior est composita &

vera, aut est inter propositiones, & sic ipsa est falsa & diuisa, vt satis patet. Similiter dicendum est quod propositio istius sophismatis, tu nō es rationalis neque irrationalis quod sic probatur. nullum animal est rationale & irrationale. tu es animal. ergo tu non es neque rationalis neque irrationalis. si etiā quæratur quæ fallacia est hæc. quicunque percutit sine causa aliquem peccat, sed Deus percussit sine causa aduersantes Christo, vt patet in psalmo secundo. ergo Deus peccauit. Dicendum quod ibi est fallacia cōpōnis in tertio modo, quia sine causa potest construi cum percussit, & sic maior est composita & falsa, vel potest construi cum aduersantes &c. maior est diuisa & vera.

Dubitatur secundo de isto sophistico tu heri non comedisti vtrum sit verū, & vr ꝙ sit verum. nam quicunque hodie incepit esse homo heri nihil comedit cum non erat, sed tu hodie incępisti esse hō. ergo tu heri non comedisti. probatio minoris. nam quicunque est hodie natus homo hodie incepit esse, sed tu hodie es natus homo. ergo tu hodie incepisti esse. In cōtrarium arguitur. nam tu heri cibum sumpsisti. ergo tu heri comedisti. Dicendum quod sophisma est falsum & probatio minoris peccat per fallaciā diuisionis in tertio modo. nam hoc aduerbium hodie, potest cōstrui cum hoc verbo est, & sic minor composita est vera, vel potest construi cum illo participio natus, & sic est diuisa & falsa, vt patet diligenter consideranti.

Ad argumenta patet ex dictis.

QVÆSTIO XIII.

Vtrum accentus causet vnam fallaciam ab aliis distinctam.

QVAERITVR Decimotertio. Vtrum accentus causet vnam fallaciam distinctione distinctam ab aliis. Et videtur quod nō, & arguitur sic primo. Nam accentus vt dicitur in litera sumitur secundum diuersum modum pronunciādi, sed diuersus est modus proferendi in compositione & diuisione. ergo secundum accentum non sumitur fallacia specialis.

2 Præterea. Secūdum Priscia. in tractatu de orthographia, vt hic adducit Doc. S. sicut accentus accidit dictioni, ita tempus & numerus literarum & spiritus, sed secundum tempus spiritum numerum literarum non videtur sumi aliqua fallacia specialis. ergo neque pari ratione secundum accentum causatur specialis fallacia in dictione.

Tertio. dictio plura significans causat fallaciam ęquiuocationis. ergo non accentus vel saltem fallacia accentus non erit distincta a fallacia ęquiuocationis.

OPPOSITVM.

Sed contra est. Doc. S. in litera, & Philosophus vbi supra.

CONCLVSIO.

Pro cuius declaratione sciendum primo, ꝙ postquam. Doc. S. determinauit de fallacia compositionis & diuisionis, quæ habent fieri in oratione secundum multiplex potentiale, hic consequenter propter ordinem superius adductum determinat de fallacia accentus quæ habet fieri in dictione secūdum idem multiplex, & primo diffinit accentum dicēs, quòd accentus vt hic sumitur est varius modus pronunciandi dictionem. Fallacia accentus est idoneitas decipiendi, vel deceptio proueniens ex eo quod aliqua dictio diuersimode pronunciata eadem secundum substantiam & diuersa secundum modum proferendi plura significat. Causa apparentię est idoneitas materialis dictionis, sed cā defectus pluralitas significatorum. sicut enim vt dicit textus, in compositione & diuisione est eadē dictio materialiter, diuersificata formaliter per compositionem & diuisionem, ita hic in hac fallacia est eadem dictio materialiter, diuersificata formaliter secundum diuersum modum proferendi, ex quo patet modus proferendi & forma dictionis modo supra exposito.

Secundo

Secundo ſciendum quòd huius fallaciæ aſſignãtur quattuor modi, quorum ſic poteſt haberi ſufficientia ſm Doct.S. in littera. Nam fallacia accentus habet fieri propter diuerſitatem modi proferendi, vel ergo talis modus variatur per accentum ſiue tenorem, & ſic eſt primus modus: vel per tempus, & ſic eſt ſecundus, vel per diuerſificationem ſpeciei, & ſic eſt tertius modus, vel per numerum litterarum & ſyllabarum, & ſic eſt quartus modus. Ex quo patet quod accentus ſecundum quod cauſat fallaciam iſtã non accipitur ſolũ prout ſe extendit ad accentum grauem, acutum & circumflexum, ſed communiter accipitur prout ſe extendit ad prædicta quattuor accidentia dictionis quæ ſunt accentus tempus ſpecies & numerus ſyllabarum.

Tertio ſciendum, ꝙ primus modus huius fallaciȩ prouenit ex hoc ꝙ aliqua ſyllaba poteſt pronunciari graui, acuto vel circumflexo accentu vt hęc, quemcunq; iuſtum eſt pẽdere, iuſtum eſt pati pęnam, ſed homines iuſtum eſt pẽdere, ergo homines iuſtũ eſt pati pęnam, minor eſt duplex, quia pendere poteſt proferri acuto accẽtu vel graui. primo modo maior eſt vera & minor falſa. ſecundo modo maior eſt falſa & minor vera. ſi uero accipitur in maiore primo modo, & in minore ſecũdo modo, tunc ambæ pręmiſſæ ſunt veræ & non, & patet conſequẽtia. Secundus modus prouenit ex eo ꝙ aliqua ſyllaba alicuius dictionis poteſt corripi vel produci vt hic. omnis populus eſt arbor. gens eſt populus. ergo gens eſt arbor. non valet. nam populus in maiore habet primam longam, in minore primam breuem, quando habet primam longam tunc ſignificat arborem, quando vero primã breuem tunc ſignificat gentem vnde verſus. Populus eſt arbor, populus collectio gentis. Tertius prouenit ex eo quod aliqua dictio poteſt leuiter uel aſpere proferri, dicitur autem aſpere proferri quando profertur cum aſpiratione vt hic. quicquid hamatur, hamo capit. Deus amat ergo Deus hamo capit. nõ ſeqtur q̃a hamat in maiore ꝓfert cũ aſpiratione, in minore vero ſine aſpiratione. ſimiliter hic. omnis ara eſt in templo. ſtabulum porcorum eſt hara. ergo ſtabulum porcorum eſt in templo, & ſic de ſimilibus. quartus prouenit ex hoc quod aliquid poteſt proferri vt vna dictio vel vt plures. vt tu es qui es, ſed qui es eſt requies. ergo tu es requies. non ſequitur, quia in prima accipitur vt duæ dictiones. in ſecunda vero vt vna. ſimiliter hic. quicquid Deus fecit inuite fecit inuitus, ſed racemos fecit in uite. ergo Deus racemos fecit inuitus. ſimiliter hic quicunque dicit metuo longas pereunte nocte s Lidia dormis, dicit ſe timere, ſed qui dicit metu o longas &c. non dicit ſe timere, ergo qui dicit illam propoſitionẽ metuo longas dicit ſe timere & non dicit ſe timere.

Concluſio. accentus cauſat vnam fallaciam in dictione diſtinctam ab aliis, quæ concluſio probatur ſicut præcedens, quia cauſa eius apparentiȩ quæ ſumitur ex parte dictionis eſt diſtincta ab aliis &c.

Et ſi arguatur ſecundum accentum ſumitur ſpecialis modus huius fallaciȩ, videlicet, primus. ergo ſecundum accentum non ſumitur vna fallacia.

Dicendum quod accentus poteſt accipit ſpecialiter, videlicet, ſecũdum quod diuiditur in accẽtum grauem, acutum, & circunflexum, & iſto modo facit ſpecialem modum iſtius fallaciȩ. alio mõ poteſt accipi communiter ſecundum quod ſub ſe comprehendit accentum, & prædicta tria accidentia, & iſto modo facit ſpecialem fallaciam.

Conſiderandum eſt etiam vt innuit Philoſophus in libris elencho. quod vt plurium cauſatur deceptio per hanc fallaciam in ſcripto quam in prolatione, quia facilius poſſumus percipere vtrum dictio regatur acuto accentu uel graui ſi ſit prolata quam, ſi ſit ſcripta.

Dubitatur primo quæ ſit fallacia in iſto paralogiſmo, cuius diſciplina eſt bona diſciplina, ſed mali eſt bona diſciplina.

ſciplina . ergo malum eſt bonum.

Dicendum quod ibi committitur fallacia compoſitionis. nam hoc quod dico bona diſciplina poteſt componi cum huius genitiuo ſub intellecto & cætera. & ſic eſt diuiſa, & uera: uel cum iſto nominatiuo illud, & ſic eſt compoſita, & falſa. ſenſus enim eſt, quod illud, cuius eſt bona diſciplina, eſt bona diſciplina, ut patet per philoſophum primo elenchorum.in ſolutionibus quas adducit ad paralogiſmos fallaciȩ compoſitionis, & diuiſionis.

Dubitatur ſecundo de iſto ſophiſmate, mutus dum ſalit cantat, videtur quod ſit verum. nam quicunque pſallit cantat, ſed mutus dum ſalit cantat. ergo mutus dum ſaltat cantat.

In contrarium arguitur. nam prædictum ſophiſma ęquiualet vni conditionali,cuius conſequens poteſt eſſe falſum antecedente exiſtente vero. ergo eſt falſum.

Dicendum, quod hoc ſophiſma falſum eſt, & probatio peccat ſecundum hanc fallaciam ex eo quod variatur numerus literarum. nam pſallit poteſt ſcribi cum vna litera p. & cum duplici ll. & ſic maior eſt vera, & minor falſa.vel poteſt ſcribi ſine p. & cum ſimplici l. & ſic maior eſt falſa, & minor vera. Et licet non varietur vna dictio in duas, tamen variatur numerus literarum. vnde reducitur ad quartum modum huius fallacię.

Similiter dicendum eſt de iſto paralogiſmo. quicunque ſalit, ſaltat: ſed qui ponit ſal in cibo ſallit. ergo qui ponit ſal in cibo ſaltat. nam ſalit poteſt ſcribi cum ſimplici l. & ſic eſt maior vera, & minor falſa, vel poteſt ſcribi cum duplici ll. & ſic minor eſt vera. verſ.

Sallo ſale cibum ſalio pede cantico pſallo.

Similiter hic. quicunque dicit alteri na, dicit quod debet natare, ſed qui dicit alteri hunc librum emi mna, dicit mna. ergo qui dicit alteri hunc librum emi mna, dicit, quod debet natare. non valet, quia na poteſt ſcribi ſine hac litera m. & ſic eſt verbum, & tunc maior eſt vera, & minor falſa, vel poteſt ſcribi cum illa litera m. & ſic maior eſt falſa, & minor vera.

Dubitatur tertio, quæ fallacia ſit in iſto paralogiſmo. quicunque dicit dicam, dicit ſe velle loqui, ſed qui dicit non poſſum ſoluere dicam, dicit ſe velle loqui. ergo qui dicit non poſſum ſoluere dicam, dicit ſe velle loqui.

Dicendum quod cum ibi non ſit variatio accentus, temporis, ſpiritus, aut numeri literarum vel ſyllabarum, non poteſt eſſe fallacia accentus, ſed eſt fallacia ęquiuocationis, quia dicam poteſt eſſe verbum, & ſic maior eſt falſa, & minor vera. verſ.

Neſcio quid dicam non poſſum ſoluere dicam.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum, quod pronunciatio non conuenit orationi per ſe, ſed ratione dictionum, ex quibus componitur. unde ratio non ſequitur.

Vel dicendum, quod non ſecundum quemcunque modum diuerſum proferendi cauſatur fallacia accentus, ſed ſolum, dum talis modus habet fieri in dictione, vt declaratum eſt.

Ad ſecundum patet ſolutio ex dictis.

Ad tertium dicendum, quod dictio eadem ſecundum ſubſtantiam plura ſignificans, & ſecundum modum

dum proferendi cauſat fallaciam æquiuocationis. non autem dico variata ſecundum modum proferendi, vnde ratio laborat in ęquiuoco.

QVAESTIO XIIII.

Vtrum ſecundum figuram dictionis ſumatur vna fallacia in dictione ſpecialis ab aliis diſtincta.

QVAERITVR decimoquarto, Vtrum ſecundum figuram dictionis ſumatur una fallacia in dictione ſpecialis ab aliis diſtincta. Videtur, quod non. nam nulla eſt fallacia figurę dictionis. igitur pari ratione nulla debet poni fallacia figuræ dictionis. patet ſimilitudo, quia ſicut una dictio habet ſimilitudinem cum altera, ita una oratio aſſimilatur alteri. ergo & cætera.

Secundo. ſi eſſet aliqua fallacia figurę dictionis maxime eſſet in iſto paralogiſmo, homo eſt ſpecies. Sortes eſt homo. ergo Sortes eſt ſpecies, ſed ibi non eſt, quia ibi eſt fallacia accidentis, vt infra patebit. ergo & cæt.

Tertio. iſta fallacia fit quando vnum prædicamentum mutatur in aliud, vel quando ſpecies vnius prædicamenti mutatur in aliam ſpeciem eiuſdem prædicamenti, vt quale quid mutatur in hoc aliquid, ſed hoc fit ex parte rei, & non ex parte uocis, ut uidetur. ergo fallacia figuræ dictionis non eſt fallacia in dictione, cum quælibet fallacia in dictione ſumat cauſam apparentiæ ex parte uocis, & non ex parte rei.

OPPOSITVM.

Sed contra eſt Doctor Sanctus in præſenti capitulo.

CONCLVSIO cum ſolutione.

Pro cuius declaratione ſciendum primo, quod poſtquam Doctor Sanctus determinauit de fallaciis peccantibus ſecundum multiplex uerum, hic conſequenter determinat de vna fallacia, ſcilicet de fallacia figurę dictionis, quæ habet fieri circa multiplex phantaſticum, ſiue apparens. dictio enim ſecundum ſe ſumpta in propoſito vnum ſignificat, ſed tamen propter ſimilitudinem quam habet cum alia dictione, uidetur aliud ſignificare, uel habere alium modum ſignificandi quam habet, ratio autem ordinis patet ex prædictis. Eſt autem ut dicit textus figura dictionis in propoſito nihil aliud quàm ſimilitudo dictionis unius ad aliam. nam aliud dicitur alteri aſſimilari quando ad figuram eius factum eſt. fallacia uero figuræ dictionis eſt idoneitas decipiendi, ideo deceptio proueniens ex eo quod aliqua dictio ſimilis alteri dictioni in aliqua uidetur habere eundem modum ſignificandi, uel appellandi, cum non habeat. Cauſa uero apparentiæ huius fallaciæ eſt ſimilitudo dictionum cum alia dictione. Sed cauſa defectus, ſiue non exiſtentæi eſt diuerſitas in modo ſignificandi uel appellandi.

Secundo ſciendum quod in dictione eſt tria conſiderare, uidelicet, uocem, ſignificatum, & modum ſignificandi, & ideo ſimilitudo unius dictionis

dictionis

ctionis cum altera potest attendi tripliciter, vz, ex parte vocis, ex parte termini, vel ex parte modi significandi. Si attenditur talis similitudo ex parte rei significatæ, tunc non potest esse causa apparentiæ huius fallaciæ, quia sumeretur ex parte rei, & sic causaretur fallacia extra dictionem, sumitur ergo ex parte uocis quantum ad modum significandi sub figura appellationis, vt dicitur in prædicamentis, quod homo uidetur hoc aliquid significare propter similitudinem quam habet in modo appellandi cum singularibus hominibus, ex quo potest elici, quod quando propter similitudinem vnius dictionis cum altera secundum vocem creditur similitudo in modo significandi, & per similitudinem prædictam creditur unitas in re significata, vel quando propter similitudinē in modo significādi creditur similitudo in re significata propter figuram appellationis committitur ista fallacia.

Tertio sciendum quod huius fallacię secundum Docto. Sanct. in littera assignantur tres modi, quorum primus prouenit ex eo quod dictio, quæ significat masculinum videtur significare fęmininum, aut neutrum, vel econtrario vt hic. quodcunque animal coloratum albedine est album, sed Sortes est animal coloratum albedine. ergo Sortes est album. soluitur sicut omnes paralogismi huius fallaciæ negando consequentiam, quia licet Sortes sit animal, & animal sit neutri generis, non tamen sequitur quod Sortes sit neutri generis. similiter hic. omnis substantia colorata albedine est alba, sed equus est substantia colorata albedine. ergo equus est alba, similiter hic, qualis est nix talis est abdua uel secana qui sunt fluuii, sed nix est alba. ergo secana & abdua est alba. similiter hic secare & videre terminantur in re, sed secare est agere. ergo uidere est agere, & secari est pati. ergo videri est pati, tunc simul contingit idem secundum idem videre & uideri. ergo contingit idem secundum idem agere & pati, & sic de similibus.

Quarto sciendum quod huiusmodi fallacia est deceptio proueniēs ex eo quod aliqua dictio quæ significat per modum unius prædicamenti videtur significare per modum alterius prædicamenti, unde quando mutatur res vnius prædicamenti in re alterius, vel speciei unius in speciem alterius quantum ad modum dicendi committitur ista fallacia in isto modo ut hic, quicquid heri uidisti hodie vides, sed album heri vidisti. ergo album hodie uides, non ualet consequentia, quia mutatur quid in quale. nam quicquid est significare distributiuum illius, quod significat per modum substantiæ. concreta autem cum sint adiectiua non significant per modum substantiæ, sed per modum accidentis & adiacentis alteri. abstracta uero accidentia licet realiter accidens significent, non tamen ipsum significant per modum accidentis, sed per modum substantiæ, unde hic non committitur ista fallacia cum sic arguitur, quicquid heri uidisti hodie vides, sed Petrum heri vidisti. ergo Petrum hodie vides, unde infertur & non committitur aliqua fallacia.

Similiter committitur hæc fallacia in secundo modo cum dicitur, quicquid heri emisti hodie comedisti, sed crudos pisces heri emisti. ergo crudos pisces hodie comedisti, similiter quoscunque digitos olim habuisti hodie habes, sed olim paruos digitos habuisti. ergo hodie paruos digitos habes. non sequitur quia ibi mutatur discretum in continuum, similiter hic, quandocunque fuisti Florentię fuisti homo, sed ter fuisti Florentiæ. ergo ter fuisti homo, non sequitur, quia ibi mutatur continuum in discretum, similiter hic. quod discit quis hoc est quod discit, sed tarde discit quis. ergo tarde est quod discit. non sequitur, quia mutatur quid in quando, & sic de similibus.

Quinto sciendum, quod tertius modus huius

huius fallaciæ prouenit ex eo quod aliqua dictio, quæ significat quale quid vr significare hoc aliquid: dicitur autem dictio significare quale quid in proposito quando significat communem naturam generis vel speciei, illa uero significat hoc aliquid quæ significat substantiam particularem secundum quem modum sic probatur. Sortes est alius ab homine, videlicet a Petro, sed sortes est homo. ergo est alius a seipso, non sequitur quia proceditur ibi ab homine ad sortem. similiter hic. sortes est terti⁹ ab homine, sed sortes est homo. ergo Sor. est tertius a seipso, similiter ad hunc modum reducuntur omnes paralogismi, qui causantur secundum variationem suppositionum, ut hic, sortes est homo, homo est species. ergo sortes est species, similiter hic, homo est, animal animal est genus. ergo homo est genus, similiter hic nullus homo est species. ergo homo non est species, similiter. nullum uniuersale est subiectum in libro prædicabilium. ergo uniuersale non est subiectum in eodem, similiter hic nō sequitur. Petrus est alius a Petro musico. petrus autem est petrus musicus. ergo petrus est alius a se. non sequitur quia mutatur quale quid in hoc aliquid, & sic de similibus paralogismis infinitis qui omnes soluuntur negando consequentiam paralogismi prrædictarum fallaciarum ut ex dictis patet.

Conclusio. per figuram dictionis sumitur una fallacia in dictione specialis ab alijs distincta, quæ conclusio potest probari, sicut præcedens: potest ēt reprobari quod sit fallacia in dictione. nā illa est fallacia in dictione q̄ causat ex eo quod eisdem nominibus uel orationibus non idem significamus, sed fallacia figuræ dictionis est huiusmodi. ergo &c. Præterea. Probatur ratione philosophi. nā illa est fallacia in dictione, per quam magis decipimur disputando cum alio quam per nos considerando, sed ista fallacia est huiusmodi. ergo &c. Et si queratur quare philosophus magis ꝓbat de fallacia figuræ dictionis quod esset fallacia in dictione quam de alijs. Dicēdum quod ratio huius est, quia fallacia ista maiorem habet conuenientiam cum alijs fallacijs extra dictionē quā alia fallacia, quia ijdem paralogismi, & in hac fallacia & in fallacia accidentis, alia tamen & alia ratione, ut infra patebit.

Dubitatur primo quæ fallacia committitur quando concretum mutatur in abstractum & econtra, ut sortes est albus. albedo est qualitas. ergo sortes est qualitas, uel sic albedo est color, sed coloratum est quantum. ergo albedo est quanta. Dicendum quod ibi committit fallacia figuræ dictionis in secūda, quia cum concretum significet & per modū accidentis & qualitatis & abstractum significet per modum substantiæ cum sit subiectum, quando mutatur concretum in abstractum, ibi mutatur quale in quid, quando uero mutatur abstractum in cōcretum ibi mutatur quid in quale.

Dubitatur secundo quæ est fallacia in isto paralogismo. si anima ītelligit aliquid hoc est immateriale, cum intellectus non suscipiat aliquid nisi immaterialiter, sed lapis non est immaterialis. ergo anima non potest intelligere lapidem. Dicendum quod ibi committitur fallacia ęquiuocationis, quia illud quod ab anima intelligitur potest dupliciter considerari, uno modo secundum esse, quod habet in intellectu, & sic maior est uera, uel alio modo secundum esse quod in natura habet, & sic maior est falsa, unde diligenter considerandum est secundum Doct. San. in prima parte quod quando in antecedente alicuius conditionalis ponitur aliquod uerbum ad actum esse pertinens siue intellectus siue uocis, consequens debet intelligi secundum esse quod in anima dicit. ergo sic ubi supra quæstione quarta dicta articulo tertio, ad secundum, quod quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum, consequens est accipiendum non solum secundum quod in se est, sed secundum quod est in anima

ma, aliud est enim esse res in seipsa & esse res in anima, vt puta si dicatur, si anima intelligit aliquod, illud est immateriale, intelligendum est quod illud est immateriale secundum quod est in intellectu, non secundum quod est in seipso, & similiter dicam, si Deus sciuit aliquod, illud erit consequens, intelligendum prout subest diuinæ scientiæ. s. prout est in sua potentialitate. hæc ille formaliter. Similiter iudicandum est de necessitate cōsequentis respectu antecedentis in argumētationibus in quorum antecedente ponitur aliquod pertinens ad actum animæ, sicut si Deus sciuit hanc rem fore. ergo erit, antecedēs est necessarium, cum scientia Dei sit necessaria, & per consequens ipsum consequens est necessarium non simpliciter, sed secundum quod ipse Deus illud præsciuit, quod altioris est negocij. Argumenta patent ex dictis.

QVAESTIO XV.

Vtrum quando mutatur suppositio causetur fallacia figuræ dictionis.

QVÆRITVR vtrum quādo mutatur suppositio causetur fallacia figuræ dictionis. Arguitur primo quod nō. nam in hac argumentatione mutatur suppositio. ut omnis homo est animal. ergo quoddam animal est homo cum animal in prima supponat simpliciter, in secunda determinate, & tamen ibi nulla est fallacia, sed bona consequentia per conuersionem per accidens. ergo &c.

Secundo hic mutatur suppositio. hic homo currit. ergo homo currit, cum homo in prma supponat discrete, in secūda determinate, & tamen ibi non committitur fallacia sed debite arguitur ab inferiori ad superius affirmatiue. ergo &cæt.

Tertio bene sequitur. omnis homo est animal. ergo omnis homo est aliqđ animal, cum oppositum consequentis repugnet antecedenti, & tamen ibi mutatur suppositio, quia animal in prima supponit simpliciter, & in secunda determinate. ergo non committitur fallacia figuræ dictionis.

OPPOSITVM.

Sed contra est Doc. San. in præsenti lectione in fine.

CONCLVSIO

Pro huius difficultatis declaratione sciendum primo quod nominum quędā significant suppositum ut Sortes Petrus & Ioannes &c. quædam uero significāt formam. nominum autem significantiū formam secundum Doct. San. in prima parte, q. 39. ar. 3. quædam significant eā substantiue, quędam uero adiectiue, ea quidem quæ substantiue formam siue essentiam significant, eam significant p modum substātiæ, nominum uero adiectiue eam significant per modum accidentis, quod inhæret subiecto, unum. n. quodque sicut se habet adesse, ita se hēt ad intelligi unitatem, cum ergo substantia habet esse per se habebit unitatē p se. Accidentia uero cum habeāt esse in subiecto caperent unitatem & pluralitatem a subiecto. attenditur ergo in adiectiuis unitas uel pluralitas secūdum substantiam uel supposita, in substantiuis uero secundum formam significati per nomen. hęc omnia iste sententialiter, ex quibus supradictis concludit infra ubi supra arguitur quinto, ad quintum, ꝙ hęc est differentia inter nomina substantiua & adiectiua, quia nomina substantiua seruant suum suppositum, adiectiua, vero non secundum rem significatā ponunt circa substantiuum, unde sophistę dicunt quod noīa substātiua supponunt, adiectiua uero non, sed copulant. hęc ille formaliter, ex quo dici potest quod suppositio est acceptio nominis substātiui pro aliquo. In qua diffinitione per hoc quod dicitur acceptio tangitur genus diffiniti, per hoc quod dicitur nominis excluduntur cæteræ partes orationis, quæ nō possunt supponere, per hoc

quod

quod dicitur substantiui excluduntur nomina adiectiua, sed per hoc ꝙ subiungitur nominis excludũtur nomina, quę nihil significant, ut chimera.

Secundo sciendum quod suppositio diuiditur in suppositionem discretam & communem, suppositio discreta est acceptio termini discreti siue termini cõmunis cum pronomine demonstratiuo, vt Sortes currit, iste hõ currit, sed suppositio communis est acceptio termini communis pro aliquo, ut homo, & subdiuiditur in suppositionem materialem & formalẽ. suppositio materialis est acceptio termini cõmunis per seipsam, ut homo est dictio dissyllaba, suppositio uero formalis est acceptio nominis substantiui pro re significata per nomẽ ut homo currit, & talis subdiuiditur in suppositionem personalem & simplicẽ, suppositio simplex est acceptio nominis substantiui communis pro re significata absolute & non secundum quod est in suis inferioribus, ut homo est species qualiter autem subdiuiditur infra patebit. suppositio uero personalis est acceptio nominis substantiui communis pro suis inferioribus absque signo distributiuo, vt homo currit, aliquis homo currit, & sic de similibus. Suppositio vero confusa est acceptio termini siue nominis substantiui communis pro suis inferioribus mediante signo uniuersali. Et hæc subdiuiditur. nam quædã est confusa necessitate signi alia necessitate rei. Suppositio confusa necessitate rei est quando est ibi dici de omni posterioristico, hoc est quando prædicatum subiecto attribuitur, aut ab eo remouetur ꝓ quolibet supposito, & pro qualibet differentia temporis, ut omnis homo est animal. sed suppositio confusa necessitate signi dicitur quando prædicatum dicitur conuenire subiecto, aut ab eo remouetur per signum copulæ licet realiter nõ ita sit, ut omnis homo est bonus. Qualiter autem aliquis terminus supponat confuse mobiliter aut immobiliter parum ad propositum.

ertio sciendum quod suppositionis simplicis tres sunt gradus, quorum primus est quando terminus communis subijcitur realiter termino secundæ impositionis, ut homo est species. Secundus gradus est termini positi a parte prædicati in propositione apposita, & omnis terminus communis substantiuus positus a parte prædicati in propositione affirmatiua supponit simpliciter ut oĩs hõ est aĩal, ibi aĩal supponit simpľr. Tertius est termini substantiui communis positi post dictionem exclusiuam, quia talis supponit simpliciter, quandoque autẽ fit descẽs⁹ a termino supponẽte simpľr ĩ primo gradu ad supposita siue determinata siue ĩdeterminata aut vaga & cõmittĩt fallacia figurę dictionis ut, hõ est spẽs, ergo sortes est species, & aliqs homo est species, quando uero fit descensus a termino supponente simpliciter in secundo aut tertio gradu ad supposita indeterminata siue uaga non committitur aliqua fallacia, ut hic homo est animal. ergo homo est aliquod animal, & hic nõ arguitur respectu communis termini ponentis differentiam inter terminum inferentem & terminum illatum, sicut declaratum est in expositione sup summulis Petri Hispani, sed quando fit descensus a tali termino ad supposita determinata causatur hæc fallacia, ut hic. omnis homo est animal: ergo omnis homo est hoc animal.

Quarto sciendum est quod duplex est suppositio confusa. nam quædam est acceptio termini communis pro suis inferioribus omnibus uirtute signi uniuersalis, & hæc dicitur suppositio confusa per se, ut omnis homo currit, alia est acceptio termini communis pro omnibus suis inferioribus uirtute negationis præpositæ, & dicitur suppositio confusa per accidens, ut homo non est asinus, ibi asinus supponit confuse pro omnibus suis inferioribus uirtute illius negationis non: unde bene ualet consequẽtia descendẽdo ad omnia sua supposita determinata arguendo sic. homo non est asinus. ergo homo non est grisellus uel brunellus, & sic de aliis eius suppõ.

Quinto

Quinto sciendum quod prædictorũ quinque membrorum suppositionis potest sic formari sufficientia. nam suppositio est acceptio nominis substantiui, uel ergo tale nomen est terminus singularis, uel terminus communis. si primum sic supponit discrete. si secũdum hoc est dupliciter, quia uel est terminus sumptus cum pro nomine demonstratiuo uel non. si primum sic supponit discrete. si secundum hoc est dupliciter, quia uel sumitur per se materialiter uel pro re significata. si primum sic supponit materialiter. si secundum hoc est tripliciter, quia uel ponitur post dictionem exclusiuam uel non. si primum sic supponit simpliciter in tertio gradu. si secundum hoc est dupliciter quia uel est prædicatum propositionis uel subiectum. si primum hoc est dupliciter quia uel prædicatũ propositionis affirmatiuę, & sic supponit simpliciter in secundo gradu, uel est prædicatum popositionis negatiuę, & sic supponit confuse per accidens. si secundum hoc est dupliciter, qa sumitur cum signo uel sine signo. si primum hoc dupliciter uel sumitur cum uniuersali, & sic supponit confuse per se, si tale signum sumatur distributiue uel cum signo particulari, & sic supponit determinate. si secundum hoc est dupliciter, quia uel subiicitur prædicato primę propositionis uel secundę. si primum sic supponit determinate. si secundũ sic supponit simplr in primo gradu.

Conclusio. quandocunque mutatur suppositio una in alia. respectu communis termini ponentis differentiam inter terminum inferentem & terminum illatum, & præsertim quando mutatur suppositio simplex de primo gradu in personalem committitur fallacia figurę dictionis si fiat per similitudinem uocis, & ratio est, quia ubicunque est causa apparentię alicuius fallacię, ibi committitur talis fallacia, sed dum mutatur suppositio est causa apparentię huius fallacię scilicet figurę dictionis, ut ex dictis patet. igitur &c.

Attendendum est aũt quod nõ solum committitur fallacia prædicta propter uariationem suppositionum, sed etiam propter diuersum modum supponendi, ut hic ista est fallacia. omnis homo est omnis homo, quia prædicatum non uerificatur de subiecto pro aliquo eius supposito. ergo ista est falsa. Deus est trinitas, quia prædicatum non uerificatur de subiecto pro aliquo, non ualet, quia ut dicit Doc. S. prima parte. q. 39. ar. 6. ꝙ homo per se non habet suppositionem, sed ex adiuncto habet ꝙ stet pro natura communi, & ideo hæc est falsa. homo est omnis homo, quia pro nullo supposito uerificari potest. sed hoc nomen Deus, per se habet quod stet pro essentia, licet pro nullo supposito diuinæ naturæ hæc sit uera. Deus est trinitas, & tamen est uera pro essentia. hæc ille formaliter.

Aduertendũ est etiam, quod quando arguitur a minus amplo ad magis amplum cõmittitur ista fallacia, ut omnis homo currit. ergo omne animal currit, committitur etiam ista fallacia quando arguitur a non distributo ad distributũ, uel arguitur a pluribus determinatis ad unã rem determinatam, & sic de similibus argumentationibus.

Dubitatur primo de hoc sophismate. omnis homo, & alius homo sunt. uidetur primo, ꝙ sit uerum, nam Sortes, & alius homo sunt Plato, & alius hõ sunt & sic de omnibus. ergo omnis homo & alius homo sunt. Contra. aliquod est relatiuum diuersitatis, ergo supponit pro diuerso ab omn homine, sed non est homo alius ab omni homine. ergo sophisma falsum, & ꝓbatio ẽm fallaciam figurę dictionis peccat arguẽdo a pluribus determinatis ad unã rẽ determinatam, quia iste terminus alius stat determinate in præmissis & in conclusione simpliciter, similiter hic. nõ. hanc rem uidens est aliquid uidens, quia non uidens Platonem est uidens Sortem, & illam rem non uidens est aliquid uidens, & sic de singulis. ergo nihil uidens est aliquid uidens. sil'e est iudiciũ de his sophismatib. nullum caput habens est aliquod caput habens

habens, a nullo homine differēs est ab aliquo differens, nullū oculum habens est aliquem oculum habens, tu es quilibet uel differens a quolibet. tu es omnis homo uel differens ab omni homine, de quibus latius determinatur in paruis logicalibus a sophisticis.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum, quod ibi non mutatur suppositio simpliciter in primo gradu in personalem suppositionē, sed mutatur suppositio simplex de secūdo gradu, nō tñ respectu termini ponentis dřam inter terminū inferētē & terminū illatum. dicendum est enim quod qñ fit uariatio suppositionū ratione alicuius differentiæ, quam importat terminus tertius cōmittitur hæc fallacia. quare autem semper committitur fallacia ista, quādo mutatur supoositio simplex de primo gradu in personalem, & nō de secundo uel tertio, ratio est quia sub termino supponente simpliciter in primo gradu non potest fieri descensus neque ad supposita determinata, sub tertio uero supponente simpliciter in secūdo gradu potest fieri descensus ad supposita negatiue indeterminata. Ad secundū & tertium dicendum est sicut dictum est ad primum.

QVAESTIO XVI.

Vtrum mutando quale quid in hoc aliquid committatur fallacia figuræ dictionis.

QVÆRITVR Vtrū mutando quale quid in hoc aliquid committatur fallacia figuræ dictionis. Et uidetur quod nō. nam mutando hoc aliquid in quale quid non committitur fallacia figuræ dictionis, a simili non committitur quādo econuerso mutatur quale quid in hoc aliquid antecedens patet. nam bona est consequētia hæc ut in locis dictum est. sortes currit. ergo homo currit, & tamen mutatur hoc aliquid in quale quid. ergo &c.

Secundo. si sic, sequeretur quod in cōuersione simplici, & per accidens quando affirmatiua conuertitur committeretur fallacia figuræ dictionis cum ibi mutetur quale q̃d in hoc aliquid: consequēs est falsum. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Doct. San. in superiori lectione, & philosophus primo elenchorum.

CONCLVSIO.

Pro cuius declaratione sciendum est primo quod quale quid ut supra dictum est, dicit esse, quid designatum per modum qualis, idest communis, unde commune dicitur quale quid, sed hoc aliq̃d est indiuiduum sumptum sub isto communi, & est duplex. nam quoddam est signatum, ut sortes & aliquod vagū, ut aliquis homo, aliquod animal, ex quo patet quod licet quale quid, & hoc aliquid possit esse idem secundum esse, differunt tamen secundum rationem, unde non oportet quod quicquid conuenit uni conueniat alteri, non enim committitur fallacia aliqua mutādo quale quid in hoc aliquid uagum, nisi arguatur respectu termini ponentis differētiam inter terminum inferentem, & terminum illatum, unde secundum philosophum in prædicamētis. omnis color est in corpore. ergo in aliquo corpore, & tamen mutatur quale quid in hoc aliquid uagum. licet non sequatur. omnis color est in corpore, ergo in hoc corpore propter uariationem suppositionis, quia mutatur quale quid in hoc aliquid determinatum siue signatum.

Secundo sciendum quod quando mutatur quale quid in hoc aliquid propter partialem identitatem duorum in uno tertio & non propter similitudinē modi appellandi non committitur fallacia figuræ dictionis, sed committitur fallacia accidētis, ut dicit Rodulphus super primo elenchorum, quia partialis identitas aliquorum in uno tertio, est causa apparentiæ fallaciæ accidentis, ut infra patebit, sicut hic. homo est species. sor

tes

tes est homo. ergo Sortes est species, si quis propter identitatē sortis & speciei in homine credat identitatem inter se decipitur per fallaciam accidentis, ex quo patet quod in eodem paralogismo est fallacia figurę dictionis & accidentis, secundum tamen diuersas causas apparentiæ.

Tertio sciendum quod non solum qñ mutatur quale quid in hoc aliquid committitur ista fallacia, sed etiam dum mutatur substātiuum in adiectiuum, ut hic. omnis prior est monachus, dialectica est prior. ergo dialectica est monachus. similiter quando modus significandi singularis mutatur in pluribus ut hic, quælibet persona diuina est Deus, sed tres sunt personæ diuinę. ergo tres sunt Dij, similiter quādo incomplexum mutatur in incomplexum ut hic. Deus potest facere omnem rem personalem aliā a se, sed istā propositio. potest, videlicet. Deus non creat. ergo Deus potest facere Deū non creare. similiter propter alias similes uariationes quasi infinitas causatur ista fallacia, ut hic, homo incipiet cras esse albus. ergo incipies esse cras, uel hic omni parte continua aliqua pars est minor. ergo aliqua pars omni parte continua est minor, similiter omni parte continua aliqua pars est maior debilis. ergo omni parte continua est maior: similiter hic. pars est omni parte continua & illa, & sic de alijs. ergo aliqua pars est omni parte cōtinua minor, silr hic. sp fuit aliquis hō ergo aliqs hō fuit semper, similiter hic, quicquid auditum est a sorte pbatum est a Platone, supposito q ipsi duo sint, sed falsum auditum est a sorte. ergo probatum est a Platone supposito quod Plato proferat hanc propositionem. homo non est asinus, & quod Sortes non audiat hanc negationem non, similiter hic. iste dabit bonum album, sed iste non habet bonum album. ergo dat quod non habet, similiter hic. iste dat unum solum denarium, sed iste non hēt unum solum denarium. ergo dat quod non habet, & sic de similibus quasi innumeris paralogismis, qui peccant secū dum fallaciam figuræ dictionis, licet etiam peccent secundum fallaciam accidentis propter aliam causam apparentiæ.

Conclusio quando mutatur quale qd in hoc aliquid propter similitudinem dictionum secundum modum appellandi respectu tertij termini qui ponit differentiam inter terminum inferentem, & terminum illatum committitur fallacia figuræ dictionis, patet primo hæc cōclusio auctoritate philosophi primo elēchorum, & auctoritate Doct. Sā. in præsenti passu, & ratione sic pbari potest, ubicunque est deceptio per causam apparentiæ fallaciæ figuræ dictionis, uel est fallacia, quod quando mutatur quale quid in hoc aliquid modo expresso causatur deceptio per causam apparentię fallaciæ figuræ dictionis, quia talis causa apparentiæ est similitudo dictionis cum dictione. igitur &c. unde si propter similitudinem istarum dictionum. homo est Sortes creditur quod quicqd prædicatur de uno prædicetur de alio, decipimur per hanc fallaciam sic arguēdo. Sortes est homo, homo est species, ergo Sortes est species, mutatur enim quale quid in hoc aliquid respectu termini importantis differentiam inter terminum inferentem & terminum illatum.

Dubitatur de ueritate huius sophismatis, tu es una chimera uidetur quod sit uerum. nam supponatur quod Sortes dicat hanc propositionem. Deus est, & Plato tantum dicat illam. homo est animal, & utrunque dicat istam, tu es una chimera, quo supposito sic arguitur. ab utroque illorum enunciatum est uerum cum ambæ illæ propositiones sint uere uidelicet, Deus est, & homo est animal, sed enunciatum non est aliquid ab utroque nisi ista propositio, tu es una chimera. ergo ipsa est uera, & sic sophisma est uerum.

Contra. Tu es animal rationale. ergo tu non es una chimera. Dicendum quod sophisma est falsum. & probatio peccat secundum fallaciam figuræ dictionis pro-

propter variationem suppositionis. nã in prima enunciatum stat distributiue, quia sequitur distributionẽ, sed in secũda stat determinate, similiter ibi est expresse fallacia accidentis, ut inquit philosophus hic.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum negando antecedens, quia hic committitur fallacia figuræ dictionis. Sortes est indiuiduum. ergo homo est indiuiduum, & tñ mutatur ibi hoc aliquid in quale quid, quia includitur in eo ꝙ est aliquid essentialiter & non econtra, unde non est simile.

Ad secundum patet solutio ex dictis.

TRACTATVS
de fallacijs extra dictionem.

QVAESTIO XVII.

Vtrum fallacia accidentis sit fallacia extra dictionem ab alijs distincta.

QVæritur vtrum fallacia accidentis sit fallacia extra dictionem ab aliis distincta. Et uĩ ꝙ non. nam nulla est fallacia subiecti extra dictionem. ergo nulla est fallacia accidentis patet consequentia a simili.

Secundo. proprium non facit fallaciã extra dictionem. ergo a simili neque accidens.

Tertio. si esset aliqua fallacia accidentis maxime esset in isto paralogismo. hõ est species. ergo risibile est species, sed hoc non est, quia ibi est fallacia similiter dictionis uel si sit accidentis nõ est extra dictionem.

OPPOSITVM.

Sed contra est D.S. in præsenti capitulo, & philosophus in 1. elencho. & iterũ D.S. ibi c. ibi. [Sequitur. n. de fallaciis extra dictionem, quæ in hoc differũt a fallaciis in dictione.]

CONCLVSIO.

Pro cuius declaratione sciendum primo, quod postquam Doc. S. determinauit de fallaciis in dictione, quarum principium motiuum simpliciter est ex parte uocis, hic consequenter ꝑꝑ rõnẽ ordinis super adductam incipit determinare de fallaciis extra dictionem, quarum principium motiuum sumitur ex parte rei. nã ut dicit textus, sicut fallacia in dictione prouenit ex eo quod deceptio ꝙ aliquæ res, quæ conueniunt secundum vocem accipiuntur, ut eadem secũdum rem significatam, ita in fallacia extra dictionem deceptio ꝓuenit ex eo ꝙ aliꝗ res aliquo modo conuenientes uel differentes ſm rem accipiũtur, ut eędẽ vel diuersę simpl̃r. ẽ ergo fallacia extra dictionem identitas decipiendi proueniẽs ex identitate aliquali duorum inter se.

Secundo sciendum ꝙ 7. sunt fallaciæ extra dictionem, quæ ut patet in textu accipiuntur per septem dictiones principales entis quarum prima est diuisio talis. nam entium aliud est per se aliud per accidens, & secundum hanc sumitur fallacia accidentis. Secunda est diuisio entis aliud perfectum aliud imperfectum, & secundum hanc sumitur fallacia secundum quid & simpliciter. Tertia diuisio est. nam ens diuiditur in oppositũ & non oppositum, & secundum hãc sumitur fallacia ignorantia elenchi. Quarta diuisio est qua ens diuiditur in idẽ & diuersum secundum quam sumitur fallacia petitionis principii. Quinta diuisio est qua diuiditur ꝑ prius & posterius, & secundum hanc sumitur fallacia consequentis. Sexta diuisio est qua diuiditur per causam & causatum secundum quã sumitur fallacia secundum non causam ut causa. Septima uero diuisio entis, est qua diuiditur per unum & multa, & secũdum hanc sumitur fallacia secundũ plures interrogationes ut unã. patet ergo ꝙ septem sunt fallaciæ extra dictionem uidelicet fallacia accidentis secundum quid & simpliciter, ignorãtiæ elẽchi, & petitionis principij, consequenter secũdum non causam, ut causam, & secundũ plures interrogationes ut unam.

Tertio sciendum quod accidẽs põt su

mi quinque modis ut in propoſito ſufficit, primo modo accipit ſm q diſtinguit contra ſubſtantiam. ſecundo modo accipitur ſm q diſtinguitur contra propriū. tertio ſumitur pro eo quod eſt extra eſſentiam & intellectum rei, quarto accipitur ſecundum q diſtinguitur contra p ſe, & hoc abſolute, per ſe enim dr̄ ineſſe alicui, ut dicit D.S. q ineſt ei ſm rōnem diffinitionis, q aūt ꝑter hoc ineſt alicui dr̄ ineſſe per accidens, quinto arguitur accidens ut diſtinguitur cōtra per ſe nō quidem abſolute, ſed pro eo q eſt extraneum alicui rei reſpectu alicuius attributi, ſicut dicit Rodulphus, Sortes enim accidit homini ſecundum q homo ſtat ſub iſto attributo, qd̄ eſt ſpecies, & animal accidit hoī.i. extraneum eſt ei ſecundum q ſtat ſub iſto attributo genus, & iſto modo accipitur accidens in fallacia accidentis. Eſt igitur fallacia accidētis deceptio proueniens ex eo quod aliquid aſſignatur ſimiliter ineſſe in utroque eorum, quæ ſunt aliqualiter idem ſecundum accidens. Cauſa uero apparentiæ eſt unitas eorum quę per accidēs aliquo modo cōiunguntur, ſed cā defectus eſt diuerſitas eorundem.

Quarto ſciendum eſt quod ſecūdum Doc.S. in litera, q̄dā ſunt quæ oīno ſunt idem ſecundum rem, videlicet, & ſm ſubſtantię rationem vt veſtis & indumentum, & in iſtis eſt ſolū per ſe & non per accidens, unde quicquid eſt verū de vno eſt uerum de alio, quod intelligendum eſt de terminis realibus ſecus eſt de terminis intentionalibus. nam veſtis eſt fęminini generis & indumentum neutri generis, unde in argumento a terminis realibus in pluralibus nō poteſt eſſe fallacia accidentis. alia ſunt quorum omnino unum eſt extraneum a ratione alterius, ſicut homo & albū, & in iſtis eſt ſolum per accidens, quædā uero ſunt quorum unum pertinet ad rōnem alterius, licet omnino non ſint eadem ſicut ſuperius & inferius, ſpecies & proprium & ſimilia, in his enim duobus ultimis modis poteſt eſſe fallacia accidentis, quia non neceſſe, vt quod uerum eſt de uno ſit uerū de alio, vt homo eſt animal, ſed animal eſt quadruples. ergo hō eſt quadruples, & ſic de ſimilibus.

Quinto ſciendū q huius fallaciæ tres ſunt modi, ut patet in textu: Primus modus prouenit ex eo q procedit ab accidente ad ſubiectum & econtra, ut hic. cognoſco coriſcū & coriſcus eſt ueniēs ergo cognoſco ueniētē, n̄ ualet qa coriſcus & ueniens ſunt unū per accidens, iō nō ſequitur q quicquid eſt uerū de vno ſit & uerum de alio, ſed eſt mutatio medij, quia coriſcus non ſubiacet cognitioni meæ ſecundum q eſt idem venienti, ſimiliter hic iſte canis eſt pater, & eſt tu' ergo eſt pater tuus, ſimiliter iſte, frater eſt albus, & eſt monachus. ergo eſt monachus albus, ſimiliter hic, iſte eſt magnus, & eſt philoſoph'. ergo eſt magn' philoſophus, ſimiliter hic. es eſt naturale. ſtatua eſt es. ergo ſtatua eſt naturalis, ſimiliter. omnis homo eſt totum in quantitate, Petrus eſt hō. ergo Petrus eſt totum in quantitate, & ſic de ſimilibus. Secundus modus prouenit ex eo q illud quod conuenit ſuperiori ſm q ſuperius differt ab inferiori & cōcluditur de inferiori uel ecōtra, ut animal eſt genus. homo eſt animal. ergo hō eſt gen', uel ſic. hō eſt ſpēs. ergo animal eſt ſpēs, non ualet quia genus nō ꝓdicatur de aīali ſm q cōuenit cū homine. Tertius modus q conuenit qn̄ ꝓcedit a proprio ad ſpēm uel econtra, ut hō eſt riſibilis, ſed riſibile eſt proprium. ergo hō eſt ꝓpriū nō ſequitur pp rationem ſupradictam.

Fallacia accidentis eſt fallacia extra dictionē ab alijs diſtincta, q ſit fallacia patet per diffinitionē fallaciæ, qd uero ſit fallacia extra dictionē patet qa ſumit cām apparentiæ ex parte rei & non ex parte uocis, q̄ qdē cā eſt diſtincta ab alijs. ergo ipſa eſt ab alijs fallacijs diſtincta. attendendū eſt tū ſm D.S. in lect. q ſicut in cathegoricis committitur fallacia accidentis, ita poteſt cōmitti in hypotheticis, ut hic. ſi nullum tempus non eſt. dies non eſt, ut patet per locum a toto in quantitate, ſi dies non eſt. nox eſt, per locum ab oppoſitis, ſi nox eſt. ergo

go aliquod tempus est:similiter, si non animal est non est uidens. ergo si non est uidens, est cæcus, si cæcus sit est animal. ergo si animal non sit, est animal.

Dubitatur primo vtrum uariatio medij causet fallaciam accidentis:ut hic D.S.uī innuere, qa aliàs in prima figura esset fallacia accidentis, cum medium ibi uarietur, qa subijcitur in una & p̄dicat̄ in alia. Dicendū quod non qualiscunque uariatio medij causat fallaciā accidētis: sed solum illa qñ mediū ut comparatū ad unum extremū extraneum est ab altero extremo, uel alterum extremū est sibi extraneū, unde rō dubij nō sequit̄.

Dubitatur secūdo de uirtute istius sophismatis. totus Sortes est minor Sorte, vr̄ quod sit falsum. nam si totus Sortes est minor Sorte. sequitur quod Sor. est minor seipso, quod est falsum. In contrarium uī quod sit uerū. nā Sortes s̄m quālibet sui partē est minor Sorte. ergo totus Sortes est minor Sorte. Dicendum q̄ sophisma est uerum, & probō peccat secundum fallaciam accidentis. nam accidit Sorti quod quælibet pars eius sit minor toto.

SOLVTIO.

Ad primum nego consequētiam, qa non accipitur hic accidens ut distinguitur contra substantiam ut dictum est, & sic patet solutio ad secundum.

Ad tertium dicēdum, quod non est incōueniens, ut dicit D.S. quod in eodem paralogismo sit fallacia accidentis & figuræ dictionis secundum diuersas causas apparentiæ, ut dictum est.

QVÆSTIO XVIII.

Vtrum secundum quid & simpliciter sumatur una fallacia extra dictionem ab alijs distincta.

QVęritur utrū secūdum quid & simpliciter sumatur una fallacia extra dictione ab aliis distincta.

Arguitur primo q̄ nō. nam arguendo a dicto secundum quid ad dictum simpliciter cātur locus dialecticus, vt patet, locus a parte in mō ad suum totū: vt iste homo est bonus. ergo iste est homo. ergo arguendo a dicto secundum quid ad dictum simpliciter nulla est fallacia.

Scd̄o non est aliqua fallacia dicti s̄m quid simpl̄r ad dictū s̄m quid, quia aliter essent plures fallaciç extra dictionē q̄ sepťé. ergo nec econtra est aliqua fallacia dicti secundū q.d ad dictum simpliciter.

Tertio bene sequitur. isto est homo mortuus. ergo est homo, & tamē arguitur ibi a dicto secundum q.d ad dictum simpliciter. ergo &c. probatio maioris: nam quando aliqua duo includuntur in aliquo quodlibet illorum sequitur ad illud, sed in homine mortuo includitur hō & includitur mortuū. ergo bene sequ tur. est homo mortuus. ergo est homo.

OPPOSITVM.

Sed contra est philosophus in primo elenchorum. & Doc.S. in præsenti passu ibi. [Simpliciter autem dicitur hic quod nullo addito dicitur.]

CONCLVSIO.

Pro cuius declaratione sciendum est primo quod postquam Doct. San. determinauit de fallacia accidentis, quæ sumitur secundum diuisionem in per se, & per accidens, hic consequenter determinat de fallacia secundum quid ad simpliciter, quę sumitur secundum aliam diuisionem entis, qua diuiditur in perfectum & in imperfectum. Cuius ratio ordinis est, quia minor est causa apparentię in ista fallacia quam in fallacia accidentis, inde est quod pauciores decipiuntur per hanc fallaciam, quam per fallaciam accidentis, fallacię autem ordinantur secundum earum causas apparentię, vt supra dictum est. igitur post fallaciam accidentis determinat de fallacia secundum quid ad simpliciter. est autem dictum simpliciter in proposito dictum sumptum sine determinatione. nam vt dicitur in textu, simpliciter dico quod sine addito dico, vt homo animal & similia, sed dictum secundum q.d est dictum sumptum cum determinatio

ne, vt homo albus, & quia triplex est determinatio ideo triplex est dictum secundum quid. nam quædam est determinatio quæ non diminuit de ratione eius cui additur, vt Sortes albus, ly albus nõ diminuit, neque priuat aliquid de ratione Sortes. arguendo autem a tali dicto secundum quid ad simpliciter causatur locus dialecticus & non sophisticus, vt voluit primum argumentum. alia est determinatio diminuens vt ens opinabile ly opinabile diminuit de ratiõe entis. Tertia est determinatio priuans vt mortuũ priuat de ratione hominis. ergo aut his duobus modis a dicto secundum q̃d ad dictum simpliciter causatur ista fallacia.

Secundo sciendum quod fallacia q̃d ad simpliciter est deceptio proueniens ex eo ꝙ dictum secũdum quid sumitur ac si esset dictum simpliciter, causa apparentię huius fallaciæ est idẽtitas dicti secundum quid ad dictum simpl'r, sed cã defectus est diuersitas eorundem. Huius autem fallaciæ, vt dicitur in textu, sunt quinque modi. Primus prouenit ex eo ꝙ determinatio addita habet oppõnem ad id cuius additur, quia. s. priuat aliquid de rõe eius. vt Cęsar est homo mortuus. ergo est hõ. non seq̃tur, quia cũ viuum sit de rõne hoĩs, mortuum opponitur hoĩ & priuat aliq̃d de rõne eius, similiter hic iste est bonus latro. ergo est bonus, si'r hic. mẽdax dicit verũ credendo sed dicere falsum. ergo mẽdax dicit uerum Scđs modus ꝓuenit ex eo ꝙ aliqua determinatio addita ꝑtinet adactũ aĩę & diminuit de rõne eius cui adiũgitur, ut hic. chymera est ens opinabile ergo est ens. si'r. Cęsar est in memoria hoĩum ergo est, & sic de aliis. Tertius ꝓuenit ex eo ꝙ determinatio addita se hẽt ut potentia. unde ẽt diminuit, vt ouũ est aĩal in potẽtia ergo est aĩal. Quartus ꝓuenit ex eo ꝙ determinatio addita se habet ꝑ modũ ꝑtis, a qua totũ nõ est aptũ denominari totũ, vt iste est albus secundum dentẽ. ergo est albus nõ ualet, si autem totum esset aptum natum denominari apte, qñ, uidelicet, accidẽs denominat sibi totã partem in subiecto, tũ c bene sequitur, ut iste est simus secũ dũ nasum. ergo est simus, & iste est claudus secundum tibias. ergo est claudus. Iste autem modus se extẽdit ad aliquas partes aliorum totorum, uidelicet, loci uel tp̃is vt dieta est bona in locis ægrotatiuis. ergo dieta est bona. uinũ est malum febricitanti. ergo uinum est malũ, similiter bonum est ieiunare in quadragesima. ergo bonum est ieiunare, & sic de similibus. Quintus prouenit ex eo ꝙ determinatio addita cogit terminũ cui additur nõ simpliciter sumi, sed naturaliter, ut sapiens vult admittere malum. ergo vult malum: similiter hic cõitas Santinẽsis vult permittere vsuras. ergo uult usuras, similiter hic. fur vult accipere bonum. ergo vult bonum, omnes autem paralogismi soluuntur secundum rõnẽ perfecti & imperfecti, quia determinatio diminuit ex eo, quod significat aliquid perfectum esse: ut dicit Doc. San. in litera.

Tertio sciendum quod secundũ Egidium in primo elenchorum modi huius fallaciæ præsentis tripliciter sumi. uno modo rõne modi procedendi, quia procedit a sm̃ quid ad simpliciter ꝑp incon ueniẽtiã additionis factę, quod duobus modis potest pertingere, uno mõ, quia talis additio est incongrua & incompetens, ut dicendo, hõ mortuus. ergo hõ, & sic sumitur primus: secundo modo quia licet additio sit competens tñ non cõpetenter additur parti alicui, a qua totum denominari non dẽt, ut dicẽdo hic hõ est albus dente. ergo est albus, & sic sumitur secundus modus. tertio modo possunt modi huius fallaciæ sumi rõne oppositorum, quæ concludunt in hac fallacia, & sic sunt tres modi huius fallacię, quorum primus est quando per hanc fallaciam concluduntur opposita contradictorie, ut hic, quod nõ est opinabile. ergo quod non est, secundus est, quoniam concluduntur contrarie, ut ethiops est niger facie, & albus dẽte. ergo est niger & albus. tertius est qñ cõ cluduntur priuatiue opposita, ut hic.

ethiops

ethiops est niger & albus dēte. ergo est niger & non niger, accipitur autem hic priuatiue & non negatiue. Et licet in pdictis exemplis committatur fallacia ignorantiæ, tamen etiam committitur hęc fallacia, non enim est inconueniens ut sæpe dictum est in eodem paralogismo esse diuersas fallacias secundum diuersas rationes, tertio modo possunt sumi modi huius fallacię ratione terminorum ad quos applicari potest hæc fallacia, & sic eius sunt quinq; modi: ut supra in secundo notabili est adductum.

Responsiua conclusio est ꝙ ſm dictū secundum quid ad simpliciter sumitur una fallacia extra dictionem ab alijs distincta, & hæc conclusio probatur sicut præcedens. Attendendū est tñ ꝙ tot modis arguitur secundum hāc fallaciam arguendo a dicto simpl'r ad dictum secundum, quid sicut econuerso, unde sicut non sequitur. Cęsar est homo mortuus. ergo est homo. ita non sequitur. Petrus est homo. ergo est homo mortuus, & tñ hæc fallacia est una & non duæ, quia cōuenientia dicti secundum quid ad dictū simpliciter, & econtra est eadem secundum, rem unde cum talis conuenientia sit causa apparentiæ huius fallaciæ non erit nisi una causa apparens, & per consequens erit una fallacia & non plures, & per hoc patet solutio ad secundum, nec est simile de cōpositione & diuisione, quia in illis sunt diuisę causæ apparentiæ, & defectus, qui diuersimode sumuntur.

Dubitatur utrum semper quādo deficit processus a secundum quid ad simpliciter deficiat processus a dicto simpliciter ad dictum secundum quid. Videtur quod non, ut adducit Egidius. nam hic est fallacia secundum quid, ad simpliciter. non est homo. ergo non est, ut patet per philosophum in primo elēchorum. & tamen econuerso, bene sequitur. non est homo. ergo non est homo.

Dicendum breuiter secundum prenominatum Doctorem quod fallacia secundum quid ad simpliciter potest dupliciter considerari, uel ut est pura talis fallacia, uel ut concurrit ibi alia fallacia, ut puta fallacia consequentis uel similis, si secundo modo, fit cum ratione.

SOLVTIO.

Ad dubium primum patet solutio ex dictis. Ad tertium dicendum ad probationem maioris: quod quādo aliqua duo includuntur in aliquo secundum actum & secundum propriam rationem, tunc illa sequuntur ad illud, modo sic non est in proposito. nā homo in homine mortuo stat secundum exigentiam mortui & non tenetur secundum propriam rationem. igitur ratio non sequitur.

QVAESTIO XIX.

Vtrum fallacia ignorantiæ elenchi sit fallacia extra dictonem ab alijs distincta.

QVÆRITVR Vtrum fallacia ignorantiæ elēchi sit fallacia extra dictionem ab aliis distincta.

Arguit primo, quod non sit fallacia, quia ubi est bonus processus ibi non est fallacia, sed arguendo secundum ignorantiam elenchi est bonus processus. ergo &c. probatio minoris, quia bene sequitur. illud est magnum ad hoc, & est paruum ad illud. ergo est magnum & paruum, ut patet per philosophum in prædicamentis, & tamē ibi est ignorantia elenchi. ex omissione illius particulæ ad idem &c.

Secundo arguitur quod non sit ſpālis quia oīs fallacia peccat ꝯ elenchū, aut ſm illationem, aut ſm probationē, aut contradictionem. ergo omnes fallaciæ reducuntur ad ignorantiam elenchi, & per consequens non est fallacia ſpālis.

Tertio arguitur ꝙ non sit distincta ab aliis. nam hic est ignorantia elenchi. Istud est duplum ad hoc, sed non est duplum ad illud. ergo non est duplum, & per consequens idem est duplum, & non est duplum, & tamen ibi est fallacia consequentiæ cum

arguatur a destructione antecedẽtis. ergo non est distincta fallacia consequentis.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in elenchis, & Docto. Sanct. in præsenti capitulo.

CONCLVSIO.

Pro cuius ampliori declaratione sciẽdũ primo, q̃d ignorantia elenchi potest accipi dupliciter, vno modo communiter scilicet pro omissiõe cuiuscũque particulę ad uerũ elẽchũ requisitę siue ptineat ad illationem, probationem, siue contradictionem, & isto modo nõ causat specialem fallaciam, sed communẽ ad quam reducuntur omnes aliæ. alio modo accipitur specialiter pro omissione alicuius particulæ requisitæ ad uerã contradictionem, quæ sunt quatuor, uidelicet, ad idem, secundum idem, similiter, & in eodem temore. Est enim contradictio, vt dr̃ in textu, uniuersi & eius dẽ oppositio, nõ rei tm̃ nõ nois tm̃ sed rei & nominis simul ad idẽ ẽm idẽ simpliciter, & in eodem tempore, & isto modo ignorantia elenchi accipitur in proposito, vt dictum est.

Secundo sciendum q̃ fallacia ignorantiæ elenchi est deceptio ex hoc q̃ non obseruantur ea quæ sunt necessaria ad contradictionem. Causa vero apparentiæ eius est similitudo cõtradictionis apparentis in præmissis cum cõtradictione vera in conclusione: causa defectus est diuersitas earũdem. Sunt autem huius fallaciæ quatuor modi, vt dr̃ in textu, quorũ primus prouenit ex eo q̃ non arguitur, ad idẽ, vt hic. duo sunt duplũ ad unũ, & non sunt duplum ad tria. ergo sũt duplũ, & nõ duplũ, nõ seq̃t q̃a ibi nõ arguit̃ ad idẽ. Secundus prouenit ex eo q̃ non argutiur secundum idem, vt hic. hoc est duplum ad illud ẽm lõgitudinem, & nõ est duplũ ẽm latitudinẽ. ergo est duplũ, & non est duplum. Tertius prouenit ex eo q̃ nõ arguitur similiter, vt hic. Cęlũ mouetur circulariter, & nõ mouet̃ motu recto. Quartus prouenit ex hoc q̃ ibi nõ arguit̃ in eodẽ tpe, ut hic magister legit heri & nõ legit hodie. ergo legit & non legit, & sic de similibus paralogismis omnes soluuntur negando consequentiam.

Fallacia elẽchi ignorantiæ secundo mõ accipiẽdo ignorũtiã elenchi est fallacia extra dictionẽ ab aliis distincta: hæc cõclusio probatur sicut præcedẽs. Attendendũ tñ est ẽm D. S. in littera q̃ fallacia ignorãtiæ elenchi conuenit cũ fallacia secũdũ quid, & simpliciter, & ab ea differt: cõuenit. n. cũ ea q̃ in vtraq; pcedit̃ ab eo, q̃ ẽm quid ad id q̃d dr̃ simpliciter, sed hæc est dr̃ia, quia in fallacia secũdũ quid ad simpliciter determinatio diminuit de rõne cõtradictionis. nã bene sequitur hoc est duplũ ad illud ẽm longitudinem. ergo est duplum ad illud, sed non sequitur si ad diuersa referatur, & licet vt dicit Rodulphus Britonus in vtraq; illarũ fallaciarũ sit apparens cõtradictio, tñ abinuicẽ distĩguũtur, quia cã apparentiæ in fallacia ẽm q̃d ad simpliciter est apparẽs idẽtitas dicti secundum quid ad simpliciter. Cã vero apparẽtię huius fallacię est idẽtitas cõtradictionis ad nõ verã, vñ distĩguũtur, q̃a tñ in vtroq; est cõtradictio, ideo soluit Philosophus paralogismos vtriusque inspiciendo cõtradictionẽ, ut patet in primo & secundo elenchorũ.

Dubitat̃ primo q̃d si elenchus. pdubitatione sciẽdũ q̃ ad elenchũ tria req̃rũtur, videlicet illatio, probatio, & cõtradictio, ita tñ q̃ cõtradictio sit dr̃ia ultima, & pfectior cęteris, quę req̃rũtur ad verũ elenchũ q̃ ibi sit cõtradictio, sed oportet q̃ talis cõtradictio sit euidens. Ex quo patet quod elẽchus includit rõne illationis in se syllogismũ simpliciter dictũ, & ratione pbationis ĩcludit syllogismũ dialecticũ. quo supposito dicẽdũ est ad dubiũ, q̃d elẽchus est syllogism9 ɔ̃dictionis nõ rei tm̃, nõ nois tm̃, sed rei & nois simul, nõ sinonymi sed eiusdem nois ex his, q̃ dicta sunt ex necessitate accidere non commemorato eo quod erat in principio, ad idẽ ẽm idẽ similiter, & in eodẽ tpe. Elenchus. n. quia includit contradictionẽ ponitur in p̃dicta diffinitio-

diffinitione eiusdem de eodem uon nois tantum, neque rei tm̃, sed rei & nominis simul ad idem secundum idem simul, & in eodem tpe, & quia talis contradictio dẽt euidens esse ponit hæc particula nõ sinonymi, sed eiusdẽ nominis. Rõne vero illationis quã includit ponitur, ex his quæ dicta sunt ex necessitate accidere, ratione probationis subiungitur, nõ cõmemorato eo ꝙ erat in principio.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum, ꝙ in prædicta argumentatione non est fallacia ignorãtię elenchi, quia in relatiuis ualet talis ꝓcessus, & bene seqtur. iste est pater respectu hui⁹ & filius respectu alterius. ergo est simpliciter pater & filius, q̃a esse relatiuorum est esse in relatione ad alterum. magnum autem & paruum sunt de numero relatiuorum. sed in formis absolutis non ualet talis processus, sicut non sequitur hoc est album per comparationem ad illud. ergo est album simpliciter. hæc autem fallacia maxime attenditur in formis absolutis, ut dicit Rodulphus Britonus in primo elenchorũ. Ad secundum patet solutio ex dictis. Ad tertium dicendum, quod nõ est inconueniens in eodem paralogismo esse fallaciam hanc & fallaciam consquentis secundum diuersas tamen cõsiderationes, ut accidit in proposito. ergo ratio nulla.

QVAESTIO XX.

Vtrum secundum petitionem principij sumatur vna fallacia extra dictionem ab alijs distincta.

Quærit utrũ ẽm petitionẽ principij sumatur una fallacia extra dictionẽ ab aliis distincta Et arguitur primo ꝙ non. nã de modis petitionis pricipij determinat philosophus in secũdo elench. ergo secundum petitionem principij sumitur uerus syllogismus simpliciter dictus & non sophisticus siue fallacia.

Secundo etiam de modis petitionis principij determinat philosophus i octauo topico. ergo secundum petitionem principij simpliciter est uerus locus dialecticus, & per consequens idem quod prius.

Tertio. hic est petitio principij homo currit. ergo homo currit, & tamẽ ibi nulla est fallacia cũ ibi nulla sit causa deceptionis. ergo secũdum petitionẽ principii non causatur aliquando fallacia.

OPPOSITVM.

Sed contra est Doct. S. in litera, & philosophus in primo elenchorum.

CONCLVSIO.

Pro cuius declaratione sciendum primo quod postquam D. S. determinauit de fallacijs quæ attenduntur secundum tres primas diuisiones entis, uidelicet de fallacia accidentis ẽm quid ad simpliciter, & ignorãtiæ elẽchi, hic cõsequẽter determinat de alia fallacia, quę attendit secũdum diuisionem entis per idẽ & diuersum, uidelicet, de fallacia petitionis principij: huius paralogismi peccãt cõtra probationem & non contra illlationem, unde omnes soluendi sunt cũ hac adiunctione, q̃a tu assumis id qđ dẽs ꝓbare, uel cum hac adiũctione, tu assumis magis ignotum ad probandum minus ignotũ. uel cũ ista. tu petis principium.

Secundo sciẽdum ꝙ principiũ, ut hic sumitur est principale propositũ, ut patet in textu, petitio uero principij fit q̃a aliquis petit sibi concedi principale ꝓpositum: quod debet probare, & est duplex secundum quod philosophus ponit duos modos petitionis principij, secundo priorum. Quędam n. est petitio principij statim, quædam uero non statim, petitio principij statim est qũ idem probat ꝑ idẽ, & hoc põt fieri dupl̃r. vno modo sub eodem noĩe, & tunc nulla est fallacia, sed petens, ut dicit D. S. est deridedus, ut si quis negaret hanc propositionem. hõ currit, & ꝙ ponens uellet ꝓbare dictũ. homo currit. ergo homo currit deridendus esset. alio modo sub aliis terminis, ut animal rõnale currit, ergo homo currit, & hoc non põt cãre fallaciam. Petitio uero principii non statim

est duplex. vno mō qn̄ maior est ęque vel magis dubia cōclusione. scđo modo qn̄ minor est æque dubia vel magis conclusione ipsa, & licet vtrobique idē ꝓbatur per idē, tn̄ primo mō idē statim probatur per idem, unde est quod vocatur petitio principii statim. sed secundo modo non probatur idem per idem immediate.

Tertio sciendū, ꝙ fallacia petitionis principii est deceptio ꝓueniēs ex eo ꝙ idē sumitur ad probationē suiipsius sub alio vocabulo, cā apparētiæ est diuersitas cōclōnis ab añte, sed cā defectus est identitas eorundē. In oībus aūt aliis fallacijs cā apparentiæ sumitur ex parte idētitatis. in hac vero fallacia sumit̄ ex parte diuersitatis. Hui⁹ aūt fallaciæ sunt quinq; modi quos Philo. adducit in 8. topi. quorum primus est qn̄ diffinitū petit̄ ad probationē diffōnis vel ecōtra, vt si negat istā propositionem hō currit, et opponens probet deducēdo, animal rōnale currit, ergo hō currit petit principiū, & licet ibi sit locus dialecticus ſm hominē tamen simpliciter ibi est locus sophisticus, vt supra declaratū est. Secūdus est qn̄ vniuersale sumitur ad probādum particulare. vt hic. omniū oppositorum est eadem disciplina. ergo omniū cōtrariorum est eadem disciplina, nulla est ꝓbatio, quia añs est æque vel magis dubiū q̄ cōclusio. Tertius modus prouenit ex eo ꝙ sumuntur omnia particularia ad probationem sui vniuersalis, vt hic omnium contrariorum est eadem disciplina, omnium priuatiue oppositorum est eadem disciplina, & sic de aliis. ergo omnium oppositorum est eadem disciplina, & similiter est de omnibus inductionibus. Quartus modus est quādo diuisio petit in coniunctis vel econtra vt hic. hæc scientia est sani, & hæc scientia est ægri. ergo scientia est sani, & ægri. Quintus modus est qn̄ sumitur vnum relatiuorum ad probationem alterius, vt sortes est filius platonis. ergo plato est pater sortis. ex quibus patet ꝙ paralogismi huius fallaciæ non peccāt contra illationem cum sit consequentia bona, sed peccant contra probationem, vnde vt dictum est soluendi sunt negando antecedens. Fallacia petitionis principii est vna fallacia extra dictionem ab aliis distincta, quę cōclusio probatur sicut & præcedens. Et si arguatur de deceptione principij scđo priorum, & octauo topicorū. ergo Philosophus in libris elenchorū, & D. S. in hoc tractatu qui correspondet prædictis libris elenchorum, insufficienter, & superflue determinauerunt de petitione principii, Dicendum negando consequentiam, quia diuersimode determinatur de petitione principii in prædictis libris. nam petitio principii cum sit quædam obliquitas pōt tripliciter considerari. uno modo secundū quod est obliquitas syllogismi simpliciter dicti, & sic de omni determinatur in secundo elenchorum. Secundo modo secundum qđ est obliquitas syllogismi dialectici, & sic de ea determinatur in primo topicorum. Tertio modo potest considerari secundum quod est obliquitas veri elenchi, & sic de ea determinatur in libris elenchorum, & in isto tractatu.

Dubitatur quare modi deseruientes huic fallaciæ magis accipiuntur secundum modos petitionis principii positos in topicis quā in secūdo priorū. Ad quod dicendū secundū Egidium quod fallaciæ nihil sunt nisi quædam locales habitudines sophisticæ, syllogismus aūt dialecticus supra syllogismū simpl̄r dictū addit habitudinē localē. ideo syllogismus sophisticus magis peccat contra syllogismum dialecticum quam contra syllogismum simpliciter dictum, & modi petitionis principii in octauo topicorū accipiūtur vt sunt obliquitates syllogismi dialectici. igit̄ modi deseruiētes huic fallacię magis accipiūtur secūdū prædictos modos quam syllogismos positos in secundo priorum.

Dubitat̄ scđo. vtrum in eodē processu syllogistico possit esse syllogismus dialecticus & sophisticus.

Pro declaratione huius dubii considerandum est, quod duplex est

est syllogismus dialecticus. vc3 syllogismus dialecticus simpliciter & syllogismus dialecticus obuiatiuus, dialecticus simpliciter est qui ex probabilib. simpliciter procedit, & talis ꝓcedit ex veris, quia solum natura dicũtur simpl'r ꝓbabilia, sed dialecticus obuiatiuus ꝓcedit ex probabilibus non semper simpliciter, sed ex probabilibus aliqualiter, & talis aliquando procedit ex falsis, quia ut dicitur in topicis, nihil refert quædam falsa quibusdam ueris esse probabiliora, cum igitur, ut dictum est, petitio principij sit obliquitas syllogismi potissime dialectici, duplex est petitio principij, nam quædam est petitio principij secundum ueritatem, quæ est obliquitas syllogismi dialectici simpliciter, alia est petitio principij quo ad aliquem siue secundum opinionem quæ dicitur obliquitas dialectici obuiatiui: quo supposito, ad dubium dicendum ꝙ in eodem processu syllogistico respectu eorundem terminorum, videlicet, subiectorum & prædicatorum non põt esse syllogismus dialecticus simpliciter & petitio principij secundum ueritatẽ: quia opposita in eodem simpliciter esse non possunt. similiter syllogismus dialecticus ut obuiatiuus & petitio principij secũdum ueritatem simul & in eodem esse non possunt, ut patuit in locis dialecticis. nam in isto processu. animal rationale erit. ergo homo erit reperitur locus dialecticus a diffinitione ad diffinitum, & petitio principij, antecedens enim est æque vel magis dubium quam conclusio.

SOLVTIO.

Ad primum neganda est consequẽtia, quia ibidem non determinatur de modis petitionis principij, sed per eos sumuntur veri syllogismi, sed secundũ quod sunt quædam obliquitates syllogismorum, unde ratio nulla, & per hoc patet solutio ad secundum.

Ad tertium patet solutio in tertio notabili.

QVAESTIO XXI.

Vtrum sit aliqua fallacia consequẽtis extra dictionem ab alijs distincta.

Quæritur vtrum sit aliqua fallacia consequentis extra dictionem ab alijs distincta. Arguitur primo quod non. nam nulla est fallacia antecedentis. ergo pari ratione nulla debet poni fallacia consequentis cum tot modis fiat fallacia arguendo ab antecedente ad consequens sicut econtra.

Secundo quælibet combinatio inutilis pertinet ad considerationem prioristicam, & per consequens non causat locum sophisticum, sed arguendo a positione consequentis ex puris affirmatiuis in secunda figura est combinatio inutilis, & per consequens obliquitas syllogismi simpliciter. ergo nulla est fallacia consequentis, quæ dicitur locus sophisticus.

OPPOSITVM.

Sed contra est Philosophus in primo elenchorum, & Doc.S. in præsenti capitulo. [videlicet ibi sequitur de fallacia consequentis, consequens prout hic sumitur &c.]

CONCLVSIO.

Pro cuius declaratione sciendũ primo quod postquam D.S. determinauit de fallacia petitionis principii quę attenditur secundum diuisionem entis q̃ diuiditur per idem & diuersum, hic cõsequenter determinat de fallacia consequentis, quæ diuiditur secundum diuisionem entis quæ diuiditur per prius & posterius. nam consequens habet rõnẽ prioris respectu antecedentis quantum ad rõnẽ uel modũ intelligendi. videlicet ordine illationis antecedẽs sit prius cõsequente, est aũt consequens, vt hic sumitur secundum Do. San. id quod sequitur ad aliud in propositione conditionali, ut hic. si Sor. est homo. Sor. est animal

mal, ex quo elici poteſt quod cõſequẽs poteſt accipi dupliciter. vno modo communiter pro omni propoſitione quæ ſequitur ad aliud, & iſto modo non accipitur hic. alio modo proprie, videlicet, pro illo, quod ſequitur ad aliud in propoſitione conditionali, & iſto modo accipitur hic ſecundum Doc. San. quandocunque regitur in cathegoricis ab antecedente ad conſequens, non committitur iſta fallacia, ſed bene committitur fallacia accidentis ſic arguendo: aſinus eſt animal tu es animal. ergo tu es aſinus, licet ibi arguatur a poſitione conſequentis, tamen non committitur fallacia conſequentis proprie loquendo. ſed cõmittitur fallacia accidentis, & hoc ideo quia Philoſophus dicit quod fallacia accidentis eſt in vno; ſed fallacia conſequentis eſt in pluribus.

Secundo ſciendum quod fallacia conſequentis eſt deceptio proueniens ex eo quod conſequens æſtimatur eſſe idẽ omnino cum antecedente. vnde quia bene ad antecedens ſequitur conſequens aliquis credit quod eodem modo conſequens ſequitur ad antecedens & decipitur per hanc fallaciam. Cauſa vero apparentię huius fallacię eſt conuenientia conſequentis cum antecedente. ſed cauſa defectus eſt diuerſitas eorundem. ſunt autem huius fallacię duo modi ſecundum Docto. San. licet ſecundum alios plures modi aſſignentur. Primus eſt proueniens ex conſecutione magis communis ad minus commune, ideſt, quando arguitur a poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis in propoſitione conditionali, vt hic, ſi aliquis eſt aſinus, eſt animal, ſed tu es animal. ergo tu es aſinus. ſimiliter, ſi quis eſt fur vadit de nocte, ſed tu vadis de nocte. ergo tu es fur, & ſic de ſimilibus. vnde quãdo arguitur hypothetice a communiter accidentibus nõ ſe neceſſario conſequẽtibus committitur hæc fallacia, vt patuit in exemplo vltimo iam adducto. ſimiliter hęc. ſi quis eſt luxurioſus cõmuniter habet comã, ſed tu habes comam, ergo tu es luxurioſus. Ad hunc etiã modum reducũtur omnes paralogiſmi quãdo arguitur per inductionem imperfectam arguendo hypothetice a ſingularibus nõ ſufficienter enumeratis, vt hic. ſi ſor. currit, & Plato currit, omnis homo currit, ſed ſortes currit, & Plato currit. ergo omnis homo currit. Secundus eſt quando proceditur ad deſtructionẽ antecedentis ad deſtructionem conſequentis & potiſſime, vt dicit textus quãdo proceditur a conſequentia oppoſita ad ſimilem conſequentiam hypothetice arguendo: vt hic. ſi aliquid eſt generatum habet principium, ſed anima rationalis non eſt generata. ergo non habet principium, non valet conſequentia. vnde omnes paralogiſmi ſoluuntur negando conſequentiam, quia peccant contra elenchum ratione illationis.

Tertio ſciendum, quod vt dicit Doc. San. in litera duplex conſequentia reperitur in oppoſitis, videlicet, conſequentia in ipſo, & conſequentia econtrario, conſequentia in ipſo dicitur quando ſicut ad antecedens ſequitur cõſequens, ita ad oppoſitum conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis, vt ſi eſt iuſtum eſt bonum. ergo ſi eſt iniuſtum eſt malum, & hoc non tenet in oppoſitis ſecũdum affirmationem & negationem. ſed conſequentia econtrario eſt quando ſicut ad antecedens ſequitur conſequens, ita ad oppoſitum conſequẽtis ſequitur oppoſitum antecedentis, vt ſi eſt homo eſt animal, ergo ſi non eſt animal non eſt homo. vnde quando in oppoſitis contradictoriis, aut in oppoſitis ſecundum affirmationem & negationem procedi tur ac ſi in ipſis eſſet conſequentia, in ipſo cauſatur iſta fallacia, vt iam dictum eſt arguendo in hypotheticis, quia ſi argueretur in cathegoricis committeretur fallacia accidentis, vt hic proprie loquẽdo. ſi autem communiter loquitur non eſt inconueniens dicere, quod ẽt in cathegoricis committitur fallacia conſequentis, ſecundum tamen diuerſas cauſas apparentię.

Fallacia conſequentis eſt vna fallacia extra dictionem ab aliis diſtincta, quæ con-

conclusio patet ex supradictis, & licet vt hic dicit Docto.San.secundum sentē tiam Philosophi fallacia consequentis est pars fallacię accidentis, quia omnę quod sequitur accidit aliquando, sed non omne quod accidit, sequitur, non tamen propter hoc sequitur quod fallacia consequentis non sit distincta a fallacia accidētis cum habeat diuersas causas apparentię, vt dictum est.

Dubitatur quare hæc fallacia vocatur fallacia consequentis cum arguendo a distructione antecedentis ad destructionem consequentis committatur hęc fallacia, fiunt cum arguitur a positione cō sequentis ad positionem antecedentis. Ad hoc respondet Egidius dicens, quod si bene consideramus hanc fallaciā hęc fallacia semper committitur a positione consequentis. nam quanto aliquid affirmatiue sumptum est specialius, tanto. si fiat negatiue efficitur generalius, vt si animal est in plusquam homo, nō homo est in plusquam non animal, & quia semper illud quod est in plus, sequitur ad illud quod est in minus, ideo sicut animal est consequens ad hominem ita non homo erit consequens ad non animal. quando arguitur a destructione antecedentis virtualiter arguitur a positione consequentis, propter quod hæc fallacia magis denominatur fallacia consequentis quam fallacia antecedentis. Idem etiam Rodulphus tenet super primum elenchorum.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum quod dubitatio patet in dubio.

Ad secundum dicendum quod illud potest dupliciter considerari, vt dicit Rodulphus vbi supra. vno modo vt est quædam obliquitas syllogismi simpliciter dicti, & sic est inutilis coniugatio, & pertinet ad considerationem prioristicam quæ potissime est in secunda figura. Alio modo consideratur secundum propriam causam apparentię quæ accidit in alio, & isto modo causat fallaciam & pertinet ad sophisticam considerationem.

QVÆSTIO XXII.

Vtrum secundum non causam vt causam sumatur locus sophisticus, siue fallacia extrā dictionem ab aliis distincta.

QVAERITVR vtrum secundum non causam vt causam sumatur locus sophisticus, siue fallacia extra dictionem ab aliis distincta, & arguitur primo quod non. nam fallacię vt supra dictum est peccant potissime contra syllogismum dialecticum, sed secundum non causam vt causam peccat contra syllogismum per impossibile, quo dialecticus non vtitur inquantum huiusmodi. igitur nulla est fallacia secundū nō causam vt causam.

Secnndo in omni fallacia sumuntur propositiones quæ non sunt causæ conclusionis præsertim in his quorum syllogismi soluuntur negando contraria. ergo non est fallacia specialis ab aliis distincta.

OPPOSITVM.

Sed contra est Doc. San. in præsenti passu, & Philosophus vbi supra.

CONCLVSIO.

Pro cuius declaratione est sciendum primo ꝙ causa est duplex, nam quędam est causa in essendo. alia est causa in inferendo, causa autem secundum quam sumitur hæc fallacia, vt dicit textus est causa in inferendo secundum quod pręmissę dicuntur causæ conclusionis. fallacia autem secundum non causam vt causam est deceptio proueniens ex hoc ꝙ inter præmissas causas ex quibus sequitur conclusio ponitur aliqua præmissa non causa, idest, aliqua propositio, quæ nihil facit ad illationem conclusionis, quia ipsa posita siue remota nihilominus sequitur ex præmissis positis. Causa apparentię est conuenientia propositionis siue præmissę non causa cum præmissa causa. sed causa defectus, siue non exi-

existentiæ est diuersitas earundem, vel vt dicit textus est habitudinis defectus debitę inter propositionem inferentē & illatam.

Secundo sciendum quod præmissa non causa potest esse duplex, nam quædam est quæ non conuenit cum causa præmissa aliqua in aliquo terminorū videlicet, neque in subiecto, neque in prædicato, & tunc licet non sit causa, quia tamen non videtur esse causa, non capitur aliqua fallacia cum vt sic nulla sit apparentia deceptionis: alia quæ contingit cum præmissa causa, & illa est duplex. nam quædam est quæ contingit in subiecto cum præmissa causa, vt omne animal est substantia, & animal est asinus, tu es animal. ergo tu es asinus. ergo falsa aliqua præmissarum. non ista. tu es animal. ergo ista. omne aial est substantia. alia est quæ contingit cum præmissa causa in prædicato, vt hic. nullus lapis ē animal. omnis asinus est animal. petra est asinus. ergo petra est animal. conclusio est falsa. ergo aliqua præmissarum. non ista. omnis asinus est animal. ergo ista. nullus lapis est animal. his autem duobus modis committitur ista fallacia & primo modo vt dictum est.

Tertio sciendum quod hæc fallacia proprie habet fieri in syllogismo ad impossibile. Est autem syllogismus ad impossibile processus ab vna præmissarum cum vna vera ad conclusionem falsam, cuius falsitate fit regressus ad interemptionem vnius præmissarum, videlicet fallacię vt hic. nullus homo est animal. Sortes est homo. ergo Sortes nō est animal. conclusio est falsa. ergo aliqua præmissarum. non minor. ergo maior. videlicet, ista. nullus homo est animal, & per consequens sua contradictoria est vera videlicet, quidam homo est animal. quādo autem in simili processu interponitur aliqua propositio non causa & fit regressus ad eam committitur hæc fallacia, vt in exemplis supra patuit.

Ex supra dictis autem elici potest, ꝙ in syllogismo ad imposibile est triplex processus. Primus est quando sumitur oppositum alicuius conclusionis probādę cum maiori præmissa uera ad inferēdum unam conclusionem falsam. Secundus ex interemptione illius conclusionis falsæ ad interimendum alteram præmissarum falsam. Tertius processus est ex interemptione illius falsę præmissę ad propositionem contradictorię eius ueræ, ut in exemplo prædicto patet, de quo clarius & ad longum in secundo plures assignantur qui proueniunt ex hoc quod præmissa non causa interponitur inter præmissas causas, ad quas fit regressus ac si esset præmissa causa, ut hic. putasne quod anima & uita sint idē. hoc concesso sic arguitur. anima & uita sunt idem, mors & uita sunt contraria, sed mors est corruptio. ergo uita est generari, & per consequens uiuere est generari, quod est falsum, quia qui uiuit generatus est, & non generatur. ergo aliqua præmissarum fuit falsa non ista. mors est corruptio. ergo ista est falsa. anima & uita sunt idem. non ualet. quia ista propositio. anima & uita sunt idē non est cā falsitatis cōclusionis. sed ista. mors & uita sunt contraria, non.n. sunt contraria. sed poponuntur sicut habitus & priuatio. ut dicit hic Doc. San.

Ex quibus patet, quod hæc fallacia peccat secūdū rōnem causę & causati.

Fallacia non causæ vt causę est fallacia extra dictionem ab aliis distincta. nā sæpe dictum est quod illa fallacia dicitur esse specialis extra dictionē ab aliis distincta, quę habet causam apparentiæ sumptam ex parte rei, sed ista est huius modi, vt ex dictis patet. ergo, licet causa apparentię huius fallaciæ propositionis sit similitudo præmissæ nō causæ cum præmissa causa, tamen talis similitudo non sumitur ex parte vocis, sed ex parte rei significatę per vocem. uox enim secundum se considerata nō est causa illationis, sed res significata per uocem habet uirtutem illationis.

Dubitatur primo. utrum in syllogismo ad impossibile habeat fieri ista fallacia. Ad quod respondet Doc. San. quod sic. dicit enim in præsenti lectione ꝙ ex

ex propositione, quæ non est causa quã do sumitur ut causa non prouenit aliqua deceptio nisi quando ex conclusione proceditur ad præmissas; quod fit in syllogismis ad impossibile in quibus per hoc quod conclusio est impossibilis, ostenditur aliquam præmissarum fuisse impossibilem, & ideo ista fallacia non habet fieri nisi in huiusmodi syllogismis. in syllogismis autem ostensiuis, in quibus aliquid ostenditur directe ad nullum inconueniens potest deduci respondens, si sumatur aliqua propositio in præmissis, quæ non est causa conclusionis ac si esset causa. hęc ille formaliter.

Sed Egidius huic sententiæ contradicit in primo elenchorum, ubi dicit quod prædicta sententia stare non potest, quia Philosophus in secundo elenchorum plane vult secundum non causam ut causam fieri in syllogismis ostẽsiuis vt hic. illud post quod fiunt multa mala est causa malorũ. sed post ciuitatem factam fiunt multa mala. ergo talis ciuitas est causa multorum malorum. hæc ille. Rodulphus uero Britonus adhæret sententiæ Doctoris Sancti, & ad rationem Egidii dicit, quod in prædicto exemplo Philosophi non sunt præmissæ non causa ad concludendum conclusionem falsam, ut ibi fiat status, sed ut ex isto falso aliquis persuadeatur ciuitatem esse destruendam propter hoc quod malum uidetur ex ea sequi. unde ibi realiter licet non expresse sit syllogismus ad impossibile, virtualiter tamen est talis syllogismus, quę quidem sententia non est solum magis probabilis, sed est verior.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum, quod ista fallacia peccat contra syllogismum dialecticum, nec ualet contra syllogismum ad impossibile. ergo nõ cõtra syllogismum dialecticum, sed syllogismus ad impossibile potest dici dialecticus, & non debet uti syllogismo ad impossibile per hoc quia non uult quod dialecticus ullo modo debeat uti syllogismo ad impossibile, sed hoc dictum est ibidem ad ostendendum quod syllogismus ad impossibile non est ita conueniens ad usum dialectici sicut syllogismus ostensiuus.

Ad secundum dicendum quod duplex est propositio nõ causa. nam quędam est qua ablata ab aliis præmissis non sequitur conclusio aliqua, & isto modo in omni fallacia reperitur præmissa non causa, alia est præmissa non causa qua ablata, sequitur adhuc conclusio, & ista causat fallaciam istam modo exposito.

QVAESTIO XXIII

Vtrum secundum plures interrogationes vt vnam sequatur vna fallacia extra dictionem ab aliis distincta.

Quæritur vtrum secundũ plures interrogationes vt unã sequatur vna fallacia extra dictionem ab aliis distincta. Arguit primo quod non. nam secundum plures propositiones non sumitur aliqua fallacia. ergo pari ratione videtur quod secundum plures interrogationes non debeat sumi aliqua fallacia, uel detur ratio dissimilitudinis.

Secundo hæc fallacia sumit causam apparentiæ ex parte actus vocis. ergo non est fallacia extra dictionem, assumptum patet, quia causa apparentiæ huius fallaciæ est conuenientia plurium interrogationum ad unam interrogationem, aut est uox. ergo &c.

OPPOSITVM.

Sed contra est Docto. Sanct. in fine huius tractatus, & Philosophus in primo elenchorum.

CONCLVSIO.

Pro cuius declaratione scien-

dum primo quod Doct. Sanctus, finaliter hic determinat de fallacia quę sumitur secundum vnum & multa, videlicet, de fallacia secundum plures interrogationes vt vnam, quæ est deceptio proueniens ex hoc qđ, & plures interrogationes dicitur vna responsio eo quod sub vno modo interrogandi proponitur, vt si dicitur putasne quod Sortes & brunellus sint homines. si ibidem propter vnum modum interrogandi detur vna responsio causatur ista fallacia. si enim detur responsio affirmatiua. concluditur ergo brunellus est homo. si negatiua. ergo Sortes non est homo.

Causa apparentiæ huius fallaciæ est vnitas ex parte modi interrogandi, ut dicit hic textus, sed causa defectus est pluralitas interrogationum.

Secundo sciendum quod ad sciendũ quę sit interrogatio plures oportet scire quæ est plures enunciatio. ista etiam videlicet quattuor, interrogatio, propositio, enunciatio, & conclusio sunt idem secundum rem siue secundum subiectum, quæ tamen debent dici secundum rationem. nam dicitur enunciatio ex eo quod significat simpliciter aliqđ esse, vel non esse. interrogatio vero dicitur ex eo quod proponitur sub dubitatione, & dicitur propositio. ergo simpliciter sumitur probatio, videlicet, pro conclusione inferenda vel probanda. sed dicitur conclusio secundum q̄ est ab alio illata vel probata propositio. unde sicut enunciatio dicitur una vel plures, ita & alia tria. dicitur autem enunciatio plures, vt dicitur primo perihermenias quando plura dicuntur de vno, vt Sortes, est albus, & musicus, vel vnum de pluribus, vt Sor. & Pla. sunt albi, vel plura de pluribus, vt Sortes, & Platon. sunt albi, & musici. Erit triplex interrogatio plures, uidelicet, quando plura interrogantur de uno, vel unum de pluribus, vel plura de pluribus, hæc omnia clarissime Doct. S. ponit in textu.

Tertio sciendum quod quia interrogatio plures potest fieri dupliciter, uidelicet in singulari & in plurali, & secundum Doctorem Sanctum duo assignantur modi huius fallaciæ, quorum primus est quando interrogantur plura de numero in singulari ad quam datur una responsio, vt hic putasne homo & asinus sunt animal rationale, si dicatur sic, proceditur vltra concludendo. ergo asinus est animal rationale, si dicatur quod non: ergo homo non est animal rationale, deceptio hæc prouenit, quia ad interrogationes plures datur una responsio. non enim debet dari vna respõsio, sed plures dicendo, quod homo est animal rationale & asinus non, similiter hic. putasne tu es homo, & asinus, similiter hic. putasne ethiops est albus homo, & sic de similibus. Secundus modus quando interogãtur plura de uno uel econtra in plurali numero, vt hic putasne mel, & fel sunt dulcia, si dicatur non. ergo concluditur, mel non est dulce. si dicatur quod sic. concluditur ergo fel est dulce. similiter hic demonstrato uno sedente, & altero stante putasne isti sedent. similiter demonstrato homine, & asino, putasne isti sunt homines, & de similibus eo quod non est danda responsio vna sed plures. Qui autem cathegorice semper uolunt ostendere non dando diffinitiones uel plures responsiones de facili paralogizantur, ut innuit Philosophus in secundo elenchorum.

Fallacia secundum plures interrogationes vt vnam est fallacia extra dictionem ab aliis distincta huius, ergo patet sicut præcedens.

Attendendum est autem secundum Docto. San. in littera quod quando prædicantur plura de vno ex quibus fit vnũ per se, tunc est enunciatio vna cum dicitur, homo est animal rationale, sed quando ponuntur plura ex quibus fit vnum per accidens, tunc enunciatio est plures, vt Sor. est homo albus. Ex homine enim, & albo fit vnum per accidens, ex quo quidẽ patet quod illa est

est interrogatio plures. putasne quod Sor. sit homo albus, non autem ista. putas quod Sor. sit animal rationale.

Dubitat primo vtrum huius fallaciȩ sint duo modi, videtur enim quod sint tres. nam interrogatio plures est triplex ergo videtur quod debeat esse tres modi. In contrarium est Doc. San. in littera.

Dicendum quod modi huius fallaciæ possunt sumi dupliciter. vno modo ratione interrogatorum. alio modo ratione modi interrogandi. primo modo possunt assignari tres modi, videlicet secundum triplicem gradum interrogationis plures, vt argumentum dubii voluit. secundo modo assignantur tantū duo modi superius adducti, ex quo patet responsio ad dubium & ad rationes eius.

SOLVTIO.

Ad primum dicendum quod realiter eadem est fallacia secundum plures propositiones vt vnam, & secundum plures interrogationes, vt vnam vt, dicit Rodulphus Britonus, tamen magis debet denominari fallacia secundum plures interrogationes quam secundum plures propositiones propter causam apparentiȩ huius fallaciȩ superius adductam.

Ad secundum dicendum negando consequens & licet interrogatio secundum se considerata sit ex parte vocis, non tamen si consideretur per respectum ad interrogata.

Attendendum tamen est quod Egidius iterum latrat in hac materia contra Doctor Sanctum. uidelicet in primo elenchorum. dicit enim quod quidam ponunt causam apparentiȩ huius fallaciæ ex parte modi interrogandi propter quam vnitatem interrogatio plures apparet vna. sed vt ipse dicit, hoc stare nō potest, quia aliter ista esset fallacia in dictione & non extra dictionem. unde cōcludit quod conuenientia rerum interrogatarum est causa apparentiȩ huius fallaciȩ, & non vnitas ex parte modi interrogandi. hȩc ille.

Sed si diligenter considerare uoluerit sententiam Doc. San. uidebit quod prædicta repugnantia procedit ex falso intellectu opinionis Doc. San. ipse enim non uult quod modus interrogandi ꝭm uocem absolute sumptam sit causa apparentiȩ. sed inquantum sub uno modo interrogandi plura quæruntur, dicit unitatem talem esse causam apparentiȩ, ꝙ rationabiliter dicitur. tum primo quia si plura interrogantur secundum plures modos iterrogandi nulla erit deceptio, ut si quæratur, putasne Sor. sit, & asinus sit homo. illa interrogatio plura vt apparet vna est. vnde īterrogatus nō mouetur aliqua apparentia ad dandum vnam responsionem. tum secundo quia philosophus in elenchis, vt aduersarius ibidē confirmat assignat duos modos huius fallaciȩ ex modo interrogandi & non ex ipsis interrogatis. unde signum est ꝙ & secundum philosophum causȩ apparantiȩ huius fallaciæ sumuntur ex parte modi interrogandi & non ex parte rerum interrogatarū, quia aliter ubi est maior conuenientia rerum interrogatarum absque conuenientia modi interrogandi, esset maior causa apparentiȩ cuiuius oppositum iam probatū est, nec sequitur ratio sua, uidelicet quod esset fallacia in dictione ut ex dictis patet, quia talis causa apparentiæ non sumitur ex parte uocis, sed ex parte rei sub uoce. Et huic sententiæ Doc. Sancti adhȩret Ropulphus Britonus, quæ verissima est, cum a S. Discipulo Christi & Apostolorū Petri & Pauli tradita sit in tractatu fallaciarum, uidelicet a Beato Thoma de aquino Doc. S. ordinis fratrū pdicatorum, qui cū Angelis nunc triumphat in Cœlis Deo sic uolente, cui Laus & Gloria sit in secula seculorum.

FINIS.

MAGISTRI PAVLI SONCINATIS,

ORDINIS PRAEDICATORVM,

Theologi, ac Philosophi celeberrimi,

In vniuersalia, seu Isagogen Porphyrii, & Aristotelis Prædicamenta,

Subtilis, & lucida Expositio.

Nunc primum opera Iacobi Rossetti Vincentini, tum ab erroribus expurgata, tum singularum partium distinctionibus discreta, suisq; titulis insignita.



VENETIIS,
Apud Michaelem Berniam Bibliopolam Bononiensem.
M D LXXXVII.

ILLVST. IO. ANTONIO FABRETTO Patritio Bononiensi,

MICHAEL BERNIA Bibliopola Bononiensis. S. P. D.

QVANTVM tibi debeam, quantum deferam, Ioannes Antoni nobilissime, prædicare nunquam desino. Quæ enim tu mihi re pręstiteris, nisi ea verbis saltem, quibus tuorum erga me magnitudo meritorum fiat illustrior, vt possum tibi rependam, iure ingratissimus omnium existimer. Cuius quidem officii testes mihi sunt amici communes vtriusq; nostrum, testes ij etiam, quibus tecum nulla intercedit familiaritas. iis ego in sermone quotidiano de te nimis multa, mihi vero ipsi nimium pauca dicere videor. Quæ scriptis consignare si velim, in præsentia nimis angusto loco, videlicet epistola, quæ mihi plurima, ac magna abs te profecta sunt, concluderem.

derem . neque ea tamen abſque virtutum tuarum, quarum ego fęlici meo fato, in rebus meis fructum cepi maximum, commemoratione, proferrem: itaque fieret, ut epiſtola in magnum volumen excreſceret. Quod vt non ſatis in pręſentia opportunum videatur, illud tamen amicitiæ noſtræ, illud beneuolentiæ, qua me complecti dignatus es, deberi maxime videtur, ut ex officina noſtra prodeat aliquid, quod ſub tuo clariſſimo nomine appareat. Quapropter ornaui tibi iam munus te dignum, certe eiuſmodi, quo tibi maius præſtare tenuitas mea non poſſit: Eæ autem ſunt Pauli Soncinatis philoſophi clariſſimi elucubrationes in logicā Ariſtotelis, quas tibi fore puto gratiſſimas. ea enim doctrina, ea es eruditione ut hoc ſcriptorum genus, multoq; etiam grauiora non ſolum optime intelligas, uerum etiam egregiè iudicare ualeas. Habes enim a natura, habes ab educatione, habes ab induſtria, quantum neſcio an ætate, fortuna, & conditione tua ullus. Qui cum uetuſtiſſima Fabrorū familia, cuius extant adhuc mille, ac trecentorū annorum monumenta. (quamuis hac tempeſtate Fabretti, non amplius Fabri, iam inde a Diomede gentili ueſtro, qui octuogeſimo ab hinc uixit anno, & ob corporis breuitatem Fabrettus Italica diminuendi forma dici cœ-

dici cœpit, omnes appellemini) cum inquam antiquiſſima ortus familia ſis, atq; ornatiſſima, quæ tamen alii ſuſpiciunt, & admirantur, primaq; in vita ducunt, ea quaſi tu nulla habeas, maiora quędam, minimeq; vulgaria tibi cōparaſti virtutis ornamenta, quæ vel obſcuriſſimā familiam illuſtrare poſſint. Ingenium tibi elargita natura eſt nulli ſecundū, iudicium ſingulare, propenſionē etiam mirificam ad omnem virtutem. Ad pręclara vero naturę munera ſumma acceſſit voluntas. Itaq; breui is euaſiſti, qui ſi non familia Faber eſſes, propria tamen ſapientia, animi magnitudine, liberalitate, humanitate eius, quæ in te eſt nobilitatis totius tu vnus & Faber, & Auctor eſſe potuiſſes. Gloriare tamen quòd ex ea gente natus ſis, quæ Ioannem Fabrum tulit iuris ciuilis ſcientia clariſſimum, cuius extant doctiſſima, & celeberrima in iure ciuili commentaria, quæque per omnes ætates viros habuit, & pacis, & belli artibus in ciuitate noſtra perilluſtres. Quibus ego nominatim commemorandis breuitatis ſtudio libens abſtinebo. Tantum ea clauſula vtar, vt te rogem iterum, atque iterum, meum vt hoc munus boni conſulas, meq; tui ſtudioſiſſimum, tibi deuinctiſsimum mutuo ames. Vale, Bononię. idibus Aprilis. M D LXXXVII.

ERRATA CORRIGENDA.

P. significat principium, m. medium, f. finem.

Pag. 28. col. 1. f. per, pro.
ibidem. singulariæ, singulorum.
43. col. 2. p. distinctiones, dictiones.
60. col. 1. f. philosophus philosophi.
64. col. 1. m. minorem, minor est.

Pag. 67. col. 1. f. distis, dictis.
75. col. 1. f. quantitates, quantitas.
90. col. 2. m. uel vt, velut.
100. col. 1. f. Malam, Mali.

INDEX SINGVLARVM EXPOSITIONVM.

suis

FINIS.

EXPOSITIONIS MAGISTRI PAVLI SONCINATIS,

In vniuersalia Porphyrii Proœmialis quæstio de subiecto totius Logicæ.

QVIA finis cuiuslibet sciētiæ est cognitio sui subiecti, q̄rit̄ circa Porph. isagogas, quid in tota logica sit subiectū. quō hęc difficilis est & trib. generalib. opinionib. disputatur. Scotus arbitratur subiectū logicæ esse syllogismū, Albertus Magnus argumentationē, D. vero Th. & Phil. ens rationis. Vt ergo pateat huius dubij veritas.

Primo declarabitur quibusdam conclusionibus opinio S. Thomæ.

Secundo quis veritatis habeat opin. Scoti, & Alberti.

Quantum ad primum hæc est prima cōclusio. Ens rōnis est primū & adæquatū subiectū in logica. Ad huius cōclusionis euidentiam tria notanda occurrunt.

Primo quid nominis entis rationis.

Secundo quid nominis subiecti primi & adæquati.

Tertio ex his habenda est notitia conclusionis.

Quantū ad primū dico, ꝙ tripliciter pōt aliquid dici ens rōnis. Vno modo dr̄ aliquid ens rōnis ſm ꝙ ly rationis construitur intransitiuè, & hoc modo, nihil est aliud ens rōnis nisi ens, ꝙ est ipsa rō. Alio modo dr̄ aliquid ens rōnis, quia est in ipsa ratione existens quo modo spēs intelligibilis & actus intelligendi & cōceptus per tales actus formati dn̄r entia rōnis. De ente rationis his duob. modis accepto non est logica, cum talia entia pertineant ad tertiū libr. de aīa, quantū ad eorum entitates. Tertio accipitur ens rōnis, vt distinguitur contra ens reale, de quo quidē loquitur Phi. in 5. Metaph. quando diuidit ens per ens in anima, & ens extra animam, intelligens per ens extra animam ens reale, & per ens in anima ens rationis.

Dico secundo, ꝙ ens rationis hoc tertio modo acceptū, vt dicit S. Th. in q. 21. de veritate art. 1. aut est priuatio vt cæcitas: aut negatio, quia vt dicit Phil. 4. Metaph. particula secunda & cōmentator comm. 2. etiam non entia dicuntur aliquo modo entia in quantum sunt per intellectū apprehensa, aut est relatio. De priuationibus & negationib. vt de subiecto non est logica, quum talia non cadant per se sub habitu scientifico, ut dr̄ primo Posterior. ex quo relinquitur ꝙ sit de relationibus rationis.

Dico tertio, ꝙ sicut relatio realis consistit in ordine rerū, sic relatio rationis consistit in ordine, qui est per intellectū inuentus & attributus ei, ꝙ relatiuè dr̄, & hmōi sunt relationes, quæ attribuunt̄ ab intellectu rebus intellectis vt intellectæ sunt, sicut est relatio generis, & speciei, & vniuersalis, & prædicabilis & aliorum hmōi. Sed quia difficile cognitu est quid sint hæ relationes rationis, & quomodo de his tantū sit logica, quum dicat Auicenna in primo methaphysic. quòd est de secundis intentionibus adiunctis primis: ideo est notandum, quòd intellectus existens in actu per speciem intelligibilem alicuius obiecti, format in seipso quendam conceptum, in quo intelligit illud obiectum, cuius specie erat actuatus: hic autem conceptus

eſt ſimilis obiecto eo ꝙ eſt ab intellectu cauſatus mediãte ſpẽ intelligibili ipſius obiecti, oẽ aũt agens agit ſibi ſimile. Verbi gratia intellectus actuatus per ſpeciem hominis intelligendo hominis quidditatem, format ſiue concipit ſignificatum huius termini, homo puta animal rationale, in quo conceptu omnia ſuppoſita naturæ humanæ æqualiter relucẽt & æque ſuſcipiũt talis naturæ prædicationem. Iſte aũt conceptus dicitur uerbum formatum ſiue ſpecies expreſſa, & ad propoſitũ noſtrũ dicitur prima conceptio ſiue prima intentio, & terminus ipſum ſignificans dicitur terminus primę impoſitionis, puta hoc nomẽ hõ. Intellectus uero habens hũc primũ cõceptũ reflectitur ſuper eũ formãdo aliũ cõceptũ, puta cõcipiẽdo ꝙ ille primus conceptus ſignificatus hoc nomine hõ ſiue natura per ipſum ſignificata prædicatur æqualiter & uniformiter de multis, & ꝙ omnia de quibus dicitur ſolo numero diſtinguuntur. Iſte aũt ſecũdus conceptus dicitur ſecũda intẽtio ut natura humana, ut ſtat ſub illo ſcđo cõceptu, i. vt eſt apprehenſa vt vniformis ad oĩa ſua inferiora nominatur hoc nomine ſpẽs. Conceptus ẽt intellectus ſignificatũ huius termini animal, & actu reflexo cognoſcẽs ꝙ natura per eũ ſignificata dr̃ de multis nõ tm̃ numero, ſed ẽt ſpẽ differẽtibus, appellat ipſum genus. Ex dictis patet ꝙ tã prima q̃ ſcđa intentio eſt ens reale, ꝑꝑ quod ẽt Auicenna in tertio ſuæ methaphyſicæ cap. 7. dicit huiuſmodi intentiones eſſe accidentia intellecta. Præter primam uero & ſecundam intentionẽ, quarũ altera habet immediatum fundm̃ in re, & altera mediatũ, reperiũtur ẽt quidam alij conceptus, quibus nihil in re correſpondet, vt eſt cõceptus chimęræ & hircocerui. Ex quo patet ꝙ tripliciter poteſt ſe habere conceptus, aliquando enim habet immediatum fundamentum in re aliquando mediatum, aliquando nullum.

Dico quarto ꝙ hmõi nomina ſecũdę impoſitionis ſignificãt aliquẽ reſpectũ. Nihil. n. eſt genus aut ſpẽs ſui ipſius, ſed hæc omnia ad aliud dicuntur ſecundum id quod ſunt ut declarabitur infra.

Dico quinto ꝙ ſecunda intentio põt tripliciter conſiderari. Vno modo in ordine ad intellectũ, a quo & in quo eſt, & ſic habet ad ipſum relationẽ realẽ, ſicut effectus ad cãm ſuam, ut dicit S. Doctor prima parte quæſtio. xxviij. articulo 1. ad quartum. Alio modo conſideratur in ordine ad res, ut ſigni ad ſignatum, & repræſentantis ad repręſantatum, & ſic refertur ſecundum rationem. Tertio poſſumus conſiderare has intentiones ſecundas in quantũ mediantibus ipſis, res ad extra ſubſtant his uocibus, ſpecies, genus, & huiuſmodi. & ſic dico qđ hę relationes non ſunt reales, ſed rationis tm̃. Quia ſic declaro, relatio non eſt aliud q̃ ordo quidam, oportet ergo vbi eſt relatio realis, ibi eſſe ordinẽ rerũ ex natura earũ conſurgens, ubi aũt eſt ordo non ex natura rerum, ſed ſolũ conſequens eas ut ſunt per intellectum apprehenſę, ibi erit relatio rationis tantum, & ſic eſt in illis de quibus loquimur. Conſtat enim ſine opere intellectus nullã rẽ de altera prædicari, quòd non eſt aliud (ut inquit Albertus) quã ꝑ opus rationis aliquid alteri attribuere. Si ergo animal vel albũ debet eſſe prædicatum, & homo ſubiectũ de quo iſta prædicantur, oportet quòd ſint apprehẽſa ꝑ intellectũ. Eodem modo ex naturis rerũ non eſt quòd vnũ ſit antecedẽs & aliud conſequens: nec ratio generis aut ſpeciei conueniunt rebus, niſi pro quãto intellectus excogitauit uniformẽ ordinẽ naturę ſpecificę ad indiuidua & naturæ genericæ ad ſpecies. Qui quidẽ ordo non eſt in rebus, quũ natura ſpecifica extra intellectũ non ſit præter indiuidua, nec natura generica præter ſpẽs. Eſt igitur talis relatio & ordo ab intellectu excogitatus & attributus reb. ſm ꝙ ſunt in intellectu. Et ſic intelligo, quũ dicit ſãctus doctor ꝙ intellectus hũc ordinẽ adinuenit. Nã intellectus habẽs cõceptũ hoĩs & hñs cõceptũ animalis reflectẽdo ſe ſuꝑ iſtos cõceptus format alios, quibus cõparat naturã aĩalis ad naturam

turā hominis ſm rōnē pdicabilis & ſubijcibilis. Et animal ut eſt in intellectu dr̄ genus,& homo dr̄ ſpecies. Cōparatio aūt eſt relatio. quum ergo ſolus intellectus inueneritt hanc cōparationē, ſolus ipſe inuenit has relationes rōnis. Et confirmatur. Nā relatio realis requirit extrema realiter diſtincta. Conſtat aūt ꝙ genus & ſpecies puta homo & animal non diſtinguunt realiter. Nā realiter illa res quæ eſt homo, eſt illa res quæ eſt animal: ſimiliter non oportet ꝙ antecedēs & cōſequens ſubiectum & prædicatum realiter diſtinguantur, vt patet in hac conſequentia homo currit, ergo aīal currit, & in iſta propoſitione homo eſt animal. Idem dico de alijs terminis, qui conſiderantur a logico. oēs enim ſunt termini relatiui. Et qui prædicta ſint de mente S. Tho. patet ex his, quæ ſubtiliter eſt locutus. Sic.n. ait in libro de natura generis c. 2. Ens rationis propriè dr̄ de illis intentionibus, quas ra io in rebus adinuenit, ſicut eſt intentio generis & ſpeciei, quæ nō inueniuntur in rerum natura, ſed ſequuntur actum intellectus, & huiuſmodi ens eſt ſubiectum logicæ. Quo quid clarius? Sed certe omni erudito, patet quòd neq; ipſa natura generica, aut ſpecifica, neq; cōceptus mentis eſt ens rōnis, de quo conſiderat logicus, cum iſta ſint entia realia, oportet ergo dicere quòd S. Tho. ſenſerit dialecticum conſiderare de illis entibus rationis, q̄ rebus attribuuntur, vt ſunt ſub ſecundis intentionibus. Et in eodē cap. dicit quòd in ſubſtantia corporea eſt aliquid ſup quo intellectus format genus ſubſtantiæ & genus corporis. Nā ſubſtātia corporea & eſt in genere ſubſtātiæ & in genere corporis. ea autē ſuper quæ hæc duo genera fundanē, hn̄t inter ſe ſolum ordinē prioritatis & poſterioritatis ab intellectu cōceptū, a quo ordine hn̄t rōnē gn̄m. Non ꝙ id in quo fundaē genus corporis ſit in natura rerū ordinabile ad id in quo fundatur genus ſubſtātię, cum in una re nō ſit prius & poſterius reſpectu ſui ipſius, niſi forte in ſucceſſiuis vt in motu & tp̄e. Subſtātia autē & corpus non ſunt de natura ſucceſſiuorum. Et præterea genus, ſpecies, antecedens, conſequēs, ſubiectū, prædicatū, & alia hmōi ſunt relatiua quū dicanē ad aliud. oē autem relatiuum, aut eſt relatiuum ſecundū dici, aut ſecundū eſſe, ut dr̄ in prædicamentis. Relatiua ſecundū dici ſignāt aliquod ens determinatum abſolutū, vt patet de hoc noīe ſciētia, ꝙ ſignificat qualitatē. Genus aūt, & ſpecies, & indiuiduū, & alia hmōi nomina intentionū non ſignificant aliq̄ determinatam naturam, quū poſſit diuerſis naturis attribui, & ideo non ſunt relatiua ſecundum dici, ſed ſecūdum eſſe. Relatiua autem ſecundum eſſe ſunt impoſita ad ſignificandos ſolos reſpectus. Nec refert vtrum illi reſpectus ſint reales, vel rationis. Ex quo ſequitur ꝙ hæc nomina ſolum relationem ſignificant non quidem realem, ſed rationis tantum.

Ex p̄dictis elicio, ꝙ prima intentio, & ſecunda tripliciter differūt. Primo, quia intentio prima hēt immediatum fundm̄ in re, ſecunda aūt nō, ſed eſt immediatè ſimilitudo primi conceptus, in quo eſt non ſicut in ſubiecto, ſed ſicut in fundamento ſuæ veritatis, & eo mediante fundatur in re ad extra, ſic intelligo Paulū Venet. quū dicit terminum ſecundæ intentionis ſignificare ſolummodo terminum. ſ. immediatè, quia immediatè ſignificat tm̄ primā intentionē cuius eſt immediatè ſimilitudo. Sed quia ſignificat eā relatiuè ad res extra, ideo eſt ēt ſimilitudo rerū licet mediatè. Scd̄o differūt, quia prima intentio eſt ſimilitudo rei extra animam exiſtentis, ut eſt extra animā exiſtens, ſecunda aūt eſt ſimilitudo rei ſolum ut eſt in anima exiſtēs per primā intētionē. Tertio quia prima intentio fit ab intellectu actu recto, ſcd̄a aūt fit p actum reflexū, quū intellectus reflectitur ſuper primam intentionem. Et ſic patet quid intelligamus per ens rationis quòd fuit primo declarādum.

Secundo manifeſtare oportet quid nominis ſubiecti. Ad cuius euidentiā eſt ſciendum, quòd hic non quæritur de ſubiecto in quo eſt habitus logicę, con-

ſtat.n.quod eſt in intellectu ſicut & oẽs alij habitus intellectuales,ſed quærit̃ de ſubiecto circa quod verſatur,quod quidem alijs verbis dr̃ obiectũ,& materia, circa q̃: licet horum nominum rationes inter ſe differant.nam vt dicit S.Th. in libro de principijs naturæ: materia dicit puram potentiam,quę pręſuponitur omnibus formis quas recipit: & qa id de quo tractatur in ſcientia præſupponitur ipſi ſcientiæ, vt dicitur primo Poſteriorum, ideo appellatur materia circa quam eſt ſciẽtia. Quia vero ſcientia habetur per ſyllogiſmum demõſtratiuũ in quo concluditur propria paſsio de ſubiecto, ipſa concluſio demonſtrata dr̃ obiectũ eo ꝙ obijcitur habitui ſcientifico. Subiectum aũt talis concluſionis propriè dr̃ ſubiectum, licet aliqñ unum pro altero accipiatur. ſed quia ſcientiæ habẽt unitatẽ ex ſubiectis ſiue obiectis, ſiue materia, oportet oĩa quæ tractãtur in aliqua una ſcientia, habere quandam vnitatẽ, ꝙ cõtingit prout conueniũt in una ratione formali, in qua conueniunt oĩa q̃ in tali ſcĩa conſiderant̃. Quũ ergo quæritur quid eſt ſubiectũ in ſcĩa, nõ eſt aliud quęrere niſi quæ ſit illa rõ, quę eſt rõ per ſe qđ aliquid per talẽ ſcientiam attingatur. Dr̃ aũt hoc obiectũ eſſe adæquatum, qñ nec exceditur a ſcientia, nec eã excedit: ꝙ fit qñ quicquid habet talẽ rationem conſideratur in ſcientia, & in ipſa ſcientia non tractatur de aliquo niſi propter illam rationem formalem.

Ex præmiſſis reſpõdeo ad quæſitum per concluſiones quarum hæc eſt prima. Ens rõnis adinuẽtũ per intellectũ & attributum rebus ut ſunt in intellectu ꝑ ſecundas intentiones, eſt ſubiectum in logica adęquatũ. Ad hanc cõcluſionem arguitur ſic. Illud eſt ſubiectũ adæquatũ in ſcientia, ꝙ non excedit eã, nec ab ea exceditur, & ſub cuius ratione omnia quę cadunt ſub tali ſcĩa, conſiderantur: ſed tale ens rõnis eſt hmõi, ergo &c. maior patet ex q̃d nõis ſubiecti adæquati: minor patet inductiuè. nihil.n. cõſiderat logicus niſi ſub rõne vniuerſalis, aut ꝑdicabilis, aut ꝑdicamẽti, aut gñis, aut ſpẽi, aut oppoſitionis, aut diffinitiõis, aut prędicati, aut ſubiecti, aut antecedentis, aut conſequentis, aut ſuppoſitionis, aut ſyllogiſmi, aut huiuſmodi, quæ conſtat ſignificare reſpectum attributum rebus, ut ſunt in intellectu.

Correlarium primum tota logica eſt de relationibus rationis tãquam de formali obiecto: probatur. Tota logica eſt de ente rationis inuento per intellectum, & attributo rebus. ſed omne tale ens eſt relatio rationis: ergo &c.

Correlariũ ẜm non oẽ ens rõnis cõſiderat̃ a logico. probat̃ ſic. Priuationes & negationes nõ cadũt ſub obiecto logicæ, ut patet ex concluſione. ſed huiuſmodi ſunt entia rationis: ergo &c.

Contra prædicta arguitur. primo cõſiderõ de vniuerſali pertinet ad logicũ, ſed vniuerſale nõ tm̃ dicit nomen rõnis ad particulare, ſed ẽt dicit in diuiſione, quum vniuerſale ſit vnum in multis. de ratione aũt vnius eſt indiuiſio, quæ non eſt relatio, ſed priuatio: ergo logica non eſt tantum de relatione rationis.

Rñſio negat̃ minor, quia unitas, q̃ dicit uniuerſale ut cõſiderat̃ a logico, eſt vniformitas. q̃ hẽt ad ſua inferiora. Cõſtat aũt ꝙ uniformitas eſt relatio. & ꝙ iſta ſit mẽs S. Tho. patet quia in libro de natura generis dicit, ꝙ animal ꝑꝑ uniformitatem quam ei tribuit intellectus reſpectu inferiorum, eſt uniuerſale. Dicit etiam Auicen. in 5. ſuę Metaph. c. 1. ꝙ natura intellecta, vt vniformiter refert ad totã multitudinẽ ſub ſe exiſtentẽ, dr̃ ꝑꝑ talem reſpectum eſſe uniuerſalis. Poteſt ẽt dici ꝙ hoc nomen uniuerſale, & ſimiliter hoc nomen indiuiduũ ſignificant ſolos reſpectus, qui tamen non attribuuntur his de quibus dicuntur, niſi vt ſtant ſub priuatione diuiſionis.

Secundo ſubiectum logicæ & ſubiectum metaphyſicæ ſunt æqualis ambitus, ſed ſubiectum metaphiſicæ ſe extendit ad omne ens reale. ergo ſubiectum logicæ extenditur ad omne ens rationis, & per conſequens ad priuationes & negationes.

Reſpondeo negatur conſequentia, qa ſubiectum

subiectum logicę dr̃ ęqualis ambitus cũ obiecto metaphysicę nõ ad hũc sẽsum, ꝙ logica tractet de omni ente rõnis sicut metaphy. de omni ente reali, sed qa nullũ est ens cui intellectus nõ possit attribuere intentiones logicas, salrẽ subiecti & prædicati, unde S. Thomas dicit in de natura generis postquã dixerat ens rõnis esse subiectũ logicę sic ait: quia nihil est in rerũ natura, de quo ratio non negotiatur. inde est quòd circa idem dicitur uersari metaphysica & logica.

Tertio logica est de secundis intẽtionibus adiunctis primis: ut dicit Auicen. sed secundæ intentiones non sunt relationes rationis: cum huiusmodi intentiones sint entia realia existentia in intellectu. ergo logica non est de ente rationis tanquam de obiecto adæquato.

Respondeo ꝙ logica dicitur esse de secundis intentionibus adiunctis primis: quia docet quomodo ea quæ includunt secundas intentiones, attribuũtur illis, quæ important primas. s. quomodo homo est species, & animal genus, & sic de alijs. Sed quia de his intentionibus, ut sunt quædam res non considerat logicus, cum vt sic pertineant ad tertium librũ de anima: sed cõsiderãtur a logico quantũ ad istos respectus quos ratio adinuenit: & ideo dicitur logicæ subiectum esse ens rõnis: nec deuiamus ab Auicenna. Ad argumentum negatur consequentia: quia procedit ex falso intellectu dictorum Auicennæ.

Secunda conclusio: argumentatio & Syllogismus licet non sint adæquatum subiectum logicæ, sunt tamen principale obiectum. i. principalior pars obiecti adæquati. Nam inter omnia entia rationis, principaliter considerat logicus de argumentatione, & ad eam ordinat alia quæ in logica traduntur, inter autẽ species argumentationis potissima est Syllogismus. & ideo tam argumentatio quam syllogismus dicuntur principale obiectum. Et sic arbitror sensisse Albertum & Scotum. quorum prior argumentationem, secundus uero syllogismum dixit esse subiectum in logica.

Expositio Textus Porphyrij incipit, & primo Notabilium Proœmij.

CVm sit necessarium &c.] Diuiduntur Isagogæ Porphyrij in proęmiũ & tractatum qui incipit ibi. (Videtur aũt neq; genus) in proęmio ponit hanc unicam conclusionem. Notitia prædicabilium est necessaria ad notitiam prædicamentorum, diffinitionum, & diuisionum, & demonstrationum. Pro euidentia istius conclusionis præmitto quòd necessarium accipitur quatuor modis, vt dicit philosophus quinto metaphysic. cap. 5. Nam necessarium est quòd non contingit aliter se habere ut dicitur primo Posteriorum. si ergo sit aliquid quòd simpliciter non potest aliter se habere, tale erit necessarium absolute, ut hominem esse animal: Deum esse, & omne compositum ex contrarijs esse corruptibile. Secundo dicitur necessarium ex parte finis, & sic illud est necessarium, sine quo finis haberi non potest, quæ quidem necessitas dicitur necessitas suppositionis. Tertio dicitur necessarium ex parte finis, non quia finis sine ipso haberi non possit, sed quia non ita bene haberi potest. Quarto dicitur necessarium quòd est coactum & uiolentum. Ista conclusio communiter exponitur de necessario tertio modo dicto. dicũt enim quòd notitia prædicabilium est utilis ad notitiam prædicamentorum. quod quidem est uerum, dummodo non excludatur necessitas secundo modo accepta. Impossibile est, ꝙ sine aliqua notitia generis & speciei cognoscantur prædicamẽta, quum prædicamentum non sit aliud quã ordinatio generum & specierum a genere generalissimo vsq; ad indiuiduũ directè, differẽtię uero a latere sunt in prædicamento, proprium uero & accidens non collocantur in prędicamento eorum respectu quorum habẽt rõnẽ proprij & accidentis. Oportet ergo scire quid est genus, species, & differentia, quid proprium, & quid accidens, ut sciamus quæ ponuntur in

prædicamento & quæ non : & sic patet prima pars conclusionis.

Secunda probatur . Nam ut dicit S. Thomas in libro septimo metaphysicæ lectione tertia ex sententia Boetij sola species diffinitur . omnis autē diffinitio constat ex genere & differentia : oportet ergo ad habendā notitiā diffinitionũ scire quid sit id quod est diffinibile .s.species,& ex quibus constat diffinitio .s.genus & differentia.Sed quia propriȩ rerum differentiæ ut in pluribus sunt ignotæ,sicut dicitur secundo posteriorum:loco earũ ponuntur propriæ passiones q̃ multũ conferunt,licet a posteriori ad sciēdũ ꝙ quid est , vt dicitur in primo de anima: iō oportet ēt scire q̄d est propriũ. Et quia accidentia per accidens nō ponũtur in diffinitione, oportet ēt scire q̄d est accidens ut euitetur .

Tertia pars eodem modo probatur . quia per demonstratiuũ Syllogismum concluditur propria passio de subiecto per medium quod est diffinitio . Accidentia etiam communia nō intrant demonstrationem, ideo oportet ista omnia scire ad habendā demōstrationem .

Quarta pars declarat: nam ut inquit Boetius in libro diuisionum , & Petrus Hispanus in topicis, & colligitur ab Aristotile secundo posteriorum. Aliqua est diuisio generis in species quȩ differentijs constituuntur : aliqua est diuisio subiecti in propria accidētia, ut numerorũ alius par,alius impar:alia est subiecti in accidentia ꝑ accidēs : ut animaliũ aliud albũ,aliud nigrũ.oportet ergo cognoscere genus diuisibile per differentias diuidētes:& spēs in quas diuiditur: propriũ ēt & accidens . Verũ quia hæc quinq; uniuersalia maximas habēt difficultates,dicit se illas ad aliud negociũ seruaturũ : spectant .n. ad metaphysicũ excedunt q; dialecticā facultatem Quia uero in his quæstionibus,alia est Platonicorũ , alia est Peripateticorũ opinio, mens Porphyrij est Peripateticos quoad poterit imitari tenereq; illorum partes.Sunt aũt tres prȩsertim eiusmodi q̃stiones:prima an uniuersalia sint in solis nudis purisq; intellectibus,intellectum solũ aliqui appellant cui nihil in re correspondet,per intellectum nudum intelligunt conceptũ,quo apprehēditur materia non apprehensa forma,ꝙ tamē est impossibile secundũ sanctũ doctorē dicentē, ꝙ materia cũ sit pura passio non pōt concipi nisi in ordine ad formam. Per intellectũ purũ exponũt intellectũ apprehēdentē formā nō apprehēsa materia. Gratiadeus exponit per intellectũ nudũ intellectũ humanũ, qui in principio est sicut tabula rasa in qua nihil est pictum . per purum uero exponit intellectum angelicum & diuinum. Ego arbitror hanc esse quæstionem,utrũ uniuersalia sint in solis nudis ac puris intellectibus.i.vtrũ sint in solo intellectu qui ex sua natura est purus , quum sit denudatus ab omni extraneo.i a specie cuiuslibet rei:uel etiam sint in ipsis rebus.

QVAESTIO *de uniuersali* .

ET quia hanc quæstionem dicit Porphyrius se secuturum ex sententia Aristotelis , ideo omissa quæstione bonum existimo disputandum quid senserit Aristoteles . Ad huius notitiam præmitto ꝙ vniuersale est,q̄d prædicatur de multis & est vnũ in multis,ut ipse Philosophus in primo periherme nias dicit,ubi ponit duo esse de ratione uniuersalis, scilicet communitatem & unitatem,idest vniformitatem,est enim aliquid vnum commune multis: ubi ergo fuerit unum uniformiter multis cōmune,ibi dicit Philosophus esse uniuersale . Sciendum est igitur ut inquit Sanctus doctor in tractatu de ente & essentia c. 4. ꝙ natura aliqua puta hominis uel animalis potest dupliciter considerari, uno modo secundum rōnē eius propriam,quȩ est absoluta cōsideratio: & hoc modo nihil de ea prædicatur nisi ꝙ conuenit ei inquantũ hmōi: secũdũ istā cōsiderationē diceretur de homine animal rationale,& alia quæ cadunt in eius diffinitione . quicquid vero aliud

ut sic

ut sic cōsideratur attribuatur ei, erit falsa prædicatio. Ex his pono hanc conclusionem: natura humana secundum absolutam eius considerationem non est spēs, nec uniuersalis: probatur, de ratione uniuersalis est unitas & cōitas: sed de ratione naturæ humanæ sic acceptæ non est unitas & cōitas. ergo ipsa vt sic non est uniuersalis maior est philosophi, minor probatur. Id quod est de ratione alicuius nō potest ab eo separari, primo posteriorum: sed unitas & cōitas separantur a tali natura: ipsa enim in sorte non est communis. & natura humana in sorte & Platone non est una ergo unitas & cōitas ab ea separantur. Et præterea vniformitas non conuenit ei absolutè, sed per operationem intellectus. Potest secundo considerari talis natura secundū esse, quod habet in hoc, vel in illo, & sic aliquid de eo prædicatur per accidens ratione eius in quo est: sicut dicimus, ꝙ homo est albus quamuis hoc non conueniat homini inquantum est homo: Sed quia hæc natura habet esse non solum in singularibus, sed etiam in anima per suā speciem, quamuis secundum se considerata abstrahat ab omni esse: ideo etiā aliqua accidentia consequuntur eam secundum esse, ꝙ habet in animā, & tale accidens est vniuersalitas. Ex his habemus hanc conclusionem, natura humana secundū esse, ꝙ habet in anima est vniuersalis hanc conclusionē probo sic. Natura humana secū dum ꝙ est in anima est vna, & est cōis: ergo vt sic est vniuersalis. patet cōsequētia à descriptione ad descriptū, antecedens sic declaratur, natura humana est in intellectu per speciem intelligibilem repræsentantē ipsam, vt est abstracta ab omnibus principiis indiuiduantibus, ꝑ quæ distinguebatur in singularibus; remotis aūt principiis distinctiuis res remanet indistincta, & per consequēs vna. ergo talis natura, vt sic est vna, quia eius ratio æqualiter & vniformiter cōuenit oībus eius suppositis. Est etiā cōis, quia illa spēs est æqualiter oīm hoīm similitudo, & ducit intellectū in omnium cognitionem inquantū sunt homines Hāc aūt relationē talis naturæ ad omnia indiuidua significat hoc nomen species, & hoc nomē vniuersale. Sunt. n. nomina relatiua. Concludamus ergo, ꝙ vniuersale de quo loquimur, est ipsa natura, q̄ est in singularibus, sed non conuenit ei relatio, q̄ est vniuersalitas nisi secundum ꝙ est in intellectu. Cōfirmatur ex dictis Auicen. 5. Metaph. c. 2. vbi ait, vniuersalitas non accidit alicui naturæ, nisi quū ceciderit informatione intelligibili, ei⁹ autē vniuersalitas est ex hoc, ꝙ cōparatur ad multa significata. Idem ponit c. 1. Sequitur ex his, ꝙ voces & conceptus non sunt ipsa vniuersalia, vt senserunt terministæ; quum vniuersalia sint ipsæ naturæ existentes in suppositis, quibus tū non accidit intentio vniuersalitatis, nisi vt sunt in intellectu. Quod magis declaro, quum .n. vniuersale sit id, quod prædicatur, illa dicūtur vniuersalia quibus conuenit prædicari, sed voces & cōceptus non prædicantur, alioquin multæ propositiones, quæ sunt necessariæ essent falsæ. Nā in propositionibus primi modi perseitatis idē est subiectū & prædicatū, quū alterum sit diffinitum, alterum vero diffinitio, vt in ista propōne, homo est animal rationale. Constat aūt hanc vocē homo non esse hanc vocem animal, nec conceptū quē habet formaliter mens de significato huius termini homo, esse eundem cū conceptu quem hēt de significato huius termini animal. licet vtriusq; sit idē conceptus obiectiuus; ex quo patet, ꝙ ipsa res est, quæ prędicatur; conceptus autē & vox est illud quo res prædicatur, vt dicit S. Doct. de veritate quæst. 4. artic. 2. ad 3. Quia autem res prædicentur, patet ex sententia philosophi & commentatoris, qui in septimo metaph. ponentes differentiam inter materiam & formam dicunt commen. xxiiij. quòd forma prædicatur per se de eo cuius est. Nam ista est vera, homo est animal rationale. Constat autem diffinitionem in cōparatione ad diffinitum habere rationem formæ. ista tū est falsa, hō est materia, & similiter ista,

idolum est cuprum. Et eodē libro cōm. 14. vbi dicit sic, in primis substātijs prędicatum est substantia subiecti. Idem ponit primo cęli comm. 91. Et primo physic. commen. 14. vbi dicit ipse commentator, ꝙ prædicata sunt res extra animā. Idem tertio de ani. comm. 21. & 22. vbi dicit, ꝙ veritas & falsitas accidunt compositioni rerum adinuicem. Ecce ꝙ nō dicit compositioni vocum, aut conceptuum, sed rerum. Idem tenet præcipuè 12. Metaphy. commen. 38.

Contra prædicta arguo sic: vniuersale est ipsa natura secundum esse, quod habet in intellectu: sed non hēt esse in intellectu, nisi per suā speciē, ergo sola species intelligibilis est vniuersalis, & per consequens vniuersalia non sunt aliud q̄ species intelligibiles. Rn̄deo, negatur consequentia, quia procedit ex falso intellectu maioris; nō .n. dicimus, ꝙ solum, id sit vniuersale, per quod natura est in intellectu, in quo sensu procedit argm̄, sed dicimus, ꝙ intellectus non attribuit naturæ intentionem vniuersalitatis, nisi secundum ꝙ est per ipsum apprehēsa. Dico tn̄ ꝙ spēs intelligibilis est vniuersalis in repræsentando, repræsentat .n. omnia indiuidua speciei, natura autem vniuersalis est, quæ prædicitur.

Expositio triplicis significationis, vel dictionis, Generis.

VIdetur autē neq; genus &c.] Ista est secūda pars huius libri, in qua Porphy. primo ponit hanc conclusionē, Genus non dr̄ simpliciter. Pro cuius notitia est sciendum, vt dicit sanctus Docto. 3. parte. q. 50. artic. 5. & 1.2. q. 6. artic. 6. ꝙ simpliciter accipitur trib. modis. Vno modo vt idem est ꝙ absolutè, & sic dicimus ꝙ sortes albus, & sortes niger est, idem simpliciter, cum sit idem suppositū & eadē substantia, licet sit aliud, & aliud secundū quid. s. secundum accidentia. Alio modo accipitur simpliciter, vt est idem, quòd totaliter, & secundum hunc modum homo albus secundū omnes partes exceptis capillis non diceretur albus simpliciter, quia non esset totaliter & vniuersaliter albus. Tertio accipitur simpliciter vt est idem, ꝙ esse in actu distinctum contra ens in potentia, hoc modo entia fictitia imaginabilia, & opinabilia, & corrupta non sunt entia simpliciter, puta homo mortuus nō est simpliciter homo. Quarto accipitur simpliciter vt est idē, ꝙ vno modo, & sic loquitur Porphy. hoc loco dicēs, ꝙ genus non dr̄ vno modo, sed tribus, ꝙ sic probat. Genus dr̄ de multitudine aliquorum descendentiū ab vno principio, & dr̄ de principio generationis, & dr̄ de eo qd̄ prædicatur de pluribus drībus specie; ergo dicitur tripliciter. Deinde quum dicit (Genus .n. dr̄ & aliquorum) declarat singula membra huius diuisionis dicens, ꝙ genus primo modo dictum est multitudo descendentium ab vno principio, & sic dicitur genus Romanorum multitudo descendentium à Romulo. Est aūt de ratione huius generis duplex respectus. Vnus est totius multitudinis ad suum principium. Alius est vnius partis talis multitudinis ad aliam partem. Deinde quum dicit (dicitur autem) ponit secūdum modum dicens, quòd principium dictæ multitudinis dicitur genus, quomodo Romulus dicitur genus Romanorum. Et non solum pater dicitur genus isto secundo modo, sed etiam patria, quæ est principium generationis sicut & pater.

Dubitatur in his verbis Porphyrij, an patria sit principium generationis quēadmodum & pater. Videtur ꝙ non, primo. Omne principium generationis sicut pater est actiuum, sed patria non est actiua, quum sit locus, & per consequēs quantitas, nulla autem quantitas est actiua ergo &c. Secundo videtur Porphyrius diminutus, quia non solum patria, sed etiam calor, & tēpus sunt principia generationis rerum. Respondeo, quòd duplex est principium generationis, alterum .n. est vniuersale & æquiuocum, alterum vero particulare & uniuocum. Patria est primò modo principium

pium generationis, quod experimento patet:quidam enim sic in una regeneratione generantur, ꝙ non, in alia:Sed est notandum ꝙ patria & locus, si accipiatur vt est quantitas, sic non est principiũ generationis, si uero accipiatur quo ad uirtutẽ & qualitatẽ ei a corpore cęlesti influxam: sic dr̃ esse generationis principium, pater autem est principium particulare & vniuocum: cui res genita assimilatur in natura speciei.

Ad primum argumentum patet responsio ex dictis. Ad ꝫm dico ꝙ calor non est principale principiũ generationis de quo loquitur Porphy. sed est tm̃ principiũ dispositiuũ intrinsice:tempus vero est mensura extrinsice disponẽs:& solũmõ principiũ sine quo nõ. Vel põt dici ꝙ tẽpus est magis principiũ corruptionis q̃ generatiõis, vt dr̃ quarto physicorũ. Deinde quũ dicit(aliter aũt)ponit genus tertio mõ acceptum quod sic diffinit. Genus est cui supponit species, & hoc est genus de quo loqui intendit. Conuenienter aũt præmisit hãc diuisionem, quia omne multiplex prius est diuidendũ q̃ diffiniendũ: genus aũt multipliciter dr̃ vt ex dictis patet. Est aũt multiplicitas generis nõ termini æquiuoci, sed analogi, quũ genus per prius dictũ sit de principio generationis, consequẽter vero de multitudine generatorũ: de genere aũt logico ex habitudine ad genus secũdo mõ acceptũ: quia sicut illud est principiũ effectiuũ generationis, ita genus est principium formale specierũ.

QVAESTIO *de diuisione uniuersalis.*

SEd antequam exponantur hæc generis descriptiones, quærendum est an diuisio uniuersalis in genus speciẽ differentiam propriũ & accidens, sit diuisio generis in species. Videtur ꝙ non, quia ex hoc sequeretur, ꝙ hæc quinq; vniuersalia essent species:& per consequens esset tm̃ unum prædicabile. Respondeo, in hac quæstione faciam tria.

Primo dicam quid intelligatur per vniuersale.

¶ Scd̃o declarabo ordinẽ istorũ uᷓium.

Tertio dicam ad quæsitum.

Quantum ad primum pręmitto & dico primo, ꝙ quadruplex est uniuersale, ut dr̃ a san. docto. in q̃õnibus de ueritate quęstione 7.art.6.ad 7.Nam aliquod est vniuersale secundum causalitatem sicut sol respectu omnium generabilium & corruptibiliũ, & Deus respectu omniũ entum. Aliud est vniuersale secundum repræsentationem sicut speculum, multa repræsentans. Aliud est vniuersale ꝫm vsum, vt platea & huiusmodi loca in ciuitate, quæ sunt in communẽ vsum hominium. Aliud est vniuersale ꝫm prædicationẽ, ꝙ nõ est aliud q̃ natura de multis prædicabilis. Dico secundo ꝙ vniuersale ꝫm prædicationẽ tripliciter se hẽt, vt dicit. S. doc. in scd̃o sn̄iarũ dist. 2. quę. 3. artic. 2. ad primũ aliquando. n. dr̃ vniuersale in re, & hoc est ipsa natura cõis ꝫm esse quod habet in singularibus. Aliquando dr̃ vniuersale ante rem, & hoc est eadẽ natura, ꝫm ꝙ habet esse in intellectu angelico: angelus. n. intelligebat naturas rerũ anteq̃ fierent. Aliquando. n. dr̃ uniuersale post rẽ, & hoc est eadẽ natura ꝫm esse quod habet in intellectu nostro. Dr̃ aũt aliquando uniuersale post rẽ, quia cũ scĩa nostra causetur a rebus oportet ipsas res prius esse, anteq̃ nos habeamus sciam de eis: & tanq̃ attribuamus ei intentionem vniuersalitatis. De vniuersali hoc tertio mõ loquimur. Dico tertio ꝙ uniuersale in prædicando ab alijs dupliciter differt. Primo quia nulla natura dr̃ uniuersalis ꝫm p̃dicationẽ nisi ut habet esse in intellectu. Alia uero dicũtur uniuersalia vt sũt extra intellectũ. Scd̃o q̃a alia uniuersalia aũt priora respectu eorũ quorũ sunt vniuersalia, nã cã uniuersalis p̃cedit effectũ & est prior effectu, & rep̄setans est prior repræsentatis: & hoc quod venit in usũ multorum est prius ipso usu. Vniuersale sũt ꝫm predicationẽ inquantum hmõi est posterius: & sic patet primum.

Quo ad secundũ dico breuiter ꝙ vniuersale est, qd̃ de multis prædicatur, ꝙ cõtingit dupliciter. Nã aliqua p̃dicãtur in quid

in quid sicut genus & species: & aliqua prædicantur in quale sicut est differentia proprium & accidēs: prius ergo determinat de his quę prędicātur in quid quàm de his quæ in quale: quia dici in quid est modus substantiæ: dici in quale est modus accidentis: substantia autem est prior accidente tēpore, natura, & diffinitione, vt dr̄ 7. metaphysicæ. Prius ēt tractat de genere quàm de specie, quia genus est communius specie, de vniuersalioribus aūt prius est agendum vt dr̄ primo metaphysicæ. Contra hūc ordinem arguitur sic: differentia est prior specie, quum sit pars diffinitionis eius: diffinitio autem & eius partes sunt priores diffinito, ergo prius agendum esset de differentia quàm de specie. Respondeo ꝙ species & differentia possunt cōparari dupliciter. Vno modo in ratione diffinitionis & diffiniti, & quia diffinitio & eius partes notificant diffinitum ꝙ non facerent nisi essent notiores eo, ideo sunt notiores diffinito, & quantū ad hoc differentia est notior spē: prius enim cognosco animal rationale quàm hominem, quamuis prius cognoscā hominem, iq̄ quod hæc sint partes diffinitiuæ eius. Alio modo possunt comparari in ratione prædicamentalis, & sic species est prior differentia quum prædicetur in quid, & differentia in quale. Pōt etiam aliter responderi ꝙ genus & species sunt correlatiua; & quia vnum correlatiuorum cognoscitur per reliquū, ideo statim post determinationē generis determinatur de spē, & sic patet ꝓm.

Quo ad tertium dico primo ꝙ conceptus rerum sunt in duplici differentia. Aliqui enim super seipsos reflectuntur, vt patet de conceptu accidentis: nam cōceptus quem format intellectus de significato huius nominis accidens, etiā ipse est accidens existens in intellectu, similiter conceptus qualitatis est qualitas, & conceptus entis est ens. Alij sunt conceptus qui supra se non reflectūtur. conceptus enim substantiæ non est substantia, nec conceptus quantitatis est q̄titas, sed omnes conceptus sunt qualitates. Dico secundo ꝙ conceptus qui super se reflectuntur possunt considerari dupliciter. Vno modo ut sunt significatiui & repræsentatiui. Alio mō ut sunt quædā res particulares, isti.n. concept⁹ vt sunt quædā res particulares sunt inferiores ad seipsos, ut sunt significatiui, verbi gratia conceptus entis significat omne ens: & quia ipse est ens, iō significat etiam seipsum: ecce ꝙ talis conceptus nō solum dr̄ de se, sed etiā de alijs entibus, & per consequens est superior & cōior seipso: vt sic. Idem dico de conceptu qualitatis & accidētis & alijs huiusmodi. Dico tertio ꝙ tales conceptus possunt diuidi in duas differētias, & tamen coincidunt in unam earū: ꝙ sic declaro. Nam constat ꝙ cōceptus qualitatis diuiditur in qualitatem corporalem & spiritualem, & tamen ipse conceptus qualitatis est qualitas spiritualis quū sit in subiecto spirituali. s. in intellectu. Dico quarto, ꝙ cōceptus vniuersalis & similr̄ generis sup se reflectir̄: nā cōcept⁹ generis est genus, & cōceptus uniuersalis ē vniuersalis, quū possit sibi attribui intentio vniuersalis: licet illæ cōceptus in se sit quædā res particularis: sicut humana natura ꝓm esse quod habet in forte est particularis, licet vt est apprehensa per intellectū ei conueniat uniuersalitas. Dico quinto ꝙ cōceptus vniuersalis pōt accipi vt superior ad conceptū generis. Prædicatur. n. non solum de genere, sed etiam de specie, & differentia, & proprio & accidente. Conceptus ēt generis pōt accipi vt superior ad conceptum uniuersalis. Genus enim continet sub se omnia genera: & per consequens etiā hoc genus uniuersale. Dico igitur ꝙ uniuersale ut est superius ad genus diuidir̄ in ista quinq; sicut in spēs. Quod patet. Hæc enim diuisio nō est subiecti in accidētia: ut de se patet: neq; est diuisio totius in partes quantitatiuas aut essentiales, aut potentiales, sed est diuisio totius uniuersalis in partes subiectiuas: neq; hoc indiget probatione, oīs autem pars subiectiua uel est species vel indiuiduum: sed hæc diuisio non est in indiuidua,

dua. alioquin genus esset indiuiduum: ergo est diuisio in species. Ad argumẽtum dico, ꝙ genus est relatiuum. potest autem aliquid dici relatiuè, vno modo in comparatione ad vnum. Et alio modo in comparatione ad aliud. Nam aliquis est pater vnius, & filius alterius. Ita dico in proposito: nam ista quinq; vniuersalia, vt comparantur ad hoc cõmune genus vniuersale, sub quo continentur habent rationem speciei, si vero cõparantur ad ea de quibus ipsa dicuntur, sic habent distinctas rationes vniuersalis: & vnũ dicitur genus, aliud species, aliud differentia, aliud proprium, aliud vero accidens.

Expositio Generis Logici.

TRIPLICITER igitur quũ genus dicatur.] Postq̃ Porphyrius declarauit, ꝙ genus dicitur tribus modis, omissis duobus primis eligit tertium, quod quidem dupliciter diffinit. Primo sic, genus est cui supponitur species. Secundo sic. Genus est, qđ prædicatur de pluribus differentibus specie in eo, ꝙ quid. Notandum est, ꝙ licet vnius rei sit tantum vna diffinitio, si loquamur de his, quæ propriè habent diffinitionem, eo ꝙ vnius est tantum vna natura quam significat diffinitio: tamen possumus aliquam rem multis modis diffinire largo modo accipiendo diffinitionem, sic est in proposito. Nam genus & est genus, & est prædicabile. inquantum est genus dicitur relatiuè ad speciem, quam sub se continet: & vt sic data est prior diffinitio: de genere autem vt est prædicabile datur secunda diffinitio. Et ꝙ illa diffinitio sit conueniens sic probatur: ista diffinitio datur per proprium genus, & proprias differentias: ergo est conueniens: consequentia patet, antecedens probatur. Nam quod detur per propriũ genus patet quum dicitur. Genus est qđ prædicatur, s. est prædicabile. Quod autẽ detur per proprias differentias declarat sic: eorum quæ prædicantur, aliqua p̃dicantur tantum de vno, vt indiuidua: aliqua vero de pluribus: eorum, quæ dicuntur de pluribus aliqua prædicantur in quid, & aliqua in quale: eorum quæ in quale, aliqua in quale essentiale, & aliqua in quale accidentale. Tunc arguitur sic, ista diffinitio facit differre genus ab omnibus prædicabilibus, immo etiam ab omnibus, quæ prædicantur etiam si sint nidiuidua. ergo datur per proprias differentias prædicabilis. Tenet consequentia quia vnum prædicabile nõ differt ab alio in ratione prædicabilis, nisi per proprias prædicabilis differentias: antecedens probatur. Nam illa particula de pluribus, facit genus differre ab indiuiduis, quæ dicuntur de vno solo: Illa autem differentibus specie, facit differre a specie, illa vero in quid, facit differre a differentia a proprio, & ab accidente, quæ prædicantur tantum in quale, vt infra patebit. Quod etiam probat Porphyrius, quia per ista respondetur ad interrogationem factam per quale, ergo prædicantur in quale: ex his concludit prædictam diffinitionem generis esse conuenientem.

Contra arguitur primò: id quod p̃dicatur de aliquo vere affirmatur de eo: sed genus nõ vere affirmatur de specie: ergo nec de ea, vel de eis prædicatur; maior nota, etiam minor. Nam ista ꝓpositio est falsa, species est genus. Secũdo quæcunque sunt, plura sunt differentia: ergo in diffinitione generis superflue ponitur, differentibus.

Ad primum dico, ꝙ quum genus sit terminus secundę intentionis correlatiue acceptus, aliud est ipsa intentio generis, & aliud est res, quæ sibi correspõdet tanquam fundamentum. Dico secundo, ꝙ in terminis primę intentionis à prædicari ad esse valet consequentia: sequitur enim animal prædicatur de homine: ergo homo est animal. In secundis autem intentionibus non tenet illa consequentia, nisi forte ex parte fundamenti: & propter hoc neganda est maior. Ista enim propositio falsa est, species est genus: sed hæc est vera, illa res

quæ

quę est species, est illa res quę est genus. Id enim quod homo est, est eitam animal. Ad secundum negatur consequentia, quia ly differentibus non ponitur in illa diffinitione, vt determinet ly pluribus, sed vt determinet ly specie. Omnia enim quæ sunt plura differunt: sed differre contingit multis modis. Nam aliqua differunt genere, aliqua differunt specie, aliqua differunt tantum numero: vt ergo declararet quomodo differant illa plura de quibus prædicatur genus, dixit, ꝙ prædicatur de pluribus, q̃ differunt non tm̃ numero, sed specie.

Si vero quæritur vtrum genus possit prædicari de differentibus numero. Respondeo, ꝙ genus aliquod prædicatur de pluribus differẽtibus numero, nõ tamen inquantum differunt genere, sed in quantum differunt specie: hoc genus uiuens dicitur de animali, & de planta: constat autem ꝙ hæc duo genere differunt; quum sub animali plures sint species distinctæ a speciebus plantarũ: sed dico, ꝙ animal & planta licet sint genera, vt comparantur ad sua inferiora: sũt tamen species & non genera, vt comparantur ad viuens, quod est eis superius.

QVAESTIO,

Quid definiatur definiendo genus.

EST autem generalis quæstio vtrũ quando diffinitur genus, diffiniatur prima, vel secunda intentio, siue aliquid aliud. Burleus, Gratiadeus, Antonius Andreę, Armandus, & plerique alij dicunt non primam, sed secundam intentionem diffiniri: non quidẽ pro se, sed pro prima. Mouentur autem ad hoc tenendum principaliter ista ratione. Illud diffinitur quod per se consideratur a logico: sed secundæ intentiones sunt huiusmodi, & non primæ: ergo hic diffinitur secunda intentio. Ista opinio sustentari potest, nec est facile improbãda, quum fuerit præclarissimorũ virorum: posset tamen dici, ꝙ nec prima nec secunda intentio diffinitur, sed res cui intentio generis atribuitur: qđ sic probatur: de ratione diffinitionis est, ꝙ conueniat diffinitio, quum insit ei per se, vt dicitur primo Posteriorum sed ista diffinitio generis non conuenit primæ aut secundæ intentioni: ergo nec prima nec secunda intentio diffinitur: minor probatur. Nullum accidens prædicatur in quid de substantia, sed prima & secunda intentio sunt accidẽtia, quũ sint in intellectu subiectiuè; ergo nulla intentio potest de substantia prædicari. Si ergo diffinitur intentio, sequitur, ꝙ in substantia non esset prædicatio generis de specie. Nec valet si dicatur ꝙ diffinitur intentio nõ pro se, sed pro ipsis rebus, quum sit implicatio cõtradictionis dicere, ꝙ diffinitio non conueniat diffinito, vt patet ex secundo Posteriorum. Est ergo dicendum ꝙ ipsa res diffinitur non absolutè, sed vt stat sub secunda intentione. Quod sic probo. Illud diffinitur cui ista diffinitio conuenit; sed res ad extra est huiusmodi. Ipsa.n.natura est, quæ prædicatur vt supra probatũ est, quamuis non sibi conueniat prædicari, & respectus conformitatis ad res specie distinctas, nisi vt est per intellectum apprehensa: & hoc est fortè, quod intendunt isti quando dicunt, ꝙ diffinitur secunda intentio in concreto. Pro cuius notitia est sciendum, ꝙ hoc nomẽ genus significat tm̃ respectum rationis, quum sit relatiuum secundum esse, vt dictum est supra; iste autem respectus potest significari & in abstracto, sicut forte per hoc nomen generalitas, & in concreto, vt per hoc nomen genus. Concreta aũt aliud significant & pro alio supponunt significant enim formá, & supponunt pro re cui forma inest. Istud ergo nomen genus supponit pro natura cui atribuitur respectus vniformitatis ad distincta specifice; licet significant tantum illum respectum. Et ideo bene dicitur ꝙ diffinitur genus in concreto, quod quidem genus appellãt intentionem, quia intentio potest dupliciter accipi, vno modo propriè, & sic nihil est intentio nisi quod fit per operationem intellectus. Alio modo large, & sic intẽ-

tio

tio significat rem quæ obijcitur intentioni. Potest ergo dici ꝙ natura quæ est genus dicitur intentio quia est obiectum, & id quod correspondet secundæ intentioni.

Contra hoc arguitur primo, si hic diffinitur res, sequitur ꝙ logicus principaliter considerat de rebus, hoc est falsum, ergo, &c. ¶Secundo diffinitio rei conuenit cuilibet contento sub tali re, sed hæc diffinitio non conuenit contentis sub natura generica: non enim homo est genus, ergo non natura diffinitur.

Tertio id quod hic diffinitur prædicatur uniuoce de omnibus generibus, sed nulla res prædicatur uniuoce de omnibus generibus: quia illud maxime esset ens. Constat autem ens non dici uniuoce, ergo idem quod prius.

Ad primum negatur consequentia, quia hic non diffinitur res ut res est, sed ut stat sub respectu vniformitatis qui est respectus rõnis: ita ꝙ talis respectus est ratio quod rei conueniat hæc diffinitio. Constat autem ꝙ principale consideratum in scientia est ratio, sub qua aliquid consideratur.

Ad secundum dico, quòd diffinitio rei vt res est, idest diffinitio quæ dicit quidditatem, & entitatem rei prædicatur, de omnibus sub eo contentis: quia in omnibus reperitur talis entitas. Diffinitio autem rei non absolutè acceptæ, sed ut stat sub aliquo respectu ut est respectus rationis non conuenit nisi eis in quibus est talis respectus, respectus autem significatus per hoc nomen genus non in est homini, nec respectus significatus hoc nomine species inest sorti: nec dico quòd diffiniatur res & respectus, quia tale est ens per accidens: sed dico ꝙ rei non conuenit ista diffinitio, nisi ut stat sub respectu.

Ad tertium dico, ꝙ est differentia inter nomen primę impositionis & secundæ: quia nomini primæ impositionis correspondet aliqua determinata natura, hoc enim nomen animal non significat primo hominem aut capram, sed naturam animalis, & hoc nomen homo significat humanitatem, nomini autem secondę impositionis non correspondet aliquam vna natura determinate, sed significat aliquid quod potest diuersis naturis attribui: respectus enim significatus hoc nomine, genus, attribuitur animali & plantæ & colori, & multis alijs. Dico ex his ad argumentum, ꝙ licet diffinitio rei ut stat sub prima intentione, & sub nomine primæ impositionis conuenit omnibus sub re contentis, non tamen hoc est uerum in diffinitione rei, ut stat sub termino secundæ impositionis: & ad argumentum formaliter respondendo negatur maior, sed ꝙ ille respectus conformitatis sub quo diffinitur res conueniat uniuoce omnibus generibus, idest omnibus rebus quibus attribuitur intentio generis. Prædicta arbitror esse de mente S. doc. quæ forte non abhorrebit qui studiose & accurate ipsum fuerit perscrutatus.

Expositio speciei, cum suis quęstionibus intextis.

SPECIES autẽ dicitur] postquam Porphyrius declarauit quid sit genus, tractat consequenter de specie, cuius ordinis ratio dicta est supra. Circa hoc autem duo principaliter facit.

Primo ponit duos modos, quibus dicitur species, quorum alter ad rem pertinens est, alter uero impertinens.

Secundo ponit differentiam quæ est inter superiora & inferiora quo admodum prædicandi ibi (assignato autem) Circa primum dicitur, quòd species dicitur dupliciter, nam forma & pulchritudo species dicitur, prout dicebatur speciem Priami esse dignam imperio. Dicitur etiam species propria alicui indiuidui inclinatio & complexio, iuxta illud poetæ.

Mille

Mille hominum ſpecies & rerum diſcolor uſus.

Velle ſuum cuique eſt nec uoto viuit uno.

Sed de ſpecie his duobus modis dictis nõ loquitur hoc loco Porphy. Alio modo dicitur ſpecies id quod ponitur ſub aſsignato genere ſicut homo eſt ſpecies animalis, & albedo coloris: & triãgulus figuræ.

Notãdum ꝙ ſpecierũ aliquæ ſunt ſubalternæ, aliquæ vero ſpecialiſsimæ. Porphy. de utriſque exemplificat. Nã & homo & albedo ſunt ſpecies ſpecialiſsimę triangulus uero eſt ſpecies ſubalterna habens ſub ſe alias ſpecies. Hanc igitur ſpeciem de qua loquendum eſt tripliciter deſcribit. Primo ſic. Species eſt quæ ponitur ſub aſsignato genere: & ꝓbatur. Omne inferius ponitur ſub ſuo ſuperiori, ſed ſpecies eſt inferior genere, quum ſit eius pars ſubiectiua. ergo ponitur ſub genere: maior & minor de ſe ſatis clarent. Notãter dixit ſub genere aſsignato, ideſt determinato, quia non quælibet ſpecies ponitur ſub quolibet genere. Albedo enim non eſt ſub animali, ſed ſub eo quod per eius differentiam in ſpecies diuiditur.

Contra argui ſolet primo, indiuiduũ continetur ſub genere, ergo iſta diffinitio non conuenit ſoli ſpeciei. Et per conſequens poſita eſt inconuenienter. Secundo magis commune non continetur ſub minus communi, ſed ſpecies eſt communior genere: ergo ſub eo non continetur. maior nota, minor probatur. plures ſunt ſpecies quàm genera, ergo ſpecies eſt communior genere: antecedens patet, conſequentia probatur: quia illud eſt magis cõmune, quod de pluribus prædicatur. Tertio in diffinitione generis ponitur ſpecies: ergo in diffinitione ſpeciei non debet poni genus, alioquin idem eſſet notius & ignotius reſpectu eiuſdem.

Reſpondeo ad primum, quòd iſta deſcriptio ſic eſt intelligenda. ſpecies eſt uniuerſale quod ponitur ſub aſsignato genere, indiuiduum autem licet ſit ſub genere, non tamen eſt ſub eo tanquam vniuerſale. Et ſimiliter ſpecies eſt ſub genere, ut quid communicabile multis: indiuiduum vero ut in communicabile, & propter hoc iſta deſcriptio non conuenit indiuiduis. Ad ſecundum dico quòd ſpecies accipitur dupliciter, vno modo pro intentione, alio modo pro re ſubiecta intentioni. Intentio ſpeciei eſt communior intẽtione generis, quia pluribus naturis applicari poteſt: ipſa vero res quæ eſt ſpecies non eſt cõmunior natura generica, ſed ecõtrario: quia de quocunque prædicatur natura ſpecifica, prædicatur etiam natura generica: ſed non econtra: quando dicimus quòd ſpecies eſt ſub genere non loquimur de intentionibus, ſed de rebus ipſis. ad argumentum negatur minor, quum probationes procedant de intentione ſpeciei, & non de re quæ eſt ſpecies.

Ad tertium reſpondet auctor in textu, quòd cum genus & ſpecies ſint correlatiua, neceſſe eſt in utrorumque rationibus utriſque rationibus vti. Ex quo videtur innuere, quòd unum relatiuum debet per aliud diffiniri. Burleus vult ꝙ nullo modo unum relatiuum per aliud diffiniatur, ſiue diffinitione quid rei, ſiue diffinitione quid nominis, quia ꝙ ponitur in diffinitione eſt notius diffinito: ſed unum relatiuum non eſt notius altero, quum relatiua ſint ſimul natura & intellectu: ergo, &c. Ego tamen arbitror Burleum non aduerſari. Por. ſed eorum utrumque verum dixiſſe. Ad aliquid enim ſunt quę ſecundum id totum quod ſunt ad aliud dicuntur. vt habet Phil. in prædicamentis. Quum igitur tota rõ relatiui conſiſtat in dependentia ad correlatiuum, impoſsibile eſt unum relatiuum intelligi ſine correlatiuo: & ideo in diffinitione relatiui ponitur correlatiuum non tamquam aliquid eo notius, vt optime inquit Burleus, ſed tanquam id ſine quo intelligi non poteſt.

Secunda deſcriptio ſpeciei hæc eſt, ſpecies eſt, de qua genus in eo, ꝙ quid prædicatur

prædicatur, ista diffinitio patet ex diffinitione generis posita in cap. præcedenti vbi dictum fuit, quòd genus prædicatur de pluribus speciebus in eo, quod quid. Contra, ista diffinitio conuenit etiam indiuiduis: nam indiuiduum est de quo prædicatur genus in quid. Respondeo, quòd diffinitio sic est glosan. species est de qua prædicatur genus immediatè, & hoc modo nō cōuenit indiuiduis; quia de eis non prædicatur immediatè, sed tantum mediante specie.

Tertia descriptio est ista species est, s. vniuersale, quod prædicatur de pluribus differentibus numero in eo, quòd quid. Deinde quum dicit (sed hæc quidem) ponit differentiam inter hanc tertiam descriptionem & duas præcedentes, quia illæ conueniunt non solū speciebus specialissimis, sed etiam sub alternis, ista vero conuenit tantum specialissimis.

Contra prædicari de differētibus numero conuenit etiam speciei subalternæ. Nam animal est species subalterna, & prædicatur in quid de sorte & Platone: ergo non bene dictū est, quòd ista diffinitio conueniat tantum speciei specialissimæ. Respondeo dupliciter, quòd licet species subalterna prædicetur mediatè de differentibus numero, non tñ immediatè, sed hoc conuenit tantum speciei specialissimæ. Dico secūdo quòd ista diffinitio intelligitur cum exclusione, & est sensus, quòd species specialissima prædicatur de differentibus numero solum.

Contra, hoc conuenit etiam speciei subalternæ, animal enim prædicatur de sorte & Platone, qui differunt solum numero. Respondeo quòd ly solum in illa propositione potest duo determinare, aut enim determinat ly differentib. vt sit sensus, species specialissima prædicatur de differentibus solum numero, & sic non intelligitur hic: aut determinat ly prædicatur vt sit sensus, quod species specialissima prædicatur solum de differentibus numero, & sic non cōuenit speciei subalternæ, quæ non solū de differentibus numero, sed etiam de differentibus specie prædicatur.

Secundo arguitur sic, quicquid prædicatur de altero in quid, dicit totum illud de quo prædicatur, alioquin non diceret totam eius quidditatem, & sic nō prædicaretur quidditatiuè, sed species non dicit totum indiuiduum, ergo non prædicatur in quid de indiuiduis. minor probatur: species non dicit principia quibus indiuiduum indiuiduatur: ergo non dicit totum indiuiduum. Consequentia patet, quia talia principia sunt aliquid ipsius indiuidui; antecedens pbatur: species dicit solam naturam cōmunem puta homo significat tantum animal rationale: ergo non significat ipsa principia, quæ non sunt natura communis, immo incomunicabilia. Respondeo, negatur minor, ad probationē negatur antecedens, ad cuius euidentiam est sciendum, quòd sortes homo & humanitas idem significant, licet diuersimode: ut declarat, scilicet doc. in tractatu de esse, & essentia. Humanitas enim quia significat abstractiuè, significat tm̃ id quo homo est homo, & non aliud, qa abstractum est, id quo solo, & quo toto aliquid est tale quale denominatur per concretum, homo autem non solum humanitatem significat, sed etiam principia indiuiduantia, implicitè tamen, & non explicitè; quia non significat illa determinatè; sed quia significat naturā humanam in concreto, siue ut est in supposito, non exprimens hoc autem illud suppositum, ideo implicitè, & indeterminatè significat principia indiuiduantia, suppositū vero significat explicitè, & naturam, & principia indiuiduantia, sufficit ergo quòd species implicitè significet tantum indiuiduū ad hoc, quòd de ipso quiditatiuè prædicetur.

Tertio arguitur sic idem est prædicari de differentibus numero quod prædicari de indiuiduis, sed in diffinitione speciei non possunt poni indiuidua; ergo neque hoc quod est prædicari de differentibus numero, maior patet, minor probatur. Si indiuiduum ponitur in diffi-

in diffinitione ſpeciei aut ponitur vt genus, aut vt differentia, aut vt ſubiectum, aut vt correlatiuum. Non primum, quia indiuiduum non eſt genus ſpeciei quū nõ ſit ſuperius ad eam. Non ſecundum, quia ſpeciei ſpecialiſsimę non ſunt differentiæ. Non tertium, quia ſpecies nõ eſt in ĩdiuiduo ſicut accidẽs in ſubiecto. Non quartũ, quia vnius relatiui eſt tantum vnum correlatiuum eiuſdem rationis, ſed correlatiuum ſpeciei eſt genus. ergo indiuiduum non eſt eius. Reſpondeo quod ponitur in eius diffinitione tãquam correlatiuum. Ad improbationem dico, ꝙ vnum poteſt pluribus relationibus referri ad diuerſos terminos: & ſic eſt in propoſito. Nam ſpecies quãtum ad relationem inferioritatis habet pro ſuo termino genus, quantũ vero ad relationẽ ſuperioritatis refertur ad indiuiduum. Et propter hoc etiã aſsignantur ſpeciei plures deſcriptiones. Species enim eſt inferior genere, omne autem inferius continetur ſub ſuo ſuperiori: & recipit eius prædicationem. Prima ergo diffinitio conuenit ſpeciei per comparationem quam habet ad genus, vt contenti continens. Secunda vero inquantũ recipit eius prædicationem, & tertia ꝑ comparationẽ ad indiuidua de quibus ipſa ſpecies prædicatur.

Expoſitio ampla trium diffinitionũ ſpeciei cum ſuis quæſtionibus permiſtis, et una an genus neceſſario plures habet ſpecies.

PLANVM autem erit] in iſta parte declarat Porphy. prædictas diffinitiones ſpeciei, & primo primam. Secundo alias duas, ibi. (Aſsignato autem genere.) Circa primum intendit hanc rationem. Omne inferius continetur ſub ſuo ſuperiori: Sed ſpẽs eſt inferior genere, ergo ſub gñe cõtinetur: Sed q̃a vbi eſt relatio ſuperioritatis, & inferioritatis ibi eſt ordo: ꝓpterea cõſequẽter declarat ordinem ꝓdicamentalẽ dicens, ꝙ in omni prædicamento eſt quoddam generaliſsimum & aliqua ſpecialiſsima, ſupra genus generaliſsimum non eſt aliud genus, & infra ſpeciem ſpecialiſsimam non eſt alia ſpecies: ſed inter generaliſſimum & ſpecies ſpecialiſsimas ſunt aliqua media, quæ ut comparantur ad genus generaliſsimum ſunt ſpecies, & vt comparantur ad ſpecies ſpecialiſsimas ſunt genera, & exemplificat de prædictis. Nam ſubſtantia eſt genus generaliſſimum, & homo eſt ſpecies ſpecialiſsima, & horum inter media ſunt animal, corpus, & viuens.

Dubitatur primo quare quum dixerit in vno quoq; prædicamẽto eſſe vnũ generaliſsimum, dixit poſtea eſſe plura ſpecialiſsima, & non ſolum vnum. Reſpondetur primo quòd impoſsibile eſt in vno quoque prædicamento eſſe plura generaliſsima: ſed ibi eſt tm̃ vnũ q̃d eſt principiũ totius illius coordinationis. Vbi enim ſunt duo generaliſsima, ſunt etiam duę coordinationes, & duo prædicamenta. Species vero ſpecialiſsimę non ſunt principium coordinationis, ſed ſub ea continentur, & ideo poſſunt eẽ plures, quia nõ repugnat aliqua plura, quorũ vnũ ſub alio non continetur, contineri ſub aliquo tertio. Dico ſecundo, quòd etiam loquitur de generaliſsimo in plurali: ait enim ſic. In uno quoque prædicamento ſunt quædã generaliſsima, quòd quidem nõ eſt exponendum diſtributiuè, ſed collectiuè, & eſt ſenſus quod in vno quoque, ideſt in omnibus ſimul ſumptis ſunt quædam generaliſsima.

Dubitatur ſecundo quare ſicut ſpecies ſubalterna diuiditur in plures ſpecies, nõ ſic etiam diuiditur ſpecies ſpecialiſſima. Reſpondeo, quòd diuiſio alicuius in ſpecies eſt diuiſio formalis: q̃a diuiſio generis fit per differentias formales, quæ conſtituunt ſpeciem, & eam ab alijs formaliter, & ſpecificè diſtinguunt. Diuiſio autem ſpeciei ſpecialiſſimę non eſt per differentias formales, ſed per materiam: quia principium diſtinctiuum

ſtinctiuum duorũ indiuiduorum in eadem ſpecie non eſt aliqua differẽtia ſpecifica: & ideo ſpecies ſpecialisſima non poteſt diuidi in alias ſpecies, quia non habet differentias diuiſiuas.

Deinde quum dicit (quare hæc quidẽ) infert ex dictis quoddam corrolarium dicens, ꝙ generalisſimum habet tãtum vnam habitudinem ad inferiora, & ſpecialiſsimum habet tantum vnam ad ſuperiora. Intermedia vero habet duas, vnam, ſcilicet ad ſuperiora, & aliam ad inferiora.

Contra hoc, quòd continet & continetur habet duas habitudines, vnam ad continens, aliam verò ad contentum; ſed ſpecies ſpecialisſima continetur a genere, & continet indiuidua, igitur habet duas habitudines. Reſpondeo primo, quòd ſpecies, vt ſpecies refertur tantum ad genus, cuius ratio eſt: quare ſpecies dicitur à ſpecificando: eſt autem ſpecificatiua ſolius generis, & ideo dicitur tantum ad genus: & ſic loquitur in hoc loco. Porphyr. licet ſpecies per relationem ſuperioritatis dicatur ad indiuidua. Vel dici poteſt, quòd Porphy. non intendit dicere, quòd ſpecies non dicatur ad indiuidua: ſed ſolum vult dicere, quòd ſpecies ſpecialisſima non eſt genus ſuorum inferiorum, ſicut ſpecies ſubalterna: quę vt cõparatur ad ſua ſuperiora eſt ſpecies, & vt comparatur ad ſua inferiora eſt genus. Species autẽ ſpecialisſima habet ſemper tantum vnam habitudinem, ſcilicet habitudinem ſpeciei, quam habet in ordine ad genus.

Deinde quum dicit (determinant ergo) declarat quid ſit generalisſimum: & quid ſit ſpecies ſpecialisſima. Dicens, quòd ſpecies ſpecialiſsima eſt, quæ quũ ſit ſpecies non poteſt eſſe genus, nec poteſt diuidi in alias ſpecies: vt ſupra declaratum fuit. Generalisſimum vero eſt, quod quum ſit genus non poteſt eſſe ſpecies. Item generalisſimum eſt ſupra, quod non eſt aliud genus: & declaratur exemplo: nam iuppiter eſt vltimum ad quod relatiuè dicitur Agamemnon, Atrides, & Pelopides.

Deinde quum dicit (ſed in familijs) ponit differentiam inter hoc exemplũ, & ipſum generalisſimum, quia omnes qui ſunt in aliqua familia reducuntur ad vnum primum principium: generaliſſima vero non reducuntur ad aliquid, quod ſit eorum principium. Nam ſi eſſet aliquod commune genus omniũ, maximè eſſet ens: ſed ens non eſt genus: ergo &c. patet maior, ſed minor probatur. nullum genus prædicatur æquiuoce: ſed ens prædicatur æquiuocè: ergo non eſt genus. Vtrum autem ens dicatur æquiuocè, vel vniuocè: alterius negocij eſt.

Sciendum tamen, ꝙ ens non eſt purè æquiuocum, alioquin in primis principijs per ſe notis eſſet æquiuocatio, quia in eis ponitur ens, ſiue eſſe, vel non eſſe. Et per conſequens ſi poneretur in argumentatione committeretur fallacia æquiuocationis. Non etiam prædicatur omnino vniuocè, quia omne commune vniuocum contrahitur ad ſua inferiora per aliquid, quòd eſt extra rationem illius ſuperioris, ſicut animal contrahitur ad hominem per rationale, de cuius ratione non eſt animal, ſed nihil eſt de cuius ratione non ſit ens, ergo non eſt vniuocum, ſed dicendum eſt, quòd prædicatur analogicè, i. per prius de vno quàm de alio, per prius de ſubſtantia, & per poſterius de accidente.

Deinde quum dicit (decem quidem ſunt) ponit differentiam inter generaliſsima, & ſpecialiſsima & indiuidua. Dicens, quòd generalisſima ſunt tãtum decem, ſpecialisſima vero ſunt in quodam numero finito, non tamen nobis noto, quia non cognoſcimus omnes ſpecies rerum. indiuidua vero ſunt infinita ſecundum Philoſophos ſucceſsiuè. Quia cum ipſi dicant mundum fuiſſe æternũ, dicunt etiam generationẽ fuiſſe ab æterno, & fuiſſe ante nos infinitos homines non quidem ſimul, ſed per ſucceſsionẽ.

Deinde quum dicit (quapropter) infert ex dictis duo corrolaria; ſecundum eſt ibi (deſcendentibus igitur:) Dicit itaq; primo, ꝙ deſcẽdẽdo per diuiſionẽ

a generalissimo ad speciē specialissimā quiescendum est in ea nec est procedendum ad indiuidua. Probatur hoc corrolarium tali ratione. ad ea non est procedendum in quibus reperitur infinitas, quia non contingit infinitum pertransire: sed indiuidua sunt infinita, ut dictum est, ergo &c. Ex hoc sequitur ꝙ indiuiduorū non est scientia, probatur sic. De infinito non est scientia, sed indiuidua sunt infinita, ergo de ipsis non est scīa.

Deinde quum dicit (descendentibus igitur) ponit aliud corrolarium dicens ꝙ descensus a generalissimo ad specialissima fit per diuisionem, scilicet generis per differentias. uerbi gratia. sic descenditur a substātia ad hominem. Substātiarū alia corporea, alia incorporea. Corporearum alia est uiuens, alia non uiuens. Viuentium alia sensitiua, alia non sensitiua, sensitiuarum alia rōnalis, alia irrationalis. Substantia corporea uiuens sensitiua rationalis est homo. Ascensus uero a specialissimis ad generalissima fit colligendo omnia genera superiora & omnes eorum differentias. Quare in specie specialissima sunt omnes differentiæ superiorum generum. Homo enim & est rationalis & sensitiuus & uiuens & corporeus. Quum igitur singularia & minus communia sint diuisiua magis communis: & magis cōmune contineat minus communia quæ in ipso uniuntur, nam plures homines sunt unus homo, participatione speciei: sequitur ꝙ a magis communi ad minus commune proceditur diuidendo, & a minus communi ad magis commune proceditur colligendo.

Videtur esse falsum ꝙ superius plura contineat quam inferius, puta genus q̃ species: quia id quod se habet ex additione ad aliud cōtinet ipsum, & aliquid plus, sed inferius se habet ex additione ad superius: homo enim addit rationale ad animal, ergo inferius plura continet quam superius. Respondeo duplex est continentia una potentialis, alia uero actualis, superius plura continet potentialiter quam inferius. Animal enim non solum continet hominem, sed etiam alias species animalis, homo autem continet tantum indiuidua naturæ humanæ. Dicitur uero ista continentia potentialis, non ad hunc sensum ꝙ istæ species contentæ sub genere sint tantum in potentia, sed dicuntur contineri potentialiter a genere, quia non sunt de ratione eius, quum nullum posterius sit de ratione prioris. Si uero loquamur de continentia actuali, sic dico ꝙ species plura continet. Nam quicquid est de ratione animalis, est ét de ratione hominis & aliquid plus, quia de ratione hominis est rationale, quod tamē non est de ratione animalis. alioquin omne animal esset rationale.

Videtur secundo esse falsum ꝙ plures homines sint unus homo participationem speciei, quia quæcunque sunt unū participatione speciei, sunt unum realiter, sed plures homines non sunt unus homo realiter, ergo &c. maior patet, quia natura specifica est ens reale, minor probatur. Quæcunque sunt unum realiter aliquam habent numero naturam, sed plures homines non habent eādem naturā numero. ergo &c. Rn̄deo ꝙ vnū dr̄ quatuor modis, ut dicit philosophus tertio metaphysicę. s. unū numero, vnū spē, vnum gn̄e, & vnū analogia. unitas numeralis est vnitas realis, & est unitas simpliciter. Aliæ uero unitates sunt unitates rōnis & ſm quid. natura enim specifica est realiter plures, & est realiter distincta in indiuiduis, sed efficitur una per apprehensionem intellectus abstrahentis eam a principiis indiuiduantibus. Ad argumentum ergo negatur maior, ad probationem negatur consequentia, quia licet natura specifica sit ens reale, eius tamen unitas non est realis, sed secundum rationem tantum.

Deinde quum dicit (assignato autem genere) quia aliquam mentionem fecit Porphyrius de ordine prædicamentali, in quo ponūtur superiora & inferiora, declarat quō se hēant superiora & inferiora quantū ad prædicationē, & quia ponit aliqua dr̄ia in hoc inter uniuersalia &

lia & indiuidua; ideo declarat secundo, quid sit indiuiduum. tertio infert quoddam corrolarium. Dicit igitur declarato quid est genus & quid est species, & dicto quòd genus est vnum, species autem plures, videndum est quomodo se habeant ad prædicationem.

QVAESTIO,

An genus habet necessario plures species.

Dubitatur an habeat ueritatem quòd genus necessario habeat plures species. Ad hoc respondeo ex sententia S. Doct. primo sententiarum dist. 19. quæstione quarta articulo secundo, ꝙ omne genus necessario habet plures species in actu, species autem necessario habet plura indiuidua vel in actu, vel in potentia, vel aptitudine. ꝙ tam species quam genus necessario habeat plura sic probat. Omne vniuersale necessario continet sub se plura, quum sit de multis tanquam inferioribus prædicabile. Sed genus & species sunt quædam vniuersalia, ergo continent plura sub se. Quod autem genus contineat actu plures species, sic declaratur. differentia diuisiua generis est constitutiua speciei, nec esse possibile est aliquam differentiam quin per ipsam constituatur species: tot ergo sunt species sub genere, quot sunt differentiæ diuisæ generis: sed cuiuslibet generis sunt plures differentiæ diuisiuæ, quum omne genus diuidatur saltẽ duabus differentijs, vt dicitur. 10. metaphysicæ. ergo sub quolibet genere sunt actu saltem duæ species. Non dico autem eas esse actu. i. actualiter existere in rerum natura, sed quia semper sunt species talis generis: dato enim ꝙ nullum animal esset in rerum natura, adhuc homo & asinus esset species animalis. Species autem non habet necessario plura indiuidua actu, quia diuiditur in indiuidua per materiam: possibile autem est totã materiã capacẽ alicuius formæ actuari p eã, vt patet de materia solis: & tũc in tali spẽ erit tm̃ vnũ indiuiduũ, sunt tñ semper plura indiuidua in potẽtia, quia possibile est ꝙ Deus creet vnũ aliũ solem: aliquæ uero species continent plura indiuidua, non quidem actu neque potentia, sed tantum aptitudinẽ: sicut sunt species angelorum, in quibus non possunt esse plura indiuidua eiusdem speciei, quia indiuidua in eadem specie non distinguntur nisi per materiam. in angelis autem non est materia. Sunt tñ plura indiuidua aptitudine, quia quælibet forma de se est apta nata de pluribus cõicari, licet contingat ꝙ cõicari non possit, quia tota eius perfectio continetur in unò indiuiduo. Ex quo patet ꝙ potentia & aptitudo differunt. Nã aptitudo dicit solũ nõ repugnãtiã, si. n. aliquis homo sit cęcus a natiuitate, ipse nõ habet potẽtiã vt videat, est tñ aptus natus videre alioquin nõ esset priuatus visu, quũ priuatio nõ sit nisi negatio in subiecto apto nato. Dñæ ẽt diuisiuæ generis p se non sunt genera. ea uero quibus diuiditur species in indiuidua non per se conueniunt spẽi. Prima conclusio quã ponit in prima parte est ista. Omnia superiora pręducãtur de suis inferioribus, hãc ꝓbat auctor inductiue. Rõne aũt probatur sic, quicquid sigñat essentiã alicuius prædicatur de ipso in recto, sed superiora sigñant essentiã inferiorem, ergo de ipsis ẽt in recto prædicatur. & ex hoc concluditur secunda diffinitio speciei, quæ erat quod species est de qua genus in quid pręducatur, si. n. oẽ superius prædicatur in quid de inferiori, ergo genus prædicatur in quid de specie, quia est superius ad eã. Scđa cõclusio inferiora nõ ꝑdicãtur de superioribus. Sciẽdũ est ꝙ duplex est prædicatio, una est directa, alia uero indirecta. Porphy. loquitur de directa prædicatione, quia de indirecta constat inferiora dici de superioribus. Arguitur ergo sic pro cõclusione oĩs ꝑdicatio directa aut est ęqualis de æquali, aut maioris de minori. sed nullum inferius est æquale, aut maius suo superiore. ergo &c. minor probatur, Id quod ab alio exceditur nõ est æquale, nec maius eo, sed omne inferius

ferius exceditur a ſuperiori.ergo. Et ſuperius non tantum prædicatur de illo inferiori, ſed etiam de aliis, ſicut patet quòd animal non tantum dicitur de homine, ſed etiam de equo. Ex hoc ſequitur quòd prædicatio generis de ſpecie eſt prædicatio maioris de minori, quia genus ſe habet in plus quam quælibet ſuarum ſpecierum, ut dicit S. Doc. in tractatu de natura generis ca. 4. in fine ubi ſic ait, eſſe in æquo cum homine, uel eſſe in plus non conuenit ſecundum ſe animali predicato de homine, ſed utrunque pōt ei accidere. ſi enim quum dicitur homo eſt animal conſideretur natura animalis abſoluta, ſic non erit in plus animal quam homo, ſed in æquo ſe habet: & multiplicatis hominibus multiplicantur animalia, & quum homo eſt animal, nihil reale eſt in prædicato, quod non ſit in ſubiecto. nam animal quod dicitur de homine non eſt aliud quam ipſe homo. ſed quia accidit animali prędicari de homine, ideo dictum eſt, quòd accidit ſibi eſſe æquale cum homine. Quando dicit Sanctus Thomas quòd accidit animali prædicari de homine, non intendit dicere, quòd animal dicatur per accidens de homine, ſed quia animal poteſt eſſe, dato quòd homo non ſit. ideo accidit ei prædicari de homine, quum poſſit prædicari de aliis animalibus, dato quòd de homine non prædicaretur. Si autem conſideratur natura animalis, ut ſubtracta intentioni uniuerſalitatis propter uniformitatem quam accipit ab anima. ſic erit in plus & communis quam ſubiectum de quo dicitur, quia a parte prædicati prædicatur uniformitas illa, non autem a parte ſubiecti. & ſic non plurificatur prædicatum ad multiplicationem ſubiectorum, immo manet vnum de multis prędicatum. Et quia hoc logicum eſt, ideo non conuertitur conſequentia ab animali ad hominem. ab animali in quam quod de homine prædicatur, hæc ille eſt quaſi formaliter. Ex his patet quòd logice loquendo prædicatio generis de ſpecie eſt maioris de minori. Patet etiam quòd unitas quam *dicit uniuerſale*, eſt uniformitas ut ſupra dicebatur. Conſtat autem uniformitatem eſſe relationem, & propter hoc ſupra dicebatur quòd termini quos conſiderat logicus ſignificant reſpectus. dico ſecundo ꝙ etiam phyſice loquendo prædicatio generis de ſpecie puta animalis de homine eſt prædicatio maioris de minori. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum ut dicit. S. doct. in tractatu de eſſe & eſſentia. quòd animal poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundum eſſe quod habet in homine tantum. & ſic eſt æquale homini, & ſic omne animal habens tale eſſe eſt homo & ſecundum eſſe quod habet in aſino eſt æquale in aſino. Alio modo poteſt conſiderari ut abſtrahit ab omni eſſe ſiue in homine, ſiue in aliis, inquantum tamen quodlibet illorum eſſe poteſt ſibi conuenire, & iſto modo eſt prædicatio maioris de minori quam ſi prædicaretur tm̄ ſm̄ eſſe quod habet in homine. Prædicatur. n. hoc modo nō ſolum ſm̄ eſſe quod habet in homine tantum, nec ſecundum eſſe, quod habet in aſino, ſed abſolute.

Expoſitionis reliquum.

DEinde quum dicit, de quibus aūt ſpēs. probat autē diffinitionē ſpēi tali rōne. oē ſuperius prędicatur in quid de inferioribus: ſed ſpēs eſt ſuperior indiuiduis, ergo de eis prædicatur in quid. nō ſolum autem ſpecies ſpecialiſſima dicitur de indiuiduis, ſed etiam genus ſubalternum & genus generaliſſimum, quia iſta ſunt ſuperiora, & ad ſpecies, & ad indiuiduum. ipſum autem indiuiduum prædicatur de uno ſolo.

Cōtra arguitur primo. aliquis homo eſt indiuiduum, & tamen prædicatur de multis. Nam Sortes eſt aliquis homo, & Plato eſt aliquis homo, ergo &c. maior patet, minor eſt probata. Reſpondeo quòd duplex eſt indiuiduum, aliud eſt indiuiduum uagum, ſicut aliquis,

homo quòd quidem dicitur indiuiduũ vagum, quia significat cum quadam euagatione non expremendo determinate hoc, vel illud: & tale indiuiduum de multis prædicatur, non tamen est species vt declarabitur in prædicamentis in capitulo de substantia. Aliud est indiuiduum signatum vt sortes, & tale non potest de multis prædicari, & de isto loquitur auctor, vt patet per exempla quæ ponit.

Contra sortes prædicatur de isto sorte, & de illo, sed ista sunt plura. ergo prædicatur de pluribus, & per consequens non tantum de uno. Respondeo quòd non prædicatur de illis pluribus secundum rem, sed solum quantum ad vocem. Ad cuius euidentiam est sciendum quòd nomen dicitur prædicari de multis quantum ad rem, quum res per nomen significata conuenit multis, sicut quia humanitas conuenit multis, ideo hoc nomen homo significans humanitatem de omnibus hominibus secundum rem prædicatur, quia in omnibus est idem significatum. Hoc nomen sortes & alia nomina indiuiduorum significant naturam & determinata principia quæ eam distingunt, & quia talis natura cum illis principijs in nullo alio reperi potest, ideo tantum de vno secundum rem prædicatur. Ex hoc sequitur quòd hoc nomen sortes, vt dicitur de isto & de illo sorte est nomen æquiuocum, quia dicitur de eis solum secundum nomen, & non secundum vnam & eandem rem significatam.

Secundo arguitur, sortes est indiuidum & Plato est indiuiduum, sed isti sunt plures, ergo indiuiduum de pluribus dicitur. Respondeo ꝙ indiuiduum potest accipi dupliciter. Vno modo formaliter.s. quantum ad ipsam intentionem & relationem significatam per hoc nomen indiuiduum. Et ita dico ꝙ de omnibus illis prædicatur quibus talis ratio tribui põt. Alio modo accipit denominatiue.s. pro re quæ denominatur indiuidua. & sic de vno tantũ prædicatur. illa enim res quæ est sortes non est illa res indiuidua quæ est Plato.

Deinde quum dicit indiuiduum.n.dicitur, declarat exemplariter quid sit indiuiduum dicens, ꝙ indiuiduum est sortes & hoc album, & Sophronisci filius, ex quo innuit ꝙ tripliciter aliquid dicitur indiuiduum significatum, aliquod enim explicite significatur per aliquod nomen vt sortes. Aliquod significatur per pronomen demonstratiuum vt iste. Aliquod significatur circumlocutiue ut dicendo filius sortis, si sortes habeat tantum vnum filium.

Deinde quum dicit (indiuiduum ergo) probat ꝙ ista sint indiuidua tali ratione, illud est indiuiduum quod constat ex proprietatibus quarum collectio in alio esse non potest, sed sortes est huiusmodi. ergo est indiuiduum. minor probatur. Nam figura & alia accidentia sortis, quæ sunt forma, locus, patria, & huiusmodi non sunt in alijs. Ad euidentiam vero minoris est sciendum vt dicit S.doct. prima parte. quæst. 29. articulo quarto in corpore. quòd duo sunt de ratione indiuidui, primum est quòd sit in se indiuisum, quia omne indiuiduum est unum, vnum autem est ens indiuisum. secundum est quòd distinctum sit ab omnibus alijs quæ sunt eiusdem speciei cum eo, si contingat aliquod aliud esse in rerum natura. Istius autem distinctionis principium est quantitas, vnde quantitas est causa distinctionis indiuiduorum. alia vero accidentia puta locus, patria, figura, & huiusmodi sunt signa prædictæ distinctionis.

Deinde quum dicit (continentur igitur) infert ex dictis istud correlarium, indiuidua continentur a specie & species a genere. Quod sic probat omnis pars continetur a suo toto, sed indiuiduum est pars speciei, & species est pars generis, ergo &c. Ex hoc sequitur vlterius, quòd species est totum, & pars per comparationem ad diuersa. est enim pars respectu generis, & est totum respectu indiuiduorum.

Contra arguitur sic, id ex quo aliquid constituitur est pars eius. sed indiuiduum constituitur ex natura specifica, & ex principijs indiuiduantib. ergo species est pars indiuidui, & per consequens indiuiduum. non est pars speciei, alioquin idem esset totum & pars respectu eiusdem, quod est absurdum. Respondeo, quòd non est inconueniens aliquid esse totum & pars respectu eiusdem secundum diuersas considerationes. Sicut enim dicit Sanct. Doct. prima parte, quæst. 81. artic. 3. ad 2. omne inferius est pars subiectiua sui superioris. & omne superius est pars diffinitiua sui inferioris: in diffinitione .n. speciei ponitur genus, vt vna pars, & ponitur differentia, vt alia pars. similiter indiuiduum, vt indiuiduum est, componitur ex natura specifica tãquam ex substantia, & ex principijs indiuiduantibus tanquam ex his, quæ naturam illam determinant.

Vltimo epilogat, ita dictum esse de specie & genere & indiuiduis, sicut declarauimus supra.

Expositio diffinitionum communium differentiæ, cum suis quæstiunculis.

Differentia vero communiter] postquam Porphyrius tractauit de genere & specie, quę prędicãtur in quid, nunc agit da alijs tribus vniuersalibus, quæ prædicatur in quale, & primo de differentia, quæ prædicatur in quale essentiale. Secundo de proprio & acidente, quæ prædicantur in quale accidentale. Circa primum duo principaliter agit.

Primo ponit tres diuisiones differentiæ, vt eliciat eam, quæ est ad propositum suum.

Secundo eam diffinit ibi (quas etiam determinantes.)

Prima diuisio est ista differentiarum aliqua est cõmuniter dicta, aliqua propriè, & aliqua magis propriè. Sufficientia vero huius diuisionis est: quiá omnis differentia facit differre, vel ergo facit differre accidente separabili: & sic est differentia communiter dicta: vel accidente inseparabili, & sic est differentia propriè dicta: vel facit differre specificè: & sic est differentia magis propriè dicta. Accidens separabile est vt albedo. sortes enim albus differt à seipso nigro, & sortes puer differt differentia cõmuniter dicta a seipso sene. Ad huius euidentiam est sciendum, ꝙ differens est relatiuum. Est autem duplex relatio quædam enim est realis: & hæc non potest esse nisi inter extrema actu existentia: vt dicit Sanct. Doct. in quæst. de potentia Dei, artic. vndecimo. Et hoc modo non differt Sortes puer à seipso sene: quia nũquam est simul puer & senex. Alia est relatio rationis: & hæc potest esse inter ens & non ens: sicut inter præteritum & futurum est relatio prioris & posterioris: sicut dicit ibidem. Et hoc modo sortes puer est differens à seipso sene.

Contra prædicta arguitur primo. Nã accidens separabile facit differre specie hominem album ab homine nigro: sed ista differentia non est nisi per albedinem & nigredinem, quæ sunt accidentia separabilia. ergo &c. Secundo arguitur, quòd dicta diuisio sint insufficiens. Differentia communis propria, & magis propria differunt. ergo per aliam differentiam, quæ nulla istarum est. Respondeo ad secundum, sicut dicit philosophus decimo metaphysicæ. 2. Sanct. Doct. in quæstio. 7. de potentia Dei, articu. tertio ad secundum, quòd aliud est dicere aliqua esse diuersa, aliud est dicere ea differre. Nam quæcunque sunt & non sunt, idem sunt diuersa: differens vero est relatiuum. vnde oportet, quòd quęcunque differunt, aliquo modo differant. Dico igitur, quòd differentiæ non differunt, alioquin iretur in infinitum: sed sunt diuersę non per aliquod eis additum, sed seipsis. Ad primum negatur maior: quia albedo, & nigredo non sunt genus, neque spe-

cies ad hominem. Potest etiam dici: ut dicit sanctus Doctor. q.nona de potentia ad xviij. quòd dupliciter potest aliqua differre specie. Vno modo speciei naturæ: sicut homo & asinus differunt, quia habent naturas specifice distinctas, & talis est propriè differentia specifica, nec potest esse de accidente separabili. Alio modo differunt aliqua specie proprietatis: quia.s.habent qualitates specie distinctas, & hoc non est propriè differre differentia specifica, & potest fieri ab accidente separabili.

Contra arguitur sic, congregatiuum & disgregatiuum visus sunt accidentia separabilia a subiecto in quo sunt. sed ista faciunt differre specie naturæ albedinem & nigredinem. ergo accidentia separabilia possunt facere differre speciē naturæ. Respondeo quòd licet prædicta sint separabilia a subiecto, sunt tamen differentiæ magis propriè dictæ & essentiales per comparationem ad ipsam albedinem & nigredinem.

Deinde quum dicit (differentiarum quidem) distinguit tripliciter primas duas differentias a tertia. Primo, quia duæ primæ faciunt tantum alteratum quòd est differre accidentaliter. tertia vero facit aliud, quòd quidem est differre essentialiter. Secundo, quia differentiæ quæ faciunt aliud dicuntur specificæ. aliæ vero non, sed retinent simplex nomen differentiæ, cuius ratio dicetur in suo simili capitulo de proprio. Tertio, quia differentiæ quæ faciunt aliud sunt diuisiuæ generis in species, & ingrediuntur diffinitionem speciei. aliæ vero non, sed secundum eas sunt alterationes, ut cõmutatur aliquid de albedine in nigredinem, albedo enim non est diuisiua animalis in species, nec est de diffinitione hominis, sed homo secundum eam alteratur & transmutatur.

Deinde quum (dicit a superioribus igitur) ponit secundam diuisionem quę talis est, differentiarum aliquæ sunt separabiles, aliquæ uero inseparabiles, differentię separabiles sunt sicut moueri & quiescere, & sanum & ægrum esse. Inseparabiles uero, vt simum & rationale. Ista diuisio est eadem cum præcedenti, sed reducitur ad bimembrem, nam differentia separabilis est differentia communiter dicta, differentia uero inseparabilis est tam illa, quæ propriæ dicitur, quam illa quæ magis propriæ dicitur.

Contra exempla philosophi arguitur sic, moueri est inseparabile a cœlo, ergo non est accidens separabile. Secundo quiescere est inseparabile a terra, ergo idem quod prius. Ad primum dico, quòd dupliciter dicitur aliquid inseparabile, vno modo, quia a nullo in quo sit separari potest, sicut simitas est quæ ab animali non est inseparabilis. Alio modo quia licet respectu alicuius subiecti sit inseparabile, est tamen separabile respectu alterius, & hoc modo moueri est separabile, quia multa quæ mouentur possunt quiescere, eodem modo potest dici ad secundum. Vel dicitur ꝙ licet a tota terra non possit separari quies, potest tamen separari a partibus eius, gleba enim terræ moueri potest.

Deinde quum dicit (inseparabilium) ponit tertiam diuisionem, quæ est quòd differentiarum aliquę sunt per accidens vt nigredo corui, aliquæ vero per se vt rationale, & disciplinæ susceptiuum. Sciendum ꝙ ista diuisio est sub diuisio secundi membri præcedentis diuisionis, ut patet ex textu, quia dicit (inseparabilium) alia per se, alia per accidens. Sciendum secundo quòd licet rationale & disciplinæ susceptiuum per se conueniat homini differenter tamen, nam rationale conuenit homini in primo modo dicendi per se, quum sit de diffinitione hominis, susceptiuum autem disciplinę conuenit ei in secundo modo, quum sit eius propria passio. Sciendum tertio sicut colligitur a sanct. doct. in tertio sententiarum distin. 19. & 4. sent. distin. 44. quòd mortale accipitur dupliciter, uno modo pro natura cui conuenit mori, & sic est diffe-

rentia essentialis hominis : alio modo accipitur pro habilitate ad moriendum, & sic non est differentia essentialis, sed propria eius passio.

Deinde quum dicit. (ille igitur) distinguit dupliciter differentias per se a differentijs per accidens. Primò, quia differentiæ per se faciunt aliud vt supra dictum est, differentiæ vero per accidens faciunt alteratum. Secundo, quia differentiæ per se non suscipiunt magis & minus, differentiæ vero per accidens suscipiunt magis & minus. Quod autem differentiæ per se non suscipiant magis & minus, sic probat. Essentia substantiæ non suscipit magis & minus, ergo nec differentiæ constitutiuæ, quæ sunt idem cum tali essentia suscipiunt magis & minus. Sciendum est, quòd hoc est intelligendum de differentijs substantiarum. Differentiæ enim accidentium aliquorum possunt intendi & remitti. Nam sicut aliquid est magis, vel minus album; ita est magis, vel minus disgregatiuum visum.

Deinde quum dicit (cum igitur tres) resumit ea, quæ dicta sunt supra dicens, quòd differentiæ per se, & inseparabiles & magis propriæ sunt diuisiuæ generis, & constitutiuæ specierum sicut rationale & irrationale diuidunt animal, & constituunt hominem & brutum: & idem dico de differentia animati & inanimati; & de differentia sensibilis & insensibilis. Iste textus construi debet intransitiuè, vt sit sensus de differentia animati, id est, de differentia, quæ est animatum, & de differentia sensibilis, id est de differentia quę est sensibile.

Deinde quum dicit. (Quoniam ergo,) eligit illud membrum, de quo agendum est dicens, quòd prætermissis differentijs separabilibus & differentijs per accidens tractandum est de differentijs per se, quia istæ valent ad diuisionem generum, & ad diffinitiones specierum.

Expositio quinq; diffinitionum differentię Logicæ, cum suis questiunculis, & vna de differentia speciei subalternæ, & specialis.

QVas etiam (determinantes dicunt.) Postquam Porphyrius diuisit differentiam, ut eam eliceret quæ est ad propositum suum, & quæ sola est vnum de quinque uniuersalibus, eam diffinit, & circa hoc facit quinque secundum quòd ponit quinque diffinitiones. Prima est ibi, (differentia.) Secunda ibi (diffiniunt.) Tertia ibi (describunt.) Quarta ibi (assignant etiam.) Quinta ibi. (Interius autem.)

Dicit igitur primo, quòd prima diffinitio differentiæ hæc est. Differentia est qua species abundat a genere. Probatur autem sic eo abundat species a genere, quod species habet & non genus, sed species habet differentiam quam genus non habet, ergo differentia est id quo species abundat a genere, maior patet, minor probatur. Et primo quòd species habeat differentiam, unumquodque habet id quòd est de ratione eius, sed differentia est de ratione speciei. ergo &c. quòd uero non habeat differentias probatur, si genus haberet differentias, aut haberet tantum unam, aut duas, non tantum unam, quia non est maior ratio de una quam de alia, non duas, quia opposita non possunt inesse eidem, sed differentiæ sunt oppositæ, ergo &c.

Contra arguitur sic. illud est abundantius, quod plura continet, sed genus continet plura quam species, ergo est abundantius. maior nota, minor probatur ex dictis supra, & ex his quæ dicuntur in prædicamentis, ubi ait philosophus ꝙ maior in genere q̃ in spé terminatio sit, & dictum est supra; quòd genus est collectiuum plurium quam species. Respondeo sicut dicit Sanct. doct. in. 11. metaphysicæ, aliquid continere plura quam aliud contingit dupliciter, uno

vno modo in actu, & ſic ſpecies plura continet quam genus, quia habet differentiam quæ non eſt de ratione generis, ſed eſt de ratione ſpeciei: alio mō in potentia, & ſic genus continet plura.

Deinde quum dicit (nam unde habebit) reſpondit cuidam tacitæ obiectioni: poſſet enim aliquis dubitare ſi ſpecies habet differentiam: aut habet eam a ſe: aut a genere: aut a nullo, non a ſe, quia qua ratione haberet unam, habet & aliam, & ſic haberet oppoſita: non a genere, quia genus non habet differentias, non a nullo, quia ex nihilo nihil fit.

Deinde quum dicit (ſed quemadmodum probant.) Reſpondet dicens, quòd ſpecies habet differentias a genere, ad improbationem dicitur: ꝙ licet genus non habeat differentias in actu: habet tamen in potentia: nec eſt inconueniẽs, quod oppoſita ſint in potẽtia in eadem natura, albedo & nigredo ſunt potentia in ſuperficie. Dicitur autem genus non habere differentias actu: quia differentia non eſt de ratione generis, alioquin ipſa differentia diſponeretur in diffinitione ſpeciei, ſcilicet ſemel quidem explicite, & poſtea etiã implicite. Nam ſi rationale eſt de ratione animalis, dũ dico ꝙ homo eſt animal, dico etiam, ꝙ eſt rationalis: & per conſequens ſuperflueret poſtea dicere rationale. Item ſi rationale eſt de ratione animalis: tunc omne animal eſſet rationale: & ſi irrationale eſſet de ratione animalis, ſequitur ꝙ omne animal ſit irrationale, quia quicquid eſt de ratione animalis, conuenit omni animali.

Dicitur tamen genus continere differentias potentialiter, ideſt indeterminate. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum ſicut dicit ſan. doc. in tractatu de eſſe & eſſentia, ꝙ genus, ſpecies, & differentia eandem penitus naturam ſignificãt, ſed alio & alio modo genus enim ſignificat per modum confuſi & determinabilis: differentia uero per modum determinãtis: ſpecies autem per modum determinati: & quia determinabile eſt in potentia ut determineť, & actus eſt quid determinans, ideo dicitur, ꝙ genus ſe habet vt materiale & potentiale. Differentia, uero vt actus. Continet ergo genus differentias in potentia: quia ſignificat indeterminate, id quod determinate differentia ſignificat.

Deinde quũ dicit (diffiniunt autẽ, ponit ſecundũ diffinitionem differentiæ dicens: ꝙ Philoſophi alio modo diffiniũt ſic differentias. Differentia eſt quæ de pluribus differẽtibus ſpecie in eo quod quale p̃dicatur. Alias partes habet quaſi manifeſtas: ſed ultimã probat tali ratione. Illud prædicatur in quale, per quod reſpondetur ad interrogationem factã per quale: ſed interrogãtibus qualis eſt homo reſpondemus, ꝙ eſt rationalis, ergo, &c. Ad huius euidentiã eſt ſciendũ, ꝙ illi conuenit prędicari in quale quod ſignificatur per modum qualis: differentiã autem ſignatur ut quædam qualitas, non quidem accipiendo qualitatem vt eſt genus generaliſsimum, ſed eo modo quo dicit Philo. quinto Metaphyſicæ, quòd omnis forma ſubſtantialis dicitur vno modo qualitas. Propriũ enim qualitatis eſt qualificare ac modificare: & quia differentia modificat genus, ſcilicet ipſum contrahit & limitat & determinat, ideo dicitur qualitatis modum habere, & in quale prædicari.

Deinde quũ dicit (rebus enim.) Nũc probat quoddam dictum: dixerat enim, ꝙ ſi quęritur quid eſt homo conuenienter, reſpondetur, ꝙ eſt animal: & ſi quęritur qualis eſt homo, reſpondetur, ꝙ eſt rationalis: videretur alicui, quòd homo componeretur ex animali & rationali: dicitur ut ratio probat hoc eſſe concedenda. Sicut enim ſe habet in naturalibus & in artificialibus, ita & in entibus rationis: ſed ſtatua quæ eſt quid artificiatum componitur ex ære tanquã ex materia, & ex figura tanquam ex forma: ergo & ſpecies componitur ex genere tanquam ex pontentiali, & ex differentia tanquã ex forma. Ita, ꝙ iſta nõ ſit compoſitio realis, ſed rationalis tm̃.

Contra quanto aliquid eſt vniuerſalius, tanto eſt formalius: ſed genus eſt vni-

est vniuersalius differentia: ergo est ea formalius. Respondet ad hoc sanct. doc. prima secundæ, quæstione 18. arti. 7. ad secundum, ꝙ differentia inquantum est determinatiua generis est formalior eo: genus autem inquantum est vniuersalius differentia est formalius ea. Nec est inconueniens idem esse formalius & minus formale secundum diuersas considerationes. Dico secundo ꝙ licet genus sit quoddam potentiale, & habeat modum materiæ per comparationẽ ad differentiam: est tamen semper quid formale respectu speciei, quia est principium cognoscendi speciem.

Contra conclusionem arguitur. Ista diffinitio non conuenit differentiæ speciei specialissimæ, cum ipsa non prædicetur de pluribus differentibus specie, ergo non est conuenienter posita: tenet consequentia, quia diffinitio debet conuenire cuilibet contento sub diffinito. Respondeo sicut communiter dicitur ad hoc argumentum: hic non diffinitur differentia in communi, sed tantum differentia speciei subalternæ: & ideo non oportet ꝙ conueniat differentiæ speciei specialissimæ: sicut etiam data est supra aliqua diffinitio speciei quæ conuenit tantum speciebus subalternis. Si tamen velimus dicere, ꝙ conueniat etiam differentię speciei specialissimæ dicendum est, ꝙ duplex est speciei specialissimæ differẽtia. Aliquæ enim sunt veræ differentię quę ipsas species constituunt, & istæ conuertuntur cum eis. Nec de pluribus prædicantur quam species. Aliæ sunt differentię secundum usum, quia enim essentiales & ueras & proprias rerum differentias ignoramus vt dicit San. doc. in 12. Metaphysice, vtimur quibusdam proprietatibus & actionibus ad eas circunloquendum, & istæ se habent in plus quam ipsa species. Nã etiam Philo. dicit, secundo Posteriorũ ꝙ quelibet pars diffinitionis se habet in plus quàm diffinitum, totum autem inæque: & si diceretur, ꝙ Porphyrius loquitur de differentijs circunloquutiuis, & non de essentialibus, quia tales sunt nobis ignotæ. Posset etiam aliter responderi, quia cum in ista descriptione differentiæ ponantur duæ particulę, scilicet prædicari in quale essentiale: & rursus prędicari de differentibus specie: prima istarum est formalis ratio differentiæ: altera uero accidit ei, sed ponitur in ista descriptione ad maiorem declarationem quicquid ergo prędicatur in quale essentiale siue dicatur de differentibus numero, siue de differentibus specie, erit differentia.

QVAESTIO

De differentia prędicabili speciei subalternæ & specialissimæ.

EX prædictis potest responderi ad illam quęstionem, qua quæri solet vtrum sicut genus & species sunt duo prędicabilia, eo ꝙ unum eorum prędicatur de differentibus specie, alterum uero de differentibus tantum numero, licet utrumque prędicatur in quid: sic etiam differentia speciei subalternę sit aliud prædicabile a differentia speciei specialissimæ, quum una prædicetũr de differentibus specie, & altera tantum de differentibus numero, licet utraque prædicetur in quale. Respondeo quòd non est eadem ratio utrobique. Nam formaliter, ratio generis non consistit solũ in hoc quod est prędicari in quid, neque solum in hoc est quod est prędicari solum de differentibus specie, sed utrumque istorum requiritur ad rationem eius formalem, similiter dico de specie: & ideo genus & species sunt distincta uniuersalia, formalis autem & præcisa ratio differentię consistit tantũ in hoc quod est prædicari in quale essentiale, siue dicatur de differentibus numero, siue specie, & ideo ubicunque est illa ratio, ibi est tantum unum uniuersale. Potest etiam aliter dici quod distinctio generis & speciei siue cuiuscunque uniuersalis non attenditur pœnes prędicari de differẽtibus numero, siue de differentibus specie, sed pœnes hoc distinguũtur genus & species, quòd

quòd genus non dicit totam essentiam rei secundum modum significandi; licet dicat totam secundùm rem. Species vero dicit totã essentiam non solum partem. Differentia speciei subalternæ, & differentia speciei specialissimę non se habent, quòd vna dicat, secundum modum significandi, & secundum rationẽ totam essentiam, & alia dicat partem, sed quælibet earum dicit tantam partẽ, & propter hoc non sunt distincta vniuersalia. Assignatur etiam alia distinctio inter differentiam speciei subalternæ, & differẽtiam speciei specialissimę, & inter genus, & speciem, quia species & genus sunt idẽ secũdùm rem, & pter hoc ipsum genus est de formali ratione speciei, quum ponatur in eius diffinitione. differentia autem superior, & inferior puta rationale, & sensibile licet sint idem realiter, tamen differẽtia superior non est de formali ratione differentiæ inferioris, puta sensibile non est de formali ratione rationalis, alioquin sensibile bis poneretur in diffinitione hominis: quod probo: quia enim animal est substantia animata sensibilis, ponendo animal in diffinitione hominis, ponitur etiam sensibile, & per te est etiam de ratione rationalis: ergo ponendo rationale in diffinitione hominis, poneretur iterum etiam sensibile, quod est inconueniens, quum in diffinitionibus non debeat esse nugatio ex. 7. metaphy.

Expositionis reliquum.

DEINDE quum dicit. (Describũt autem) ponit tertiam differentię diffinitionem quæ est talis. Differentia est quod est aptum natũ diuidere quæ sub eodem genere sunt sicut patet, ꝙ rationale, & irrationale diuidunt hominem, & equum qui sunt sub genere animalis.

Contra arguitur sic. Si differentia esset diuisiua eorum quæ sunt sub genere, sequitur quòd respectu eiusdem esset diuisiua, & cõstitutiua, sed hoc est falsum, ergo &c. minor patet, maior probatur. Differentia est constitutiua eorum quæ sunt sub genere, scilicet specierum. Et per te est eorum diuisiua, ergo sequitur quòd sit eius diuisiua cuius est constitutiua. Respondeo; quòd aliquid diuiditur ab altero contingit duobus modis, vno modo potest aliquid diuidi in alia, idest in partes subiectiuas, & hoc modo differentia non diuidit speciem, sed genus. Alio modo diuiditur aliquid ab alio, sicut albedo diuiditur a nigredine, & tali diuisione diuidit vna species ab alia per differentiam suam. Ad argumentum negatur maior, ad probationem dico, ꝙ differentia non est diuisiua speciei in aliud, sed ab alio, neque est inconueniens aliquid esse cõstitutiuum alicuius & eẽ distinctiuũ ipsius ab alio, imo hoc est necesse.

Contra ex hoc sequitur ꝙ quantitas sit differentia: hoc est falsum vt patet, ergo &c. maior probatur. Quantitas diuidit ea quæ sunt sub genere, diuidit .n. sortem a Platone: ergo si illud est differentia, quod diuidit ea quę sunt sub genere, sequitur quòd quãtitati cõueniat ratio differentiæ, per consequens sit differentia. Respondeo: Negatur consequentia, ad probationem dico, ꝙ est duplex distinctio, vna est distinctio numeralis, & ista est per quantitatem. Alia est distinctio specifica, & istam facit differentia, & non quantitas, unde sortes, & Plato non distinguuntur specie, sed tantum numero.

Secundo arguitur. Illud non est diuisum vnius ab alio quod reperitur etiam in eo a quo ipsum diuidit, sed aliqua differentia diuisiua vnius speciei ab alia potest reperiri etiã in illa, a qua ipsum diuidit, ergo, &c. maior nota, minor ꝓbatur. Albedo diuidit cignum a coruo, & tamen non reperitur in coruo, vt dicit Porphyrius in capitulo de accidente. Respondeo sicut dicit S. doct. 12. q. 72. articu. 5. dñiæ sunt in duplici modo. Aliæ enim sunt constitutiuæ specierum, & istę diuidunt species primo & per se, sicut rationale constituit hominem, & diuidit ipsum ab alijs: & de istis negatur

tur minor; cuius ꝓbatio non est ad propositum. Quia albedo non constituit cignũ in specie cigni nec diuidit ipsum primo & per se. Aliæ sunt differentiæ, quæ consequuntur speciem iam constitutam, & de his negatur maior. Albedo autem est talis diffentia respectu cigni, quia posito, quòd aliquid sit in specie cigni sequitur postea, quòd sit album.

Deinde quum dicit (assignant autem) ponit quartam diffinitionem differentiæ dicens, quòd differentia est qua differunt a se singula: hanc vero sic probat, species differunt inter se, ergo vel differunt per genus, vel per differentias: quũ nihil sit in specie nisi genus, & differentia, sed non differunt per genus quũ in eo conueniant: ergo differunt per differentias, sicut verbi gratia: homo & brutum conueniunt in hoc genere animal, sed rationale, & irrationale diuidũt ea, & similiter nos & dij sumus rationales: sed mortale separat nos ab eis.

Contra si differentia est qua differũt a se, singularia, sequitur ꝙ singularia distinguuntur ab inuicem per differẽtias: quia singularia sunt de numero singulorum; sed hoc est falsum, ergo, &c. maior probatur, quæcunq; differunt differẽtijs, differunt specificè: sed singularia non differunt specificè: vt patet de sorte, & Platone ergo, &c. Respõdeo ꝙ singularia differri ab inuicem per differentias cõtingit dupliciter. Vno modo inquantũ ly singularia distribuit pro particularibus, & sic non intelligitur hic, Alio modo prout distribuit per speciebus singulorum; & sic accipitur in hoc loco: ut sit sensus, differentia est qua singulariæ species differũt a se, idest inter se, potest tamẽ etiam per singularia accipi indiuidua, vt sic exponatur. Differentia est qua singularia particularia differunt a se inuicem non quocunque modo, sed secundùm speciem, non ita quòd omnia singularia differãt specie, sed qa quæcunque differunt specie habent talẽ differentiam specificam ab ipsa differentia, quòd enim sortes distinguatur specie a Brunello habet, quia est rationalis.

Secundo arguitur, homo non distinguitur per rationale, quæ est eius differentia ab omnibus aliis rebus. Respondeo sicut dicit S.doc. in 10.q. de potentia Dei articu. quarto, dupliciter potest aliquid distingui ab alio. Vno modo tanquam ab opposito: & sic rationale diuidit hominem solum a bruto: in quo est irrationale, quæ est differentia opposita rationali: & per animatum distinguitur ab inanimato, puta a lapide: & ꝑ sensitiuum distinguitur ab incorporeo. Alio modo potest vnũ distingui ab alio non tanquam ab opposito, sed per habere, & non habere: & sic homo per rationale distinguitur ab omnibus quæ rationalitatem non habent: quum dicitur quòd differẽtia est qua differunt singularia intelligi potest vtroque modo, nam quòd una res distinguatur ab alia sicut ab opposito habet a differentia: & similiter quòd distinguatur per habere & non habere.

Deinde quum dicit (interius autem) ponit quintam diffinitionem differentiæ dicens, quòd Philosophus subtilius considerantes cognouerunt, quòd non omne diuisiuum generis est differentia: quod patet, nam dicimus, quòd animalium aliquod est aptum natum nauigare, ut homo, & aliquod non: & tamen aptum natum nauigare nõ est differentia constitutiua hominis, quũ nõ sit de essentia eius, sed est eius propria passio differentia vero sic diffinitur. Differentia est, quæ diuidit ea, quæ sunt sub eodẽ genere, & conducit ad esse, & est pars rei, prima particula huius diffinitionis supra declarata est, scilicet, quòd differentia sit diuisiua generis in species, & quòd diuidat vnam speciem ab alia.

Secunda vero declaratur, scilicet, ꝙ conducat ad esse rei. Ad cuius euidentiam est sciendũ, quòd genus est quoddam potentiale, & confusum habens se per modum materiæ, materia esse non habet ex se, sed a forma, a qua determinatur: sicut ergo forma conducit materiam ad esse, quia ipsam determinat, ita differentia, quæ est generis determinatiua,

tiua & limitatiua ad speciem, conducit ipsum ad esse.

Tertia vero particula, scilicet, ꝙ differentia sit pars rei sic probatur. Id quod est pars diffinitionis est pars speciei rei, quia partes diffinitionis correspondēt partibus rei: sicut dicitur. 7. Metaphycę, sed differentia est pars diffinitionis, ergo est pars rei siue speciei. Sciendum tamen est ꝙ differentia non est secundum rem, sed tantum secundum rationē pars speciei. Nulla enim pars prædicatur in recto de suo toto: hō enim non est manus, nec caput, nec materia, nec anima: differentia autem prædicatur in recto de specie. Nam ista propositio est vera, hō est rationalis quum sit necessaria, & in primo modo dicendi: & ideo differentia non est pars speciei secundū rē, & hæc de differentijs dicta sufficiant.

Expositio de proprio cum duabus quæstionibus, vna an illius definitio conueniat definitioni: altera an proprium quarti modi possit esse accidens alteri.

PRoprium vero] postquā Porphyrius determinauit de vniuersalibus significantibus essentiam rei: nunc agit de proprio & accidente, quæ non prædicātur secundum substantiam: & quia proprium prædicatur conuertibiliter, accidens autē nō, ideo prius tractat de proprio quàm de accidente. Et circa hoc duo principaliter facit. primo diuidit proprium. secundo dicit id de quo agere intendit ibi (hæc autem). Circa primum facit tria. primo proponit diuisionem. secundo eam manifestat ibi. nam & id. Tertio respondet tacitæ quæstioni ibi, nam & si. Dicit igitur primo ꝙ Phi. diuidunt proprium quadrifariam, idest quatuor partib. Deinde quū dicit (nā & id) manifestat partes huius diuisionis.

Ad cuius euidentiam est sciendum, ꝙ ꝓprium proprijssime dictum est quod conuenit soli alicui naturæ & omni contento sub illa natura & semper. Vnde quicquid participat aliquam harum istarum conditionum potest aliquo mō dici propriū. Primo igitur mō dr̄ propriū id quod conuenit alicui soli speciei, licet semper ei non conueniat, nec omni sub ea contento, sic enim grāmaticum est proprium homini, quia ei soli conuenit: non tamen semper homo est grāmaticus, nec oīs hō est grāmaticus. Secundo modo dicitur proprium id quod conuenit omni contento sub aliqua specie, sed non soli illi speciei sicut esse bipedē cōuenit omni homini, non tamen soli, sed aliis multis. Tertio mō propriū est ꝙ conuenit soli & omni, sed nō semper, sicut canescere conuenit homini soli, & omni homini: sed tantū in senectute & non in iuuentute. Quarto modo dr̄ proprium, ꝙ conuenit omni soli & semper, sicut esse risibile est propriū hoīs.

Deinde quum dicit (nam & si) respōdet cuidam quæstioni. Posset enim aliquis dicere, homo non semper ridet: ergo non conuenit ei semper esse risibile. Respondeo ad hoc negando consequentiam, quia ridere dicit actum, & risibile dicit aptitudinem: quamuis igitur homo non semper rideat, est tamen aptus natus ridere.

Contra prędicta arguitur primo, ꝓprium non est vniuersale, ergo non cōuenienter de eo agit Porphyrius tāquā de vniuersali consequentia patet, antecedens probatur: omne vniuersale prædicatur de multis, sed proprium conuenit vni soli, ergo non est vniuersale. Respondeo, ꝙ proprium comparatur. s. ad spēm cum qua cōuertit, & sic hēt rōnē ꝓprij, q̄a soli ei conuenit, i. non alij spēi pōt ēt cōparari ad indiuidua contenta sub specie & sic habet rōnē vniuersalis.

Secūdo proprium dicit aliquid, quia non habet naturam alienam, sicut proprium aurum: quod non habet aliud metallum admixtum, ergo ratio proprii non consistit in hoc quod est conuenire omni soli, & semper. Respondet sanct. doc. primo sententiarum dist. quinta, quæstione prima, artcu:a. ad primum

mum, quod dupliciter dicitur aliquid proprium esse alicui: uno modo ut per proprietatem excludatur omne extraneum a natura subiecti, sicut cum dicimus proprium est hominis esse risibile, id est nulla res alia ab homine est risibilis: & sic loquitur Porphyrius de proprio. Alio modo ut per proprietatem concludatur omne extraneum a natura prædicati sicut quum dicimus, hoc est proprium aurum, id est non habet aliam materiam admixtam: & tale proprium aurum sicut hoc est uerum aurum.

Tertio arguitur proprium non distinguitur ab accidente, ergo non bene ponitur diuisum contra accidens: consequentia patet, antecedens probatur, omne ens aut est substantia, aut accidēs, sed proprium est ens & non est substantia, ergo est accidens. Respondeo sicut dicit san. doc. prima parte q. 77. artic. 1. & quintum. Accidens accipitur dupliciter: uno modo vt distinguitur contra substantiam, & sic concedo ꝙ propriū est accidens: imo inter subiectum & accidens hoc modo acceptum non datur medium, cuius ratio est, quia sicut dicit Phil. primo Posteriorum inter cōtradictoria non datur medium, sed necesse est de uno quoque alterum contradictorium uerificari. Substantia autem & accidens habent rationes cōtradictorias, nam substantia est ens, cui conuenit esse per se, & accidens est ens, cui non cōuenit esse ꝑ se, sed in alio. Et ideo inter substantiā & accidens non datur medium: sed omne ens aut est ens per se, & sic ē substātia: aut est ens in alio, & istud est accidens. Alio modo accipitur accidens ut distinguitur contra per se: & sic inter substantiam & accidens datur medium. Aliquid enim est ꝙ de alio prædicatur, & non est substantia, neque prædicatur per accidens, sed per se, & huiusmodi sunt propriæ passiones quæ distinguntur ab alijs accidentibus quantum ad modum prædicandi: quum ipse prædicetur per se & illa per accidens: ideo ponitur proprium esse unum prædicabile distinctum ab accidente, quia logicus considerat in hoc libro modum prædicandi.

Deinde quum dicit: (hæc autem) eligit mēbrum, de quo principaliter agit dicens, ꝙ proprium quarto modo est illud quod proprie dicitur proprium, & sic diffinitur. Proprium est quod conuenit omni, soli, & semper, & conuersim prædicatur de re: primæ tres particulæ huius diffinitionis declaratæ sunt: quarta declaratur. Dicitur unum conuersim de altero prædicari quando est ei conuertibile, illa uero sunt conuertibilia, quæ ita se habent, ꝙ de quocunq; prædicatur unū prædicatur & reliquū: sicut se habet homo ad risibile, omnis enim homo est risibilis: & omne risibile est homo.

QVAESTIO,

An proprij definitio conueniat definitioni.

Contra arguitur sic ista enim diffinitio conuenit etiam diffinitioni: ergo cōuenit alteri a diffinito: consequentia patet, & antecedens probatur, diffinitio conuenit semper & conuertibiliter diffinito, & soli diffinito, & oī cōtento sub diffinito. Respōdeo, ꝙ ꝓdictæ diffinitioni addenda est ista particula, & non indicat quod quid est esse rei, diffinitio autem declarat quidditatem rei, & ideo non conuenit ei diffinitio proprij. Vel dicendum, quòd etiam diffinitio est proprium, licet etiam habeat hoc nomen diffinitio: non tamen est tale proprium quale hic diffinitur. Ad cuius euidentiā sciendum est ut dicit san. doc. primo sententiarum distinct. 13. quæstione prima artic. 3. ad secundum, ꝙ quando unum nomen est commune aliquibus duobus, quorum unum habet aliquam dignitatem & perfectionem, quam aliud non habet, id ꝙ habet, talem perfectionem sortitur ratione illius aliquod speciale nomen præter nomen commune: aliud uero retinet tm̄ illud cōmune nomen: sicut patet, ꝙ differentia cōis magis propria habent hoc cōmne nomen differen-

differentia: sed differentia magis propria habent hanc perfectionem, quæ est constituere speciem, & ideo dicitur differentia specifica, illa vero retinet tantum hoc commune nomen differentia: ita in proposito diffinitio & proprium habent hoc commune nomen propriũ, sed diffinitio aliquam dignitatem & perfectionem habet, quia est manifestatiua quidditatis rei, quam proprium non notificat, & ideo sortitur hoc speciale nomen diffinitio, proprium vero retinet tantum illud nomen commune.

An proprium possit esse accidens alteri.

Dubitari solet, vtrum id quod est proprium alicui quarto modo posset esse accidens alteri & videtur ꝙ non: quia id quod conuenit vni soli non potest alteri conuenire, sed propriũ quarto modo conuenit soli, ergo non conuenit alicui alteri. In oppositum arguitur: caliditas est propria passio ignis, & tamen conuenit etiam alijs ab igne: ergo &c. Respondeo, circa hoc sunt duę opiniones. Antonius Andreę tenet partem negatiuam propter rationem primo factam, Burleus tenet partem affirmatiuã, & arguit sic, habere tres angulos est proprium trianguli quarto modo: & tamen conuenit etiam figurę per accidẽs, quũ possit ab ea separari: ut patet in figura quadrangulari. Ego autem arbitror utrãque istarum opinionem esse veram, si bene intelligantur: quum enim dicitur quòd proprium non potest alteri cõuenire, hoc verum est loquendo de eo, quod est omnino distinctum ab eo cui est proprium, unde habere tres angulos non potest conuenire alicui penitus distincto ab eo, non sicut superius distinguitur ab inferiori, quæ constat non omnino distingui. Et quum dicitur id quod conuenit alicui soli non conuenit alteri: nego: si talia se habeant sicut superius & inferius. Ad illud quod dicitur de igne, Respondeo quòd caliditas non est propria passio ignis, sed est eius accidens inseparabile, aut si est propria passio, hoc non est verum de caliditate in se, sed de caliditate in summo quæ conuenit soli igni.

Expositio diffinitionum Accidentis, cum suis quæstiunculis.

Accidens est.] Postquam Porphy. tractauit de proprio ꝙ conuertibiliter & per se prędicatur, nunc agit de accidente. Et circa hoc tria facit. Primo ponit vnam diffinitionem accidentis. Secundo diuidit accidens ibi diuiditur. Tertio ponit duas alias ipsius diffinitiones ibi (diffinitur autem.)

Circa primum sic ait. Accidens est, quod adest, & abest præter subiecti corruptionem: potest sic probari. ista conclusio: Prius potest esse sine suo posteriori, quod ad ipsum non sequitur necessario, quia prius non dependet a posteriori, sed subiectum accidentis est prius accidente: cum recipiat ipsum, & omne quod recipit præsupponitur rei quã recipit. Accidens autem non consequitur necessario ad suum subiectum. Dicitur enim accidens quia accidit ei, & cõuenit ei per accidens: quia subiectum potest esse, siue accidẽs insit ei, siue nõ.

Contra istam conclusionem arguitur primo: Ista diffinitio conuenit substantiæ: ergo non est conueniens: consequentia patet: antecedens probatur. Indumentum potest adesse, & abesse a sorte sine eius corruptione, sed indumentum est substantia: ergo &c. Respõdeo primo: ꝙ est differentia inter accidens & accidẽtale: nam accidens dicit rem de natura accidentis, puta quantitatem, qualitatem, & huiusmodi. Accidentale uero dicitur quicquid cõuenit alicui per accidens. Vestis est quoddã accidentale, non tamen est accidens: quia omne accidens inhęret ei cuius est accidens: vestis autem non inhęret sorti. Dico secundo, vt dicit sanctus Doctor tertia parte, quæstione secunda, articulo sexto ad secundum, quòd etiam non omne quod aduenit alicui post esse comple

tum

tum aduenit ei accidẽtaliter. Sed si debet aduenire accidentaliter oportet, ꝙ habeat aliud esse ab esse illius cui aduenit: sicut albedo existens in sorte habet aliud esse ab esse sortis. Et propter hoc corpus non vnietur animę accidentaliter in resurrectione, quia non habebit aliud esse nisi esse ipsius animæ. Dico tertio ad argumentum: ꝙ antecedens negatur ad probationem dico ꝙ in minori deberet addi: ꝙ sortes sit subiectũ vestis. Et hoc negaretur.

Secundo arguitur anima potest adesse, & abesse a suo subiecto scilicet a materia prima præter eius corruptionem: sed anima est substantia: ergo ista diffinitio conuenit substantiæ. Respondet ad hoc sanctus doctor in secundo contra Gentiles cap. 81. ad quartum: ꝙ in illa diffinitione nõ accipiatur per subiectũ omne, quod est receptiuum alterius: sed per subiectum intelligitur ens in actu, compositum ex materia & forma: materia autem prima non est ens in actu, nec est composita: & ideo ipsa non est subiectum.

Tertio arguitur sic communiter ab omnibus mors non potest adesse, & abesse præter subiecti corruptionem, & mors est accidens. ergo non omne accidens potest adesse, & abesse præter corruptionem subiecti. Respondeo: ad hoc argumentum multipliciter responderi solet: sed dicam tãtum duas responsiones, quæ iudicio meo sunt meliores. Prima responsio negat maiorem: q̃a mors est corruptio. subiectum autem corruptionis, & generationis est materia prima, vt dicitur quinto Physicorum. materia autem est in generabilis, & in corruptibilis, vt dicitur in secundo de generatione. vnde mors adest, & abest a materia prima sine eius corruptione, nec sequitur materia est subiectũ corruptionis, ergo ipsa corrumpitur. Secunda responsio est Burlei, quæ est communis, ꝙ ista diffinitio non intelligitur collectiuè, scilicet quòd accidens posit abesse subiecto & adesse subiecto præter eius corruptionem: sed intelligitur sic. Accidens est natura cui non conuenit esse ꝑ se, sed tantum in subiecto a quo quidẽ subiecto pōt abesse sine eius corruptione. ita ꝙ ly sine eius corruptione determinat tantum illam particulam abesse. Sciendum est tamen quòd accidens non consideratur a logico quantum ad naturam suam: sed vt habet rationem vniuersalis. potest autem accidens comparari ad duo, vno modo ad subiectum in quo est: & sic consideratur hic, & attribuitur ei specialis intentio vniuersalis. Alio modo per comparationem ad inferiora: & sic habet rationem generis, vel speciei, color enim est genus respectu albedinis, uel nigredinis: & albedo est species respectu huius, vel illius albedinis.

Deinde quum dicit (diuiditur autem) diuidit accidens: quia accidentium aliqua sunt separabilia: vt moueri ab homine: aliqua sunt inseparabilia, vt nigredo a coruo. Ad huius euidentiam est sciẽdum, vt inquit. S. D. in quæstionibus de anima articulo 12. ar. 7. quòd aliqua accidentia emanant a principijs essentialibus speciei; & ista sunt accidentia propria, siue proprię passiones, & consequuntur totam speciem. Alia sunt quæ causatur a principijs indiuidui: & hæc sunt in duplici differentia. *Aliqua enim* habent causam trãsmutabilem in subiecto sicut albedo in homine: & hęc sunt accidentia separabilia. Alia sunt quę habent causam in transmutabilem vt simitas in naso, & hæc dicuntur inseparabilia. Contingit autem quatuor modis abesse accidens a subiecto. Vno modo accidens desinit esse ad corruptionẽ subiecti, sicut corrupto lacte corrũpitur eius dulcedo. Secũdo ex remotione suæ causæ: sicut lumen quod in aere causatur a Sole desinit esse propter absentiã solis. Tertio accidens desinit esse ꝑ corruptionem termini: vt patet in relatiuis, paternitas enim desinit esse in patre corrupto filio, in quo erat filiatio terminans paternitatem. Quarto ex actione contrarij, sicut frigiditas aquæ corrumpitur per actionẽ caloris existẽtis in

igne,

igne,& expellentis frigiditatem.

Contra prædictam diuisionem arguitur sic. quicquid potest alicui abesse est separabile ab eo, sed omne accidens potest abesse a suo subiecto, ergo omne accidens est separabile, & nullum inseperabile. Respondet Porphyrius ꝙ licet aliquod accidens sit inseparabile secundum esse, tamen omne accidens est separabile secundum intellectum. potest.n. intelligi coruus albus, & ethiops nitens candore. Ad euidentiam huius responsionis est sciendum, vt dicit Sanct. Doct. in.q. de spiritualibus creaturis articulo ultimo ad octauum, ꝙ duplex est operatio intellectus, vna dicitur simplex apprehensio, qua cognoscitur quidditas rei, & de ista cognitione loquendo omne subiectum potest intelligi sine suo accidēte, siue illud accidens sit propria passio, siue sit accidens separabile, siue inseparabile, cuius ratio est. Quia omne prius potest intelligi non intellecto posteriori: subiectum autem est prius accidente natura & cognitione: ut dicitur septimo metaphysicæ. Alia operatio intellectus est compositio & diuisio: qua intelligimus aliquid inesse alicui, puta albedinem, & tali operatione non potest intelligi subiectum sine propria passione. non enim possum intelligere hominem esse in rerum natura & non esse risibilem. potest tamen apprehendi subiectum sine accidente separabili.

Contra istam declarationem arguitur. Nulla res potest inteligi esse sine eo quod ad ipsam necessario consequitur, sed sicut propria passio consequitur necessario ad principium essentiale speciei: ita accidēs inseparabile consequitur necessario ad principia indiuidui cuius proprie est etiam, ergo nō potest intelligi subiectum esse sine accidente inseparabili. Respondeo primo ꝙ licet accidens inseparabile sit inseparabile secundum indiuiduum, est tamen inseparabile secundum speciem. v.g. hæc albedo existens in cigno est ab eo inseparabilis. albedo tamen est separabilis ab alio subiecto, vt ab homine. proprium nunc a nullo est separabile, quia conuenit illi soli cuius est proprium.

Sed ista responsio posset pati difficultates, quia dicit Porphyr. quòd coruus potest intelligi esse albus. ex quo uidetur tenere, ꝙ accidens inseparabile est, separabile secundum intellectum ab eo cuius est separabile, ideo oportet etiam inuenire responsionem aliam ad saluandum responsionem Porphyrij. Posset.n. sic argui contra si coruus potest intelligi albus, aut fiet intellectu vero, & sic erit uera ista propositio, coruus potest esse albus, aut hoc fiet intellectu falso, & hoc nihil est, quia etiam possum intellectu falso hominem existimare esse asinum. Respondeo ꝙ quum accidens inseparabile non consequatur principia essentialia speciei, non repugnat talem naturam quantum ex se est intelligi esse sine tali accidente. quanuis enim nullus coruus possit esse albus, sed quilibet sit niger, albedo tamen non repugnat coruo ex natura specifica corui, sed propter complexiones indiuiduales suppositorum corui. Proprium vero, quia consequitur principia essentialia speciei, ideo naturæ specificæ inquantum talis est, & inquantum huiusmodi repugnat intelligi esse sub opposito propriæ passionis. Ad argumentum dico, ꝙ coruus pōt intelligi albus ad sensum prædictum intellectu vero, s. quòd coruo non repugnat ex natura sua specifica intelligi sub albedine.

Deinde quum dicit (diffiniunt) ponit duas alias diffinitiones accidentis quæ sunt Phi. in libro topicorum. prima est talis, accidens est ꝙ contingit eidem inesse, & non inesse. ista diffinitio non differt a prima secundum rem, sed tantum ratione, quia prima datur per dici, & ista per esse.

Sed quia supra diximus, ꝙ omne uniuersale, & omne consideratum a logico dicit ens rationis, ideo dubitari posset quomodo accidēs dicat talem relationem rationis. Posset ad hoc cōueniēter responderi ꝙ licet accidens sit ens reale, tamen

le,tamen non cõſideratur a logico niſi ſub ratione vniuerſalis, ſicut etiam de ſubſtantia non tractatur niſi ſub ratione prædicamenti. iſta autem dicunt entia rationis. Dico præterea, quòd accidens eſt natura quædam cui conuenit eſſe contingenter in ſubiecto. a modis autem eſſendi accipiuntur modi intelligendi, & modi prædicandi, quia vnumquodque prędicatur de altero, ſicut intelligitur ei conuenire. vnde ſi intelligitur conuenire per ſe, prędicatur per ſe, ſi per accidens, prędicatur per accidens. Ipſi autem accidenti, vt eſt apprehenſum ab intellectu talem modum prędicãdi intellectus attribuit per quen dam reſpectum quem ipſe intellectus excogitauit, & attribuit accidenti, & non habet eſſe, vt ab extra, ſed vt habet eſſe cognitum in ipſo intellectu, ſicut ſupra dictum eſt de ſpecie, & de genere, & quia vnumquodque ſicut intelligitur, ita nominatur, ideo dupliciter poſſum nominare accidens, quamuis habeamus tantum vnum nomen, quod quidem eſt vnum quantum ad vocem, ſed plura quantum ad ſignificatum. Dico igitur, quòd hoc nomen accidens poteſt accipi dupliciter. Vno modo, vt eſt nomen primę impoſitionis, ſic ſignificat illam naturam realem, quę eſt accidens. Alio modo accipitur, vt eſt nomen ſecundę impoſitionis, & vt ſignificat relationem attributam tali naturę ab intellectu ſecundum, quòd apprehendit eam habere talem modum prędicandi de ſubiecto per differentias per ſe diuiſiuas prędicabilis, quę differentia eſt iſta, prædicare in quale accidentale non conuertibile, quòd de accidente dicendum eſt, de proprio, & differentia.

Deinde quum dicit (vel quod) ponit tertiam diffinitionem accidentis, quæ hæc eſt: accidens eſt, quod neque eſt genus, neque ſpecies, neque differentia, neque proprium, ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtens. Iſta diffinitio datur per negationes aliorum prædicabilium, & per proprium modum eſſendi accidenti cui non conuenit eſſe per ſe, ſed tantum in ſubiecto. Hęc igitur de vniuerſalibus dicta ſufficiant.

Explicit in vniuerſalia Porphyrij Expoſitio.

EXPOSITIO IN LIBELLVM PRÆDICAMENTORVM ARISTOTELIS.

Quæstio proœmialis de subiecto libelli Prædicamentorum.

CIRCA librum prædicamentorum quæritur vtrũ prædicamentum sit subiectum huius libri, & videtur, quòd non.

Primo subiectum vnum scientiæ debet esse vniuocum, sed predicamentum non est, quid vniuocum, quum de decẽ primis generibus nihil dicatur vniuoce.

Secundo subiectum huius libri sunt decem voces. ergo prædicamentum non est subiectum. tenet consequentia, quia vnius scientiæ est vnicum subiectum. antecedens est Boetij.

Tertio cuiuslibet subiecti sunt aliquę passiones, quæ demonstrantur in tali scientia cuius est subiectum: sed nullæ passiones in hoc libro demonstrantur de prædicamento. ergo non est in eo subiectum.

OPPOSITVM.

In oppositum arguitur illud est subiectum in scientia à quo ipsa denominatur. sed iste liber denominatur à prædicamento. dicitur enim liber prædicamentorum, ergo &c.

RESPONSIO,

Cum tribus conclusionibus.

Respondeo pro notitia huius quęstionis pręmitto, ꝙ hoc nomen prædicamẽtum est terminus secundæ impositionis, & significat quendam respectum rationis adinuentum à ratione, & attributũ rebus secundum quòd sunt in intellectu. Præmitto secundo, quòd talis respectus est quidam ordo prioritatis, & posterioritatis, siue superioritatis, & inferioritatis. Nam extra intellectum animal non est prius homine, & equo & alijs speciebus animalis, quum non habeat esse præter species suas; idem dico de substantia respectu corporis, & de quolibet superiori respectu inferioris. sed intellectus est, qui hunc ordinem excogitauit, & talem ordinẽ rebus attribuit, vt sunt intellectu, & nominauit hoc nomine prædicamentum, est ergo prædicamentum quædam ordinatio superiorum & inferiorum. Et dicitur aliquid esse in prædicamento eo, quòd est in tali ordine. Præmitto tertio, quòd predicamentum potest accipi tribus modis. Vno modo pro ipsis rebus, quibus intellectus attribuit prædictum ordinem. Alio modo pro ipso ordine: tertio, ꝓ conceptu quo mediante intellectus hũc ordinem rebus attribuit. potest addi quartus modus, vt accipiatur predicamentum quarto modo pro rebus non quidem absolutè: sed vt stant sub prædicto ordine, mediante conceptu intellectus. Præmitto quarto, quòd duplex est subiectum in scientia: vt dicit S. Doctor 2. 2. quęstio. 1. articu. 2. vnum est obiectum materiale, aliud est obiectum formale. Obiectum, siue subiectum materiale sunt ipsæ res in scientia consideratę. Obiectum formale est ratio sub qua omnia considerantur.

Et ex his respondeo ad quæstionem per istas conclusiones. Prima conclusio. voces non sunt subiectum libri prædicamentorum: hanc conclusionem sic probo. Id sine quo potest haberi aliqua scientia non est talis scientiæ subiectum, cum scientia ex obiecto dependeat, sicut ex termino, sed scientia libri

pdicamētorum potest haberi sine uocibus. dato enim ꝙ nulla uox esset, adhuc possibile esset ꝙ aliquis excogitaret & per seipsum inueniret prædicamentorum notitiam. ergo &c.

Secunda conclusio subiectum materiale huius libri sunt decē genera rerū: probatur sic ista conclusio. Illud est materiale subiectum in sciētia de quo principaliter in scientia tractatur: sed in hoc libro principaliter agitur de decem primis generibus rerum. s. substantia, quantitate, qualitate, & huiusmodi: ut patet ex processu Philosophus, ergo ista sunt subiectum materiale.

Tertia conclusio ratio formalis subiecti huius scientiæ est prædicamentum secundo modo acceptum siue respectus & ordo rationis, quē significat hoc nomen prędicamentum. hanc conclusionē sic probo. Idem est subiectū totius scientiæ & singularium partiū eius, ut patet ex primo posteriorum ubi Phi. dicit ꝙ illa scientia est vna quæ est vnius generis subiecti habētis partes & passiones. Ex quibus uerbis elicitur ꝙ sicut se habet subiectum ad scientiam, ita partes subiecti ad partes scientiæ, sed ens rationis est subiectum in tota logica accipiendo ens rationis pro respectu rationis ut declaratū est super Porphy. ergo ens rationis, siue respectus rationis cum aliqua determinatione acceptus est subiectū in partialibus libris logicæ. sed tale ens rationis non est aliud in hoc libro nisi respectus importatus per hoc nomen prædicamentum, ergo &c. Ex quo sequitur quod hoc nomen prædicamentum aliud significat & pro alio supponit probatur sic. Omne denominatiuum pro alio supponit, & aliud significat, patet, quia hoc nomen album significat albedinem, vt patebit in prædicamentis, non tamen supponit pro albedine, sed pro re alba, vt cum dico album currit ly album stat pro subiecto albedinis, vnde & S. Doc. in quæstionibus de potentia Dei, quæstione nona, articulo quarto, dicit ꝙ adiectiua copulant subiectum, sed prædicamentum dicitur de nominatiue de rebus, cum nón prædicitur de eis vniuoce, nec æquiuoce, ergo aliud significat & pro alio supponit siue copulat, non enim pro nunc facio vim in istis, significat autem respectum siue ordinem rationis prædictum, & supponit pro rebus quibus attribuitur talis ordo rationis. Quarta conclusio totale subiectum huius libri includens simul materiale & formale est prædicamentum quarto modo acceptum ista cōclusio patet ex præcedentibus. Nā prædicamentum tali modo acceptū dicit & res & conceptus & ipsum ordinem rebus attributum mediantibus conceptibus. Sciendum est autem ꝙ prædicamētum differt a prædicabili, quia prædicabile dicit tantum id quod de pluribus natū est prædicari, & unum prædicabile puta genus significat tātum ordinem ad suas species. prædicamentum autem dicit totam ordinationem quæ est a genere generalissimo usque ad specialissimum ex his sequitur, ꝙ genus generalissimum non dicitur propriissime prædicamentum, quia non dicit ex suo formali significato talem ordinationem, sed dicit negationem superioris generis, licet extenso uocabulo aliquando dicatur prædicamentum, ex eo ꝙ est supremum, quod continetur in tali coordinatione.

SOLVTIO.

Ad primum dico. primo, duplex est genus. aliquod. n. est genus prædicabile, de quo determinatū est in libro Porph. & de ratione talis generis est ꝙ vniuoce prædicetur. Aliud est genus subijcibile, ꝙ alio nomine dicitur genus subiectum, & tale genus non requirit vniuocationem, sed sufficit ꝙ analogice prædicetur, vt dicit S. Doc. in plerisq; locis: & confirmatur sententia Egedij primo Posteriorum. Dico secundo ꝙ licet prædicamentum dicatur tn̄ denominatiue de rebus quibus attribuitur intentio prædicamenti; est tamen in se quid uniuocum, & dicitur vniuoce de qualibet illarum ordinatione. sicut etiam albedó dicitur

dicitur denominatiue de homine & uniuoce de qualibet particulari albedine. Ad secundum negatur antecedens, ad probationem dico, ꝙ Boetius, & Simplicius dicunt librum prædicamentorũ esse de decem uocibus.i.de decem generibus rerum, quæ decem uoces nominãtur, scilicet substãtia, quantitas & huiusmodi. Est autem de his rebus non absolute, quantum ad entitatem earum, sed ut stant sub coordinationem quam dicit hoc nomen prædicamentum. Ad tertium negatur minor. Passiones. n. prædicamenti sunt ꝙ habeant aliquod supremum genus, ante quod non sit aliud genus: & similiter ꝙ omnia in pdicamẽto contenta prædicentur uniuoce de suis inferioribus si inferiora habeãt, quod dico pp indiuidua quæ non habent aliquod inferius. & tamen sunt per se in prædicamento, vt vult. S. Doct. in prima parte. q.3. art.3. ut infra declarabitur. his declaratis accedo ad expositionem textus.

Expositio in textum Prædicamentorũ. Vniuocis, & Analogis.

DE AEQVIVOCIS.

Aequiuoca dicuntur] totus iste liber habet tres partes principales: In prima parte quædam declarantur necessaria ad notitiam prædicamẽtorũ; in secũda parte, quæ incipit ibi (substãtia est) agit de ipsis prædicamẽtis; in tertia parte, q̃ incipit ibi (quotiens solet opponi) agit de quibusdã sequẽtibus ad prædicamẽta. Prima pars habet quatuor capitula, quia. n. de ratione prædicamenti est, ꝙ in ea continetur prædicetur uniuoce, ideo primo declarat diuersos modos prædicandi ibi, ęquiuoca.

Et quia omnis terminus sigñans rẽ q̃ est in prædicamento est incõplexius; iõ secundo dicit ꝙ eorũ quæ dicuntur, aliqua dicuntur cum complexione & aliqua non ibi (eorum quæ dicuntur.)

Tertio ponit quasdam regulas cões omnibus prædicamentis ibi (quando alterum.)

Quarto ponit sufficientiam pręd icamentorum ibi. (Eorum quæ sine complexione.) In prima parte intendit hanc conclusionem. Quicquid prædicatur de altero, aut prædicatur æquiuoce, aut vniuoce, aut denominatiue hanc conclusionem sic probat. Quicquid prædicatur, aut prædicatur secundum idem nomen & plures conceptus, & sic est prædicatio æquiuoca, aut secundũ eãdem uocem & eundem conceptum eodem modo participatum, & sic est prædicatio uniuoca, aut secundum solã differentiam casus, & sic est prædicatio denominatiua.

DE AEQVIVOCIS.

Pro notitia æquiuocorum primo est sciendũ ꝙ esse æquiuocũ cõuenit & uocibus & rebus, per uoces significatis. Ipsa uox uero sigñans dr̃ æquiuocũ æquiuocãs, ipse uero res sigñatæ dñr æquiuoca æquiuocata, & quia de rõne uocis æquiuocæ est ꝙ immediate plures res significet, ideo describit ęquiuoca ęquiuocata in plurali. Huiusmodi autem æquiuocata habent duplicẽ respectum, unum ad ipsam uocem per quam significantur, & ista est relatio significati ad signum, alium uero respectum habent inter se quemadmodum, & infra condiscipuli habẽt. Et quia contingit, quòd illi qui sunt condiscipuli respectu unius pręceptoris uel unius doctrinę, nõ sunt condiscipuli respectu alterius, puta si Sortes, & Plato Adiscant geometriam a Pythagora & sortes discat ẽt arithmetricam a Tullio, a quo nihil Adiscat Plato, tunc Sortes & Plato erunt condiscipuli respectu Pythagorę, non tamẽ erũt condiscipuli respectu Tullij: ideo dico secundo quòd ea quæ sunt æquiuocata respectu unius uocis possunt esse uniuocata respectu alterius, nam canis latrabilis & sydus cęleste quæ æquiuocantur in hoc nomine canis, uniuocantur in hoc nomine substantia, & similiter ista dictio animal, quę dicit uniuoce de ho-

mine & equo dicitur æquiuoce de homine vero & de homine picto. Verum, quia hic agitur de rebus significatis per terminos nõ quo ad entitates suas, sed inq̃tũ descendunt, uel cadunt in ordine ꝑdicamentali, ideo diffiniuit æquiuoca per dici & non per esse: unde dicit æquiuoca dicuntur, & non dicit æquiuoca sunt. Secundo sciendum est ut dicit S. Doct. primo sententiarum distinct. 33. articulo primo ad tertium, quòd ratio accipitur dupliciter, uno modo pro potentia ratiocinatiua, alio modo pro conceptu formato per actum ratiocinandi, dicit ergo Philosophus, ꝙ æquiuocorum est commune solum nomen, sed ratio .i. conceptiones sunt diuersæ.

Contra hoc arguo sic, vbicunque est unum nomen, ibi est unus conceptus, sed nomen æquiuocum est unum. ergo significat unum conceptum: & per consequens prædicatur de æquiuocatis secundum eundem conceptum: minor patet, maior probatur. Ex hoc quòd unitas uocis significatiuæ sumitur ex unitate cõceptus. Ad hoc respondeo de mente Sancti Docto. quolibeto quarto, quæstione nona, articulo secundo, quòd duplex est unitas rationis, una est materialis, scilicet ipsa uox, alia est formalis, s. illa quæ sumitur ex parte conceptus. dicitur autem ista unitas esse formalis, quia conceptus est ratio ipsa uoci qua significat rem: nomen æquiuocum est unum tantum unitate materiali, & non unitate formali.

Contra istam diuisionem arguo sic, præter istos modos prædicandi est unus alius modus qui dicitur prædicatio analogica ergo philosophus est diminutus. Rñdeo negatur consequentia quia implicite loquitur etiã de analogia, & maxime quũ dicit animal prædicari æquiuoce de homine uero & de picto. Constat. n. ꝙ dicitur de homine picto per analogiam siue respectũ ad hominem uerum, eo ꝙ est imago eius, & ideo non dicitur de eis pure ęquiuoces, sed analogice. Sed quia analogia partim cõuenit cum æquiuocatione & partim cum uniuocatione, prius declarat quid sint ęquiuoca & uniuoca, ut his cognitis tãquam extremis cognoscatur analogia tanquam medium eorum.

DE VNIVOCIS.

Vniuoca dicuntur] Phi. eadem ratione diffinit uniuoca per dicũtur, sicut & æquiuoca. Pro notitia uero eius partis est sciendum primo ꝙ terminus uniuocus immediate significat tantum unum .i. naturam aliquam quæ de se est una, uerbi gratia hoc nomen animal significat substantiam animatam sensibilem, & nihil plus dicit explicite. hæc autem natura non efficitur plures nisi per differentias, quæ ipsam in species diuidunt, differentia autem non est de ratione generis, ut dictum est super Porphyr. & ideo si consideretur natura animalis per abstractionem ab omnibus quæ non sunt de eius diffinitione, quòd est considerare eam per se & solitarie, ipsa est tantum una, & per consequens hoc nomen animal immediate significat tantum unum conceptum. Idem dico de aliis terminis uniuocis qui tãtum mediate significant plura sub eis contẽta, puta plures species uel plura indiuidua. huiusmodi autem dicuntur uniuocata, & terminus ea significans dicitur uniuocum uniuocans. Ex his dico ꝙ ratione pluralitatis mediate contentorum sub termino uniuoco diffinit Phi. uniuoca in plurali.

Dico secundo ꝙ omnia uniuocata ę quæ participant conceptum & naturã, q̃ immediate significat terminus uniuocus: licet si inter se comparentur vnum sit prestantius alio. Homo. n. ratione suę differentiæ. i. quia rationalis est, est nobilior bruto, æqualiter tamen utrique est substantia animata sensibilis, nec in hoc distinguitur homo & asinus, propter hoc dixit philosophus ꝙ (uniuoca dicuntur quorum nomen est commune, & ratio per nomen significata est communis) sed ut distinguamus uniuoca ab analogis, addendum est, ꝙ illa ab eis æqualiter participãtur. Ex prædictis

sequitur

ſequitur, quòd vniuocum, & æquiuocũ diſtinguitur. Primò, quia vniuocum immediatè ſignificat vnam tantum rem. Aequiuocũ vero immediatè ſignificat plures. Secundo, ꝙ tam terminus vocalis, q̃ ſcriptus & mentalis põt eſſe vniuocus. nullus autem mentalis terminus, ſiue conceptus eſt ęquiuocus.

DE ANALOGIS.

Reſtat modo dicere de analogis. Vbi ſciendum eſt, ſicut dicit S. Doct. 1. ſent. diſtinct. 19. q. 6. artic. ſecundo ad quintum, quòd analogia eſt triplex. aliquod enim eſt analogum, quod dicit plures rationes explicitè, vt hoc nomen ſanum: nam alia ràtione dicitur animal ſanum, ſcilicet, quia habet in ſe formaliter ſanitatem, & alia ratione medicina dr̃ ſana, ſcilicet, quia eſt cauſatiua ſanitatis. Aliud eſt analogum, ꝙ dicit tantum vnam rationem æqualiter participatam, quæ tñ non habet vniforme eſſe in analogatis, ſicut corpus dicitur de corporibus cœleſtibus, & de inferioribus, ſed in corporibus cœleſtibus habet eſſe incorruptibile, in alijs vero habet eſſe corruptibile. Aliud eſt analogum, ꝙ dicit tantum vnam rationem in actu, ſed inæqualiter participatam, ſicut ens ſignificat vnum cõceptum, qui per prius dicitur de ſubſtantia, & per poſterius de accidente. Nam ens ſignificat id cui conuenit eſſe. Conſtat autem, ꝙ eſſe per prius cõuenit ſubſtantiæ, q̃ accidenti, quia ſubſtantia habet eſſe per ſe. Accidens autem habet eſſe tantum in alio. Eſt tamen differentia inter huiuſmodi analoga, quia analogum primo modo cum dicat plures rationes in ordine tñ ad vnum numero, puta ſanum dicitur de multis in ordine ad ſanitatem animalis, ſub ea ratione qua dicitur de uno, eſt extra rationem alterius, nam ſanitas, vt dr̃ de pulſu eſt extra rationẽ medicinæ. Vnde ſi volo diffinire ſanitatem medicinæ non ponam in eius diffinitione ſanitatem pulſus. Dico tamen, ꝙ primum analogatorum ponitur in diffinitione omnium aliorum: quod patet, nam medicina dr̃ ſana, quia ſanitatem cauſat animalis: & pulſus dicitur ſanus, quia eſt ſignum ſanitatis animalis, & ſic de huiuſmodi. analogum autẽ ſecundo, & tertio modo dictum non poteſt eſſe extra rationẽ alicuius analogatorum, quia dicit tñ vnam rationẽ. Differunt ſecundo, quia tãtum primus modus analogiæ facit rationem multiplicem, & ex conſequenti cauſat fallaciam æquiuocationis, vt patet in hoc paralogiſmo, quia omne ſanum viuit: medicina eſt ſana: ergo viuit. alij autem duo modi non cauſant talem fallaciam. Differunt tertio, quia analogum primo modo acceptum eſt tantum in vno analogatorum per propriam rationem: ſicut patet, ꝙ propria ratio ſanitatis. ſ. adequatio humorum eſt tantum in animali. Alij autem duo modi ſunt in omnibus analogatis. Præter hos modos reperitur alius modus analogiæ ex hoc ꝙ vnũ imitatur alterum: ſicut patet ꝙ animal dicitur de homine picto, quia eſt ſimilitudo hominis veri. & hunc modum ponit S. Doct. 1. parte, quæſt. 13. articulo 5. quamuis hic modus forte eſt reducibilis ad aliquem prædictorum. Sciendum eſt, quòd quando terminus analogus ſimpliciter dicitur, ſemper intelligitur de eo, de quo per prius dicitur. Vnde ens ſimpliciter dictum, ideſt ſine aliqua determinatione accipitur pro ſubſtãtia, & ſanitas dicta ſimpliciter accipitur ꝓ ſanitate animalis: vt dicit S. Doct. in primo perihermenias lectione quinta. Patet ex prædictis, quòd analogum differt ab vniuoco, & æquiuoco, quia de ratione vniuoci eſt, quòd dicat tantum vnam rationem: de ratione ęquiuoci eſt, ꝙ dicat plures. analogum autem poteſt dicere & vnam rationem & plures, vt patet in diuerſis modis analogiæ ſupradictis. Item ſequitur, ꝙ non ſolum terminus uocalis, & ſcriptus, ſed etiam mentalis poteſt eſſe vniuocus, ut patet de illo vniuoco, quod dicit unam rationem tantũ. Et per conſequens apparet, quia analogum mediat inter vniuocum, & ęquiuocum. Nam in analogis non tãtum

vox est communis sicut in æquiuocis. sed communis est etiam ratio nominis, non tamen æqualiter, sicut in uniuocis. Item de ratione uniuoci est ꝙ prædicetur essentialiter de uniuocatis: hoc aũt non est de ratione analogi, sanitas enim non dicitur essentialiter de medicina: sed denominatiue ut dicetur infra.

De Denominatiuis, cum quæstione de eorum determinata significatione.

DEnominatiua dicuntur quęcũque ab aliquo solo casu differentia secundũ illud nomen habent appellationem]. Ista est descriptio denominatiuorũ, in qua Phi. dici ꝙ ad denominationem sufficit ꝙ denominans & denominatum conueniant in principio dictionis significantis utrunque, & ꝙ differant in fine: sicut album denominatur ab albedine, & iustus a iustitia. Ex quo uidetur dicere Philosophus quòd denominans & denominatum sunt idem re & solum differunt quo ad modum significandi.

QVAESTIO,

De præcisa denominantis & denominati significatione.

Vt ergo pateat ista difficultas, quæro an denominans & denominatum significent præcise eandem rem, & uidetur quòd non. Primo terminus denominãs significat tantum formam, puta hoc nomen albedo significat tantum qualitatem, denominatũ autem significat subiectum, ergo non significãt penitus idẽ, prima pars antecedentis patet, secundam probo tripliciter.

Primo omne nomen plurificatur plurificato suo præciso significato: sicut patet ꝙ ubi sunt tria animalia rationalia ibi sunt tres hoĩes, sed denominatiuum non plurificatur plurificata forma, ergo non significat præcise siue tantum formam, sed etiam subiectũ, maior patet, minor probatur. nam in lacte sunt duę qualitates, s. albedo & dulcedo, & tamen ab illis duabus formis non dicitur ꝙ lac sit duo qualia, sed tantum unũ quale. Constat autem ꝙ quale denominatur a qualitate, ut dicit Philosophus in capitulo de qualitate.

Secundo si denominatum significat tantum formam, puta si album significat solum albedinem, sequitur ꝙ istæ propositiones sint ueræ, albedo est alba, & album est albedo, sed hoc est falsum, ut patet, ergo album nõ significat tantum albedinem. Primam consequentiam probo. Omnis propositio in qua idẽ dr̃ de se ipso est uera, & nulla est uerior ipsa, ut Boetius dicit, sed si album significat solum albedinem in illis propositionibus, idem dicitur de seipso. ergo sequitur ꝙ sunt veræ. Confirmatur quia phi. 7. meta. dicit ꝙ in simo reperitur simus, s. nasus, sed simum est denominatum a simitate. ergo aliquid denominatum significat subiectum.

Tertio id quod non excluditur per dictionem exclusiuam additam termino significatur per ipsum, quum dictio exclusiua excludat omne quod est extra significatum termini, sed dictio exclusiua addita termino denominatiuo non excludit subiectum, si enim dico tãtum album currit non excluditur ipsum subiectum albedinis alioquin propositio esset falsa. ergo idem quod prius. In oppositum est textus Phi. dicentis quòd album puram qualitatem significat.

RESPONSIO

ad quæstionem.

Respõdeo ad qõnẽ, & præmitto aliquas distinctiones, quibus declaratur quomodo aliquid diuersimode denominatur, & postea respondebitur ad quæsitum. Dico ergo primo, quòd abstractum & concretum differunt a denominante & denominato, sicut magis cõmune a minus communi, licet enim omne denominans sit abstractũ, & omne denominatiuum sit concretum. non tamen econtrario. Nam abstractum & cõcretum sunt in omni prędicamento,

& inter

& inter res eiusdem prædicamenti: vt dicit sanc. doc. prima parte, quæstione quarta, articulo primo ad primum, homo enim est quid concretum, humanitas vero abstractum, denominatio autē prima attenditur, secūdum, ꝙ res vnius prædicamenti dicitur de rebus alterius prædicamenti, & quia res vnius generis non est de ratione rei alterius generis: quum prædicamenta sint impermixta, vt dicit Philosophus 1. Posteriorū, ideo denominans non est de essentia denominati, licet possit aliquando per se prędicari de denominato: vt patet, quia ꝓpria passio denominat suum subiectū; de quo tamē per se prædicatur. Patet ex his, ꝙ denominatio proprie accepta est tm̄ ẜm formas accidentales. q̄uis in proprie & largo mō sit etiam ẜm formas essentiales. hō. n. denominatur ad humanitate quamuis extenso uocabulo. Dico secundo, ꝙ omne denominans se habet respectu denominati per modum formę, licet nō semper sit forma quod patet. nā aliquis dr̄ vestitus a veste, constat aūt, ꝙ vestis non est forma, sed quid compositum, dr̄ tn̄ hr̄e modum formæ, quia formę est dare esse ei cui aduenit, uestis autem dat esse vestitum. Dico tertio, ꝙ aliquid potest dupliciter denominari, vno modo a denominatione intrinseca, & talis denominatio est semper a forma inhærente ei quod denominatur. Alio mō denoītione extrinseca: & hęc est a re nō inhærente. Sed ut possit cognosci in quibus est hæc, vel illa denominatio, sciendum est, ꝙ entium quædam sunt absoluta: quædam vero relatiua, in absolutis non potest fieri denominatio nisi a forma inhærente, vt elicitur a sanct. doc. in quæstionibus de veritate. q. 1. artic. 4. in fine, non. n. denominatur aliquid albū nisi ab albedine inhærente, nec dulce, nec calidum nisi hmōi formæ sibi inhæreant. In relatiuis vero possibile est, ꝙ fiat denominatio ab extrinseco, non tamen in omnibus. Relatiuorum. n. aliqua sunt ipsæ relationes, aliqua vero nō sunt ipsæ relationes, sed entia absoluta, licet concernant aliquem respectū, eiusmodi est actio locus, tempus, & hmōi: si loquamur de ipsis relationibꝰ, nulla res potest denominari, nisi a relatione inhęrente. nullus. n. est pater nisi paternitate quę in ipso est, vt. S. D. lib. secundo contra Gentiles c. 13. Est tamen aliqua drīa inter formas absolutas & relationes: qa vt dicit libro quarto sententiarum d. 8. q. 1. articulo secundo, quæstiuncula prima ad primum. In relatiuis pōt aliquid denominari & disponi aliquo sui generis, non tamen per se, sed per accidens. Nam patris potest esse pater, & filij pōt esse filius. Dico autem non per se: quia pater dicitur per se tantum pater filij, & filius tātum patris filius. In absolutis vero non potest aliquid disponi siue per se, siue per accidens aliquo sui generis. Non enim albedinis est albedo, nec qualitatis est qualitas. Si autem loquamur de absolutis cōcernentibus respectum: sic potest fieri denominatio a forma nō inhærente. Aliquid enim dicitur locatum, & in tempore, quum tamen locus & tempus non sit in locato aut re temporali, sed locus est in locante & tempus in primo metaphysicæ ut dr̄ quarto physicorum. Aliquid etiam denominatur ab actione non soli inhęrente, quum actio recipiatur subiectiue in passo ut declarabitur in ca. de actione: & quantū ad propositum spectat, clarum est, ꝙ aliq̇d dr̄ visum nō a visione sibi inhęrente quū visio sit actio manēs in agente: quicquid sit de actionibus in materiam exteriorem transeuntibus; contingit enim esse aliquas actiones in quas actiones concluditur determinatus effectus, quia nō possunt nisi ad talem effectum terminari, vt dicit sanctus doctor prima parte quæstione. 17. articulo secundo, sicut florere non potest terminari nisi ad flores & in his potest fieri denominatio non tm̄ ab actione, sed etiam ab effectu. Dicimus. n. quia arbor flores floritione, & ꝙ floret floribus. Ex prædictis dicitur, ꝙ quando aliquid denominatur tale per respectum ad alterum, talis denominatio est extrinseca, vt patet de locato respectu loci, & de viso respectu visionis.

Contra

Contra hoc arguitur sic: Aer denominatur illuminatus per respectum ad solem, & tamen ipsa denominatio non est extrinseca, quum lumen sit subiectiue in aere, ergo &c.

Respondeo ex sententia sancti doctoris in quæstionibus de veritate quæstione secunda, articulo quarto ad secundũ, ꝙ dupliciter denominatur aliquid per respectum ad alterum. Vno modo quando ipse respectus est ratio denominationis sicut vrina dicitur sana ex hoc solo, quòd refertur ad sanitatem animalis sicut signum ad signatum, & talis denominatio est extrinseca. Alio modo denominatur aliquid per respectum ad alterum: non quòd respectus sit ratio denominationis, sed ratio denominationis est forma sibi inhærens, quam tamen formam non habet nisi altero sibi communicante ita, quòd respectus est causa sue denominationis: & talis denominatio est extrinseca, hoc secundo modo denominatur aer lucidus, per respectum comparationis ad solem, nõ quòd referri ad solẽ sit lucere aeris, sed quia respectus aeris ad solem, scilicet directa oppositio est causa, quòd aer luceat, Dico autem talem oppositionem esse causam nõ quidem dantem aeri lucem. quia talis causa est sol, sed est causa sine qua non. Nunquam.n.aer illuminaretur a sole nisi ad eum haberet oppositione.

CONCLVSIO Responsionis.

Istis declaratis pro notitia denominationis respondeo ad quæsitum ista vnica conclusione. Denominatum differt a denominante solum quo admodũ significandi, & significat præcise eãdem rem. verbi gratia album significat tantum albedinem, & nõ subiectum, & calidum significat tantum caliditatem, & idẽ dico de omnibus nominibus accidentium. Probatur ista conclusio primo auctoritate Phil. dicentis infra in c. de substantia, ꝙ album solam qualitatẽ significat. Secundo arguitur sic, si album significaret albedinem & subiectum sequitur, ꝙ esset ens per accidens: quum subiectum & albedo sint res diuersorũ generum: sed album non est ens per accidens; licet hõ albus sit ens per accidẽs vt dicitur quinta metaphysicę: ergo &c. Tertiò si significaret subiectum, maximè significaret illud sine quo albedo esse non potest, puta corpus, sed album non significat corpus, quia tunc esset nugatio dicendo corpus album, quum idem bis diceretur, ergo album non significat subiectũ. Quarto si significaret subiectũ tunc non diffiniretur per additamẽtũ, hoc est falsum, ut dicit Phil. septimo metaphysicæ: consequentia patet, quia si albũ significat subiectũ, tũc quicquid ponitur in diffinitione albi est de essentia eius; talis autem diffinitio nõ est per additamentum,

SOLVTIO

Ad primum negatur secunda pars antecedentis. Ad primam probationem dico, ꝙ differentia inter nomina adiectiua & substantiua quia nomen substantiuum significat rem per modũ substantiæ: significat.n.per modũ per se stãtis, q̃ est modus essendi substãtiæ, & q̃a substãtia habet vnitatem & pluralitatẽ ex se, ideo nomen substantiuum non plurificatur nisi ad pluralitatẽ rei significatæ. Nomen vero adiectiuũ significat ꝑ modũ adiacẽtis alteri, qui est modus accidẽtis: & quia accidẽtia plurificantur ex subiectis, ideo nomen adiectiuũ plurificat ad pluralitatẽ suppositorũ negaẽ, ergo maior de nominib. adiectiuis cuiusmodi est hoc nomen album. Dico tamen ꝙ huiusmodi adiectiua copulant subiecta sua. Album enim significat albedinem, ut est copulata subiecto, & ideo solet dicere sanct.doc. quòd adiectiua non supponunt, sed copulant. Quod si quis obiiciat in ista propositione albũ currit sub ly albũ licet descẽdere disiunctiuè, ergo supponit determinate. Respõdeo, ꝙ album dicit unum significatiue, scilicet ipsam albedinẽ, & tale nõ supponit, sed

ſed copulat ſubiecto, nec licet deſcédere ſub eo: non enim iſta aut illa albedo currit. Aliud vero dicit connotatiuè.ſ. ſubiectum: & quantum ad hoc pro ipſo ſupponit. Nam quum dico, album currit dico, ꝙ hoc vel illud ſubiectum albedinis currit. Ad omnia ergo argumenta, quibus argueretur ꝙ album dicit ſubiectum reſpondendũ eſt, ꝙ dicit ipſum connotatiuè: & ratione huius dicit aliquando Phil.quòd album in nullo prædicaméto eſt ꝑpter duplex ſignificatũ.

Ad ſecundam negatur conſequentia, quia ad veritatem propoſitionis nõ ſufficit identitas rei, ſed etiam requiritur idem modus ſignificandi: Nam prædicatio eſt per actum intellectus attribuẽtis prædicatum ſubiecto, vt dicit Albertus: ſi ergo aliquam rem concipiat intellectus cũ præciſione, & per ſe, & alio conceptu concipiat eandem rem vt in exiſtentem alteri, tunc illam entitatem, vt ſtat ſub iſtis oppoſitis conceptibus, de ſe ipſa non annunciabit, huiuſmodi eſt album, & albedo, quia albedo ſignificat abſtractiuè, album vero concretiuè. Boetius autem ſic intelligit, ꝙ nulla eſt verior prædicatio, quàm quãdo idẽ eodem modo conceptum de ſe ipſo dicitur, dicendo album eſt album, & albedo eſt albedo: quæ propoſitiones habent vtique veritatem. Ad confirmationem negatur prima conſequentia, quia non dicit Phi. ꝙ ſimũ ſignificat naſum: ſed quòd concernit naſum, ut determinatam materiam, & ideo eſt nugatio dicere, eſt naſus ſimus: aliqua vero alia adiectiua, ut album, non ſignificant formam concernentem determinatam materiam, ſed tantum ſub ratione confuſa dicunt ſubiectum.

Ad tertiam negatur maior, quia vt dicit Sanctus Doctor, prima parte quæſtione 51. articulo quarto ad tertium, dictio excluſiua add ta termino non excludit partes, nec ea quæ ſunt idem ſuppoſito cum re ſignificata: ſubiectum autem formæ, & ipſa forma ſunt idem ſubiecto.

De duplici diuiſione terminorum, & quid importent hæ diſtinctiones in, & de.

EOrum quæ dicuntur.] Illud eſt ſecundum capitulum huius tractatus in quo Philoſophus ponit duas diuiſiones: prima eſt talis, eorũ quæ dicuntur, ideſt terminorum, uel rerum ſignificatarum per terminos, quædam ſunt complexa, & quædam incomplexa. Valet iſta diuiſio ad propoſitum, quia non ponuntur in prædicamento niſi incomplexa: nec indiget iſta diuiſio aliqua expoſitione. Secunda diuiſio eſt iſta, Eorũ quæ ſunt, quædam nec ſunt in ſubiecto, nec de ſubiecto dicuntur. Quædam ſunt in ſubiecto, & dicuntur de ſubiecto. Quædã non ſunt in ſubiecto, & dicũtur de ſubiecto. Quædam ſunt in ſubiecto, & nõ dicuntur de ſubiecto.

Pro notitia huius diuiſionis primo ſciendum eſt, quòd iſta dictio in, vt dicit S.Doctor primo ſententiarũ, diſtinctione 36.quæſt.1.art.3. importat diuerſas habitudines, ſecundum quòd diuerſis coniungitur, puta eſſe in loco, vel in tẽpore: vnde etiam Philoſophus quarto Phyſicorum ponit octo modos dicendi in. Iſta autẽ propoſitio de propriẽ importat conſubſtantialitatem, ut idẽ ſanctus Doc.dicit prima parte, q. 41. dicimus enim quòd cultellus eſt de ferro, & ꝙ filius eſt de patre, cũ quo eſt eiuſdem ſubſtantiæ ſecundùm ſpeciem. non autẽ dicimus, quòd domus ſit de ędificatore.

Secundo eſt notandum, quòd ſubiectum accipitur dupliciter, vno modo ꝓ inferiori reſpectu ſuperioris, alio modo pro ſubiecto accidentis. Quædam ergo dicuntur de ſubiecto, & non ſunt in ſubiecto, pro vt ly in dicit habitudinem inhęrentię, & huiuſmodi ſunt ſecundæ ſubſtantiæ. Alia non dicuntur de ſubiecto, nec ſunt in ſubiecto, & huiuſmodi ſunt primæ ſubſtantiæ, quæ non dicuntur de inferiori, quum non habeant aliquid inferius, nec ſunt in ſubiecto, quũ non ſint accidentia. Alia dicũtur de ſub-

iecto, i. de inferiori, & sunt in subiecto, sicut accidens, & huiusmodi sunt genera, & species de genere accidentium. Alia non dicuntur in subiecto, quia non habent aliquid inferius, sunt tamen in subiecto, & huiusmodi sunt indiuidua accidentium.

Quomodo intelligenda sit hæc regula, quicquid prędicatur de prædicato, prædicatur & de subiecto.

QVando alterũ de altero.] Istud est tertium capitulum in quo Philosophus ponit tres regulas. Prima est ista quicquid prædicatur de prædicato, prædicatur, & de subiecto. Pro notitia huius regulæ est sciendum primo, quòd aliqua sunt prædicata per se, aliqua sunt prædicata per accidens: prædicata per se dicit S. Doct. in quæstionibus de potentia, q. 6. art. 2. ad sextum. Sunt illa, quæ conueniunt alicui inquantum est tale, sicut homini, inquantum est homo, conuenit esse animal, & rationale, & huiusmodi. Prædicata vero per accidens sunt, quæ non conueniunt alicui inquantum tale, sicut esse album nõ conuenit homini, vt est homo, quũ possit esse homo sine albedine. Et quia in omni iferiori inquãtum huiusmodi est suum superius: quũ superiora sint de ratione inferiorum: ideo quicquid cõuenit superiori inquãtum tale est, conuenit etiam inferiorib. Dicit ergo S. Doc. in loco præallegato: quòd ista regula tenet tantum in prædicatis per se, & nõ in prædicatis per accidens. Ex hoc sequitur, ꝙ quando aliqd dicitur de superiori, vt distinguitur aliquo modo ab inferiori, tunc illud non prædicatur de inferiori, verbigratia esse genus conuenit animali, ut distinguitur ab homine, & ideo non dicitur de homine intentio generis: quia illa intentio conuenit animali nõ per se, i. inquantum tale, alioquin conueniret omni animali, sed conuenit ei, inquantum appreheditur ab intellectu, vt quid cõmune multis speciebus. Accidit autem naturæ animalis, quòd sic ab intellectu apprehendatur: similiter non sequitur, si homo est species, ꝙ sortes sit species.

Contra hanc expositionẽ arguit Antonius Andreæ dicẽs ex hoc sequi, quòd ista consequentia sit bona: animal est substantia; ergo homo est substantia: quia substantia prædicatur per se de animali, ergo si quicquid prædicatur per se de superiori, sequitur prædicari de inferiori, valet illa consequentia: quòd autem talis consequentia non tenet, probat ipse, quia est arguere a pluribus causis veritatis ad vnam earum: nam quòd animal sit substantia, potest esse vna causa, quia asinus est substantia, & potest esse alia causa, quia homo est substantia; dicere ergo animal est substantia, ergo homo est substantia, est arguere ab antecedente habente plures causas veritatis ad vnam earum.

Et confirmo argumentum eius, quia ibi arguitur a superiori non distributo ad inferius; quam consequentiam constat non ualere. Ex his dicit ipse, hanc regulam debere sic intelligi: ꝙ quicqd est superius superiore, est superius inferiore.

Pro responsione ad argumentum dico, quòd est differentia inter prædicata per se, & per accidens, quia prædicata per se, per prius conueniunt naturis, & per eas conueniunt suppositis naturarum. Nam esse animal, & esse risibile, ꝑ prius conuenit homini, quàm sorti: unde ista propositio homo est animal, est vera primo, & per se, ista autem sortes est animal, est quidem per se, sed nõ primo, quia esse animal conuenit sorti per aliud, s. per hominem, cum igitur substantia dicatur per se de animali, causa veritatis istius propositionis, animal est substantia, non sunt, quia asinus, uel homo, vel quæcunque alia species animalis, sit substantia: sed est totum oppositum, quia esse substantiam conuenit homini, & asino, ex eo, ꝙ sunt animalia: patet igitur, ꝙ ibi non arguitur a pluribus causis veritatis ad vnam: sed arguitur ab antecedente, ꝙ est causa veritatis

tis sui cõsequẽtis : q̃ cõsequentiã cõstat a viro docto non esse impugnandam.

Prædicata aũt per accidens per prius conueniunt indiuiduis q̃ naturis, unde causa veritatis istius propositionis aĩal currit, est, quia istud vel illud aĩal currit & ideo si sic arguat, aĩal currit, ergo hõ currit, esset arguere ab antecedente habente plures causas ueritatis ad vnam earum, quod non est in proposito.

Ad confirmationem quam facio, dico primo, a superiori distributo ad suũ inferius, est bona consequentia, vt omnes concedunt, distribui autem terminũ est facere, ꝙ stet pro omnibus suis suppositis. Dico secundo, ꝙ est duplex dici de omni, siue dupliciter contingit propositionem esse vniuersalem : uno modo, quando terminus cõis distribuitur mediante signo vniuersali, & hęc dr̃ vniuersalitas prioristica. Alio mõ quando prædicatum est de essentia, vel per se conuenit subiecto: quia tunc prædicatũ conuenit oĩbus contentis sub subiecto: & hæc dr̃ vniuersalitas posterioristica, vt patet primo Posteriorum: tm̃ enim significat ista propositio, hõ est aĩal, quãtum ista, oĩs hõ est aĩal. Patet ex istis, ꝙ arguere a superiori ad inferius in prędicatis per se, cuiusmodi est in prædicta cõsequentia, est arguere a superiori distributo posteriorice ad suum inferius, quæ consequentia est ab omni erudito dialectico concedenda. Posset tamẽ prędicta regula saluari et in predicatis accidentalibus, si addamus vniuersaliter, ut sit sensus, quicqd p̃dicat̃ de p̃dicato uniuersaliter, dr̃ etiã de subiecto: & sic intellecta regula nullam patitur instantiam.

Exponuntur et examinantur duæ regulæ, diuersorum generum non subalternatim positorũ, sunt diuersæ species et differentię. Et subalternatorũ vero generum, &c.

Diuersorum generum non subalternatim positorum: diuersę sunt species & differẽtię.] Ista est secũda regula siue maxima huius capituli : pro cuius notitia est sciendum, quòd illa genera dicuntur subalternatim posita : quorum vnũ sub alio continetur, vel saltem ambo sub vno tertio. Debet ergo sic intelligi, species & differẽtiæ unius generis non possunt esse species aut differentiæ alterius generis, nisi vnum eorum sub alio contineatur, vel saltem ambo sub uno tertio : quod ideo dicitur, quia bipes ponitur loco differentiæ uolatilis, & loco differẽtiæ gressibilis: quamuis unum istorum sub alio non contineatur, sed vtrumque continetur sub tertio, puta sub animali.

Ista regula habet maximas difficultates, puta utrum similitudo, quæ est de genere relationis, sit idem cum albedine in qua fundatur, quæ est qualitas. Et idem dico de multis alijs quæ magis ad metaphysicam Philosoph. spectant, cuius est considerare de eodem & de diuerso, tanquam de proprietatibus entis ꝙ est eius subiectum.

Solet tamen cõmuniter contra hanc regulam fieri instantia de corpore, ꝙ est species subalterna prædicamenti, substantiæ, & etiam est in genere substantię, & etiam est in genere quantitatis.

Ad quod respondet sanctus doctor in tractatu de esse & essentia capitul. secundo dicens, ꝙ aliter accipitur corpus, quum dicitur esse species quantitatis, & aliter quum dicitur esse species substantiæ, & aliter quum dicitur esse pars animalis. Si enim accipiatur corpus pro trina demẽsione, scilicet, longitudine, latitudine, & profunditate, sic est in genere quantitatis. Si uero accipitur pro subiecto ipsius trinæ dimensionis, sic est substantia. Sed notandum est, quod hoc nomen corpus potest accipi, prout significat rem, quæ habet talẽ formam, ex qua in ipsa re sequatur designabilitas trium dimensionum cum præcisione : vt scilicet ex illa forma nulla vlterior perfectio sequatur, & siquid aliud superadditur, totum sit præter significatũ corporis sic dicti: & hoc

modo

modo corpus est pars animalis, quia anima quæ est de ratione animalis, est preter illud quod significat hoc nomen corpus, & est superueniens ipsi corpori, ita ꝙ ex corpore & anima constituatur animal. Alio modo accipitur corpus, vt significat rem habentem talem formam, ex qua possunt designari tres dimensiones sine precisione aliqua, sed solum intelligendo quæcunque forma sit illa, siue ex ea possit prouenire alia vlterior perfectio, siue non, & hoc modo est genus animalis, quia in animali nihil est accipere, quod non contineatur implicite in corpore: quia si esset accipere aliquid in animali, quod non contineretur implicite in corpore, illud esset anima, sed sic accipiendo corpus, anima nō est alia forma ab ea, per quam poterāt tres dimensiones, designari. Istud ideo dixisse volui, vt pateret quid est accipere corpus secundum hos modos, quamuis nō dubitē, quin excedat terminos dialecticæ. Si autem dicatur, ꝙ duplum, & dimidium, & alia huiusmodi, sunt in genere relationis, & etiam in genere quantitatis. Responsum est, ꝙ respectus significati per hæc nomina sunt in genere ad aliquid, res vero illæ subiectæ sunt in alijs generibus, forte de his dicā aliquid in capitulo ad aliquid.

Subalternatorum, vero generū] hec est tertia regula, in qua dicit philosoph. ꝙ diuersorum generum, quorum unum sub alio continetur, nihil prohibet esse easdem species & differentias: puta homo est species animalis, & corporis, & substantiæ. Notandum est, ꝙ Philoso. loquitur de differentijs constitutiuis: & est sensus, ꝙ differentiæ constitutiuę superioris sunt etiam constitutiuę inferioris: non tamen præcise. Animal enim constituitur omnibus his, sed præter hoc constituitur per hanc differentiam rationale. Si autem intelligatur regula de differentijs diuisiuis, sic esset falsa. Nam corporeum & incorporeum: quæ diuidunt hoc genus substantia, non diuidunt hoc genus corpus.

Quæritur de numero Prædicamentotorum.

Orum quæ secundum nullam complexionē dicuntur] istud est quartum capitulū huius tractatus. In quo Phil. annumerat quot sunt prædicamenta. Et quia presupponit, ꝙ predicamenta sint de numero eorū, quæ sunt incomplexa, ideo hoc probat tali rōne. Omne cōplexum aut est affirmatio, aut negatio, sed nullum prædicamētum per se sumptum est affirmatio, aut negatio, siue dicitur affirmatiue, aut negatiue, ergo, &c. maior patet, minorem probat, omnis affirmatio significat verum, uel falsum, sed nullum prædicamentum significat verum, vel falsum, quum enim dico substantia, quantitas, & huiusmodi, non significo aliquid inesse, vel non inesse alicui, neque significatur perfectius sensus in animo auditoris.

QVAESTIONIS *Argumenta.*

In isto capitulo quæritur communiter vtrum prædicamenta sint tantum decem, vt dicit Philosophus.

Et primo arguitur, ꝙ sunt pauciora dccē. Prædicamenta sunt nouem, & nō plura: ergo sunt tantum nouem, consequentia patet ab exponentibus ad expositum, antecedēs probatur: prædicamēta sunt nouem, & vnum & non plura, ergo sunt nouem, & non plura.

Secundo demonstratis nouem prædicamētis arguitur sic: & hæc nouem, vel decem sunt nouem, & non plura: & hęc nouē, vel decē sunt oīa prædicamenta: ergo oīa prædicamenta sunt nouem, & non plura, maior & minor sunt veræ, & cōsequētia est syllogismus expositorius.

Tertio arguit, ꝙ sint plura: quot modis dr̄ vnū oppositorū, tot modis dr̄, & reliquū: sed generalissimū & specialissimū sunt opposita: & specialissima sunt plura decem: ergo & generalissima: minor patet, maior est Phil. 1. topicorum.

Quarto

Quartò quale prædicatur de albo, & non sub ratione proprij, quia non conuertitur cum eo, nec sub ratione accidētis, quia non adest & abest: nec sub rōne differentiæ, quia non distinguit album ab alijs: nec sub ratione speciei, ergo sub ratione generis non subalterni, quia quale non habet aliquid vniuocū supra se genus, prædicatur sub ratione generalissimi, sed non est idem genus, ꝙ qualitas: quum non prædicetur de speciebus qualitatis, nam hæc est falsa, albedo est quale, ergo quale est genus generalissimum distinctum a qualitate: & per consequens sunt saltem vndecim.

Quintò iterum arguitur, ꝙ sit tantū vnum, Generalissimum est superlatiuū, ergo conuenit tantum vni.

OPPOSITVM.

In oppositum est textus Philosophus.

RESPONSIO, *Cum conclusionibus.*

Respondeo, in ista quæstione primo declarabo, quomodo diuidatur ens in decem prædicamenta: secundo quomodo distinguantur prædicamēta inter se: tertio dicam ad quæsitum. Pro primo sciendum est, quòd Philo. in quinto metaphysicę volens tandem diuidere ens in decem prædicamēta, præmittit quasdam alias diuisiones: quarum prima est diuisio entis in ens creatum: & ens increatum. secunda est diuisio entis creati, accipiendo ens creatū pro omni ente quod non est Deus, in ens per se, & ens per accidens. tertia est diuisio entis per se, in ens in anima, siue ens rationis, & in ens extra animam, quod est ens reale. Quarta diuisio entis per se, & realis est in decem prædicamenta. Aliqui tamen dicunt, ꝙ tertia istarum diuisionum præcedit secundam: sed quicquid sit de hoc, constat primo, quòd ens increatum non est in prædicamento secundo, nec ens rationis. tertio nec ens per accidens quia quum dicat res diuersorū generum, in nullo determinato genere collocari potest. Præmitto secundo, quòd ens habet vnum conceptum analogum, qui per prius conuenit substantiæ, & postea accidentibus. Nam vt dicit S. Doc. de mente Auicennę ens est, id cui debetur esse. Constat autem, quòd esse principaliter conuenit substantiæ, quæ habet esse per se: secundario autem conuenit accidentibus, quę habent esse in alio, s. in substātia. Ex his sequitur ꝙ ens non est genus, quum non prædicetur vniuoce. Et præterea genus non est de ratione drīæ, qa si esset, bis poneretur in diffinitione speciei semel explicitę. secundo in differentia ens est de ratione cuiuslibet rei: ergo non potest habere differentias, & consequenter nec esse genus. Est igitur hæc prima cōclusio, ens non diuiditur in decem prædicamenta per differentias: ista cōclusio patet ex immediatè dictis. Præmitto tertio, quòd ens immediatè significat decem prima genera rerum, vt dicit commentator. 8. metaphy. non dico tamen, ꝙ significent sine conceptu: sed dico, ꝙ conceptui entis analogo nō correspondet aliqua vna natura, sicut conceptui animalis correspondet natura animalis, quæ de se est vna, vt supra extitit declaratum, & ideo dicitur cōceptus entis immediatè descendere in prædicamenta, licet per prius conueniat vni, q̄ alteri: & sic patet primum. Quantum ad secundum ponitur ista cōclusio, prædicamenta distinguuntur per diuersos modos denominandi primam substantiam: pro notitia huius cōclusionis sciēdum est, ut inquit San. Doc. primo sentētiarum dist. 8. q. 3. quòd aliter diuiditur vniuocum, & aliter analogum, & aliter ęquiuocum. Aequiuocum enim immediatè diuiditur in plures res: vniuocum vero per differentias: sed analogum diuiditur per diuersos modos: medicina enim habet modum efficiendi sanitatē, & vrina habet modum significādi: quū igitur ens sit analogum, sub quo continentur plura prædicamenta, quæ sunt primo diuersa, ut dicit Phil. & commētator tertio metaphysicæ, eo ꝙ in nullo vniuoce conueniunt, oportet quòd ipsa

prædica-

prædicamenta distinguantur per diuersos modos, non autem per modos significandi, quia talis consideratio pertinet ad grammaticum: ergo relinquitur, ꝙ distinguantur per diuersos modos denominandi primam substantiam. Sufficientiam vero istorum modorum ponit S. Doc. in tertio phy. & quinto metaphysicæ in cap. de ente: vbi sic dicit. Sciendū est, quòd prædicatum ad subiectum tripliciter se potest habere. Vno modo q̄ est idem quod subiectum, vt quum dico ſortes est animal: & hoc prædicatum, dicitur significare substantiam primam, quæ est substantia particularis, de qua omnia prædicantur. Secundo modo ut prædicatum sumatur, secundùm ꝙ est in subiecto, quod quidem prædicatum, vel inest ei per se, & consequens materiam, & sic est quantitas; vel vt consequens formam, & sic est qualitas: vel inest ei non absolutè, sed in respectu ad aliquid, & sic est relatio. Tertio modo vt prædicatum sumatur ab eo, quod est extra subiectum; & hoc quadrupliciter, vno modo vt sit omnino extra subiectum, & si non sit mensura subiecti, prædicatur per modum habitus, ut quum dicitur sortes est calciatus: si autē sit vt mensura eius, cum mēsura extrinseca sit, vel locus, vel tempus, si sumatur prædicatum ex tempore, sic est, quādo, vel sumitur ex loco, & sic vbi, non considerato ordine partium in loco, quo considerato erit situs. Alio modo, vt id vnde sumitur prædicatum, secundùm quid sit in subiecto de quo prædicatur, & si quidem secundùm principium, sic prędicatur vt agēs. Nam actionis principium est in agente. Si vero secundùm terminum, sic prædicatur vt pati. nam passio in subiectum patiens determinatur. Multa alia circa hoc dici possent, quæ omitto, eo quòd excedunt terminos dialecticos.

SOLVTIO.

Ad primum dico, quòd quum dicitur non plura, si est vna dictio: sic concedo, quòd vnum est non plura: sed ly nō plura hoc modo non est vna exponentium istius exclusiuè, tm̄ decē sunt prædicamenta. Alio modo tenetur negatiuè, & sic nego quòd vnum sit non plura. Quum enim dicimus, & non plura: sensus est quòd non sunt plura, quàm nouem, quod patet esse falsum. Ad secundum dico, quòd nō arguitur ibi expositoriè, quia ad Syllogismum expositorium requiruntur tria, primo ꝙ eius medium sit terminus singularis: quòd non contingitur in prędicta ratione, vt de se patet; vnde non valet ista consequentia, iste homo, vel asinus est homo. iste homo, vel asinus est asinus: ergo asinus est homo: licet.n. ly iste homo sit terminus singularis: tm̄ hoc totum, iste homo vel asinus, non est terminus singularis. secundo oportet, quòd talis terminus sit singulariter tentus, tertio, ꝙ a qualibet præmissarum ad vnam de omni ualeat consequentia, & hoc est diligenter notandum a Theologis, quia ratione huius non arguitur expositoriè in diuinis sic dicendo, iste Deus est pater, iste Deus est filius, ergo filius est pater, quia ab ista singulari, iste Deus est pater, non ualet consequentia ad istam vniuersalem, quicquid est iste Deus, est pater; quum antecedens sit verum, & consequens sit falsum. Ad tertium vero respondet San. Doc. secunda secundæ quæst. 92. art. 2. ad primum, dicens quòd ista regula Phil. tenet solum in illis oppositis, in quibus est eadem ratio multiplicitatis, ꝙ nō est in proposito, nam generalissima distinguuntur per diuersos modos, specialissima vero per differentias: & ideò non oportet, si sunt tātum decem genera generalissima, ꝙ sint tm̄ decem specialissima. Ad quartum dico, ꝙ quale prædicatur de albo sub ratione generis generalissimi, quod est idem genus cum qualitate, & habet easdem species. Nam cōstat ex prædictis, quòd album, & albedo differunt tantum secundum modum significandi abstracti, quæ diuersitas impedit prædicationem, vnde de altero nō dico tamen quòd album sit in prædicamento, eo ꝙ connotet subiectum. Ad

quintum

quintum communiter respondetur, ꝙ gradus superlatiuus si affirmatiue exponatur, conuenit vni soli, tunc enim significat esse super omnia quo ad formam significatam, si vero exponitur negatiue, pōt conuenire multis, quia sic significat, ꝙ a nullo exceditur, sed non negat, quin aliud possit sibi æquari: & hoc modo ista dicuntur generalissima.

Expositio ampla totius capituli de Substantia in duas partes principales diuisa cum quæstionibus suis.

SVbstantia autem] Iste est secundus tractatus huius libri, in quo Philosoph. agit de vnoquoque prædicamento in speciali: & primo de substantia, eo ꝙ sit prior accidentibus tempore, natura, & diffinitione, ut dicitur septimo metaphysicæ.

In hoc autem primo cap. duo facit, primo supponit quandam diuisionem substantiæ, & eius partes manifestat;

Secundo assignat proprietates substantiæ.

Diuisio q̃ supponit talis est: substantiarū aliqua est substantia prima, & aliqua est substantia secunda. Manifestando hanc diuisionē ita procedit, quia primo declarat q̃d sit substātia prima, scđo quid sit substātia scđa. Tertio comparat substantias secundas adinuicem.

Pro notitia huius diuisionis sciēdum est, vt dicit S.D.1.senten.dist.25.art.primo ad.7. Quod substantia dicitur quinque modis, vno modo vt significat essentiam rei, cum enim quærimus quid sit quantitas, & qualitas, & alia huiusmodi, quęrimus quę sit eorum essentia, nec hoc modo accepta substantia hic diuiditur, quum conueniat etiam accidentibus, secundo accipitur substantia pro ipso, supposito in p̄dicamēto substantiæ per se subsistente, q̃d Phi. appellat in hoc loco substātiā primā. Tertio accipitur pro substātijs secundis, q̃ sunt genera & species. Quarto accipitur vt abstrahit ab vtroq; s. tam a prima quam a secunda substantia, & est vtriq; communis, & eam diuidit Phil. pręsuppositiue dicens, ꝙ substantiarum aliqua est prima, & aliquæ sunt secundę. Diffiniuit autem substantiam primam dicens, ꝙ est illa quæ proprie & principaliter & maxime substat, & non est in subiecto, neque dicitur de subiecto. In hac descriptione ponit Phi. quinque particulas. prima est ꝙ prima substantia propriè dicitur substantia, per hoc distinguitur a substantia cōiter dicta, vt significat omnem essentiam. secunda est, ꝙ prima substantia dicitur maxime substantia, & per hoc distinguitur a substantijs secundis, quę per posterius dicūtur substantię. tertia est ꝙ principaliter substat, & per hoc distinguitur & a substantijs secundis, & ab accidentibus. licet enim vnum accidens sit subiectum alterius, vt superficies albedinis, hoc tamen non est principale subiectum, similiter etiam accidentia non conueniunt substantijs secūdis, nisi per primas. quarta est ꝙ substantia prima non dicitur de subiecto, quod sic probatur. Dici de subiecto est proprietas superioris respectu inferiorum, sed prima substantia nihil habet inferius se: ergo non dicitur de subiecto. quinta est ꝙ prima substantia non est in subiecto, quę sic probatur. quicquid est in subiecto est accidēs, sed prima substantia non est accidens, ergo non est, in subiecto. Exemplificat autem dicens vt aliquis homo, vel aliquis equus.

Contra istud exemplum arguit. Antonius Andreę: primo, aliquis homo est spēs, genus est substātia prima, cōsequētia patet, antecedēs probat. aliqs homo p̄dicatur in quid de pluribus differētib. numero: nā Sortes est aliquis hō, & Plato est aliquis homo, ergo est spēs. Rn̄deo negatur antecedens, ad probationē dico, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquid sit spēs, oportet ꝙ non dicat determinatum modum essendi qui conuenit suppositis, quod tamen facit ly aliquis homo, nam ly homo sig̃nat naturā humanā absolute, sed ly aliquis homo sig̃nat eādem naturam

cum determinato modo essendi, qui conuenit singularibus.s. esse per se subsistens ab aliis distinctum, sortes autem, & alia indiuidua significant determinate, scilicet principia distinguentia hanc materiam, & hanc quantitatem. Potest etiam dici, quòd aliquid potest significare substantiam primam, scilicet dupliciter, uno modo determinate, cuiusmodi est indiuiduum signatum, & tale non potest dici de pluribus. Alio modo indeterminate, sicut indiuiduum uagum: & tale non inconuenit de pluribus predicari. Nominatur autem substantia prima multis aliis modis, vt dicit Sanct. Doct. tertio sententiarum, distinctio. 6. Dicitur enim res naturæ, inquantum ponitur sub natura communi s. sub substantiis secundis: dicitur suppositum, inquantum in eadem natura subsistit, dicitur particulare, inquantum exceditur ab ipsa natura communi, & est pars eius: dicitur indiuiduum, inquantum est indiuisa in se. Dicitur singulare, inquantum est distincta ab aliis. Ex hoc textu Philo. argui potest, quòd materia sit principium indiuiduationis in rebus materialibus, quicquid enim est de ratione substantiæ primæ, inquantum est substantia prima, est etiam de ratione indiuidui, ut indiuiduum est, cum substantia prima & indiuiduum sint idem: sed materia est de ratione substantiæ primæ, inquantum est in substantia prima: ergo est de ratione indiuidui: minor probatur, idem est de ratione substantię primæ, inquantum hmõi, per qđ habet qđ nõ posset esse in alio, hoc ponatur in eius diffinitione: sed materia prima est hmõi, ꝙ sic deduco. Nam primum in unoquoque genere est mẽsura omnium, quæ sunt post, ut dicitur decimo metaphysicæ, sed materia prima est primum in alio non receptibile, cum sit fundamentum omnium aliorum. ergo prima substantia in rebus materialibus habet a materia prima, ꝙ non possit esse in alio: & per consequens quòd sit indiuidua.

QVAESTIO,

An indiuiduum sit in prædicamento.

Sed dubitatur utrum prima substantia siue indiuiduum sit in predicamento, & uidetur ꝙ non. Nullum ens per accidens est in prædicamento, ut dicitur quinto metaphysicæ, sed substantia prima est ens per accidens, ergo &c. minor probatur, omne aggregatum ex rebus diuersorum generum est ens per accidẽs, ut dicit Phi. quinto metaphysicę, sed substantia prima est huiusmodi: dicit enim substantiam & accidentia per quæ indiuiduatur, puta quantitatem.

RESPONSIO.

Respondeo, in hac qõne faciam tria. Primo declarabitur quę sit rõ substãtię. Secundo dicetur ad quæsitum. Tertio inferam quędam corrolaria. Quo ad primum sciendum est, vt dicit. S. D. in lib. de natura generis, ꝙ substantia accipitur dupliciter. Vno modo, ut distinguitur contra accidens. Alio modo, ut est prædicamẽtum. ratio substantiæ primo modo acceptæ est in subiecto non esse. substantia. n. est ens vt inquit Auicenna, & est ens, cui debetur esse non in alio, & secundum hunc modum omne ens reale, quod non est accidens, est substantia. substantia uero vt est prædicamentum, addit super substantiam primo modo dictam ordinem ad contenta sub tali genere generalissimo. Dictum est. n. supra ꝙ prædicamentum significat respectum rationis, qui est ordo superioritatis, & inferioritatis. Hic autem ordo est vniformitas substantiæ, quæ est genus generalissimum, ad sua inferiora, quam uniformitatem habet per abstractum intellectus. Ex his potest sic describi substantia, ut est genus. Substantia est ens per se existens implicite continens sua inferiora. Esse ergo in genere substantiæ est sub substantia contineri. Ad ea autem omnia tanquam ad inferiora descendit prædicatio substantię, ad quæ descen-

descendunt differentiæ diuisiuæ generũ substantiæ, & constitutiuæ inferiorum. diuisio autem differẽtiarum stat ad species specialissimas, quia sub eis nihil est nisi indiuidua. Ex quo sequitur, quòd vltimum, de quo prędicatur substantia in linea prædicamentali, sunt indiuidua, & sic patet primum, ex quo sequitur secundum, scilicet quòd indiuidua sunt per se in prædicamento. Illud enim est per se in aliquo genere, quod suscipit prædicationem alicuius speciei & generis talis prædicamenti, sed indiuidua sunt huiusmodi. sortes est homo, & animal, & Plato est substantia. sortes enim est homo, & animal, & corpus, & substantia.

Tria corrolaria.

Ex prædictis sequuntur tria corrolaria. primum est, pars substãtiarum, puta manus, pes, & caput, & hmõi, non sunt in prædicamẽto per se. Corrolariũ ₰m, anima ẽt quando est separata, non est per se in genere substantiæ. Corrolariũ tertium, materia prima non est per se in prædicamento. hęc tria probantur unica ratione. quicquid est sub aliquo genere, continetur sub eo. sed prædicta non continentur sub genere substantiæ, ergo &c. maior patet, minor probatur, quicquid continetur sub genere per se, suscipit in recto predicationem alicuius differentię illius generis, sed prædicta non sunt huiusmodi, ergo &c. maior patet, minor probatur, de quocunque prædicatur differentia, prædicatur & genus diuisum & species per talem differentiam constituta, sed de partibus nec de materia, nec de forma prædicatur aliquod genus, aut species. non enim manus hominis est homo, aut animal. similiter materia prima, & anima non sunt homines, ergo &c. Quando igitur dicimus, quòd huiusmodi sunt substantiæ, ibi non accipitur substantia vt est prædicamentum, siue genus, sed ut distinguitur contra accidens. Dico tamen quòd materia, & forma, sunt in prædicamento reductiue tanquam principia substantiarum, manus uero, & pes, & huiusmodi reducuntur ad idem prædicamentum tanquam partes. Sequitur etiam ex dictis ꝙ huiusmodi non possunt dici primæ substantię. quum prima substantia sit per se in genere, propterea dicit Sanct. Doct. prima parte, quæstione tertia, articulo quinto, genera, & species, & ea quæ sub ipsis continentur, s. indiuidua, sunt simpliciter & proprie in prædicamento.

SOLVTIO.

Ad argumentum negatur minor. ad probationem dico, ꝙ ens per accidens, quod nec diffinitur, nec est in prędicamento, dicitur esse illud ꝙ intrinsece includit res diuersorũ generum, ita ꝙ diuersę res sunt de ratione eius, sicut homo albus de cuius ratione est albedo, & humanitas, tale enim non potest per se totum esse in aliquo genere determinato, nam si homo albus esset in genere substantiæ, sequeretur ꝙ albedo esset substãtia, & sic esset in genere qualitatis, sequeretur ẽt ꝙ homo esset qualitas. Dico secundo ꝙ indiuiduum puta sortes in sui principali significatione includit accidẽtia, non tñ est ens per accidens, quia non dicit ea vt intrinseca suę naturæ, vel vt partes sui, licet includat ea tanquã designantia partes eius essentiales. quantitas. n. sortis determinat eius materiam & formam, quia facit eas ab aliis distingui. nec est inconueniens ꝙ aliquid de genere accidentium ponatur modo in diffinitione substantię. dicit enim commen. 7. metaph. commẽ. 41. non est remotum, vt aliquid in prędicamento qualitatis accipiatur in diffinitione eius, ꝙ est in prędicamẽto substantię. hęc dixisse sufficiat licet excedant terminos dialecticę.

Exponuntur secundæ substantiæ.

Deinde, cum dicit. Substantię secun-

dæ &c. declarat quid sint secundę substantię dicens, ꝙ sunt illę, in quibus continent substātiæ primę eo mō, quo pars subiectiua continetur in suo toto vl'i. Exēplificat nunc. nam hic homo cōtinetur in homine tanq̄ in specie, & in animali tanq̄ in genere. Notādū est ꝙ substantiam primam diffinit in singulari, & substantias secundas in plurali, cuius rō pōt esse duplex: prima quia q̄libet substantia prima habet tm̄ vnā habitudinē, s. ad superiora, non aūt ad inferiora, quū nihil habeat sub se: substantia vero secunda puta species habet duas habitudines. s. ad superiora, & ad inferiora. Alia ratio est, quia omnis substantia prima se habet tātum vno modo, quum quelibet sit indiuiduū; substantię ratio secūdę se habent pluribus modis, quia aliquę sunt species, aliquę autem genera.

QVAESTIO,

An substantia per prius dicatur de substantia prima, quam de secunda.

Ex hoc textu philos. oritur dubitatio. dicit. n. ꝙ substantia per prius dr̄ de substantia prima, q̄ de secunda. quod vr̄ falsum. nam omne genus dicitur vniuoce, & ęqualiter de contentis sub se. sed substantia est genus: ergo dicitur vniuoce de prima, & de secunda.

RESPONSIO cum solutione.

Rn̄deo primo dicam qūo accipit hoc loco substantia. Secūdo qualis sit diuisio substantię in primā & secundam: ex quibus patebit ad argumentum. Sciendū est igitur vt dicit S. Doc. 1. sent. dis. 23. art. 1. q. 1. ꝙ est differentia inter subsistentiā & substantiam. nam subsistentia est cuius actus est subsistere. substantia vero dicitur cuius actus est substare: subsistere potest dupliciter esse actus alicuius, vno modo, vt eius quod subsistit, alio modo, vt eius cui quæstio subsistit. Pro cuius notitia est sciendum, quòd subsistere dicit determinatum esse, nam illud subsistit, quòd habet esse per se, non in alio, & habet esse distinctum ab alijs. determinatio autem essendi est a forma; forma vero est, quæ constituit speciem. & ideo subsistere conuenit indiuiduis ratione superiorum: Sortes enim subsistit, quia est homo, & non ē contra, sicut etiam est albus per albedinem. forma enim substantialis est, quæ dat indiuiduo, quòd subsistat, & quia forma magis se tenet ex parte naturę, magis quàm ex parte indiuidui, ideo subsistere per prius conuenit substantijs secundis, quàm primis; licet enim genera & species non subsistant, nisi in indiuiduis, quorum est esse, tamen determinatio essendi fit ex natura superiori. patet ex dictis, quòd subsistere tanquam eius quo aliquid subsistit, per prius conuenit substantijs secundis, quàm primis. licet tanquam ei, quod subsistit, per prius conueniat primis quàm secundis. similiter substantia dicitur dupliciter, uel id quòd substat, uel id quo aliquid substat; primum principium quo aliquid substat sumitur ex materia, cum ipsa sit primum fundamentum omnium, materia autem se tenet ex parte indiuidui, cum sit principium indiuiduationis, indiuiduum vero est id, quod substat per materiam. & ideo nomen substantię cum dicatur a substare, per prius conuenit substantijs primis, quàm secundis. & sic patet ad primum. Quo ad secundum dicit Sanctus Doctor. in quæstionibus de potentia Dei. quæstio. 5. articu. 2. ad beatum Dom. diuisio substantiæ in primam, & secundam non est diuisio generis in species: quod sic probat. Vna specierum diuidentium aliquod genus non continetur in alia, quum sint disparatæ, & opponantur rationes suarum differentiarum: sed secundæ substantiæ continentur in primis; ergo substantia non diuiditur in primam & secundam, tanquam in species. Ex quibus concludit, ꝙ est diuisio analogi in sua analogata, eo modo quo declaratū est. patet ex dictis, ad argumentum, quia hic non diuiditur substan-

substantia vt est genus. Si uero quęratur quę sit propria ratio prędicamenti substantiæ, declaratum est in quæstione præcedenti.

Exponitur, quomodo se habeat substantiæ secundæ ad primam substantiam.

Deinde quũ dicit. (manifestũ autem) declarat quõ habeant se substantiæ secũdæ & accidentia ad primã substantiam: vbi primo ponit hanc conclusionem. secũdæ substantiæ prædicantur de primis ſm nomen & ſm diffinitionẽ. ꝙ sic probatur. quicquid dicitur de aliquo essentialiter prædicatur de eo secundũ nomẽ & diffinitionem. Nam si sortes est homo, est etiam animal rationale: sed substantiæ secundæ prædicantur de primis essentialiter: ergo &c. Secundo arguit sic: animal prædicatur de homine essentialiter. quum sit de eius diffinitione: ergo prædicatur de aliquo homine. sed animal est secunda substantia, & aliquis homo est substantia prima, eo modo, quo supra fuit expositum: ergo &c. Hic est dubitatio quomodo teneat ista consequentia Philosophus sic argumentis: homo est animal, ergo aliquis homo est animal. Ad hoc est responsum in ante prædicamentis, dum exponeretur illa regula, quando alterum de altero prędicatur: Sciendum tamen ꝙ hæc consequentia non est formalis, animal dicitur de homine, ergo de aliquo homine: quia non tenet in analogis. Nam non sequitur corpus determinat sibi figuram, quum non possit esse sine figura, & similiter materia determinat sibi formam, ergo determinat sibi aliquam figuram, uel aliquam formam; imo nullam sibi determinat, quum materia sit indifferens ad quamlibet formam, & corpus ad figuram. De hoc etiam dictum est super Porphirium, dum quærebatur, an nullo homine existente ista propositio sit vera, homo est animal.

Secunda conclusio: aliqua accidentia non dicuntur de prima substantia secundum nomen, nec secundum rationem, probatur, accidentia in abstracto non dicuntur de prima substantia neque secundum nomen, neque secundum rationem. sed accidentia in abstracto sunt accidentia, ergo &c. minor patet, maior similiter. nam ista est falsa, sortes est albedo.

Tertia conclusio, aliqua accidentia prædicantur de prima substantia ſm nomen, non tamen secundum rõnem. ista .n. propositio est vera, sortes est albus, ratio tamen albi sortis non conuenit albo, quum sortes non sit color disgregatiuus visus, quæ est albi diffinitio. Concedo tamen, ꝙ ratio albi dicitur de sorte denominatiue, nam sortes est coloratus colore disgregatiuo uisus. Quod autem huiusmodi accidentia sint in primis substantijs, arguit sic. Color est in corpore. ergo est in aliquo corpore. ista consequentia ideo tenet, quia prædicata per accidens non conueniunt secundis substantijs nisi per primas, & ideo cum color prędicetur per accidens de corpore, non potest in corpore esse, nisi in aliquo corpore sit. sicut etiam homo non potest currere, nisi aliquis homo currat.

Deinde quum dicit (destructis ergo &c.) infert hoc correlarium, destructis primis substantijs impossibile est aliquid aliarum remanere, quod sic probatur. Destructis primis substantijs, distruuntur omnia quæ in eis sunt, & quæ de eis dicuntur. sed omnia alia, aut sunt in primis substantijs, aut de eis dicuntur, ut patet ex prædictis, ergo destructis primis, omnia alia destruũtur. Istud correlarium debet intelligi quo ad actualem existentiam. cum enim genera & species non existant nisi in singularibus, & accidentia non possint realiter esse sine subiecto, destructis omnibus singularibus substantiis necesse est genera, & species, & accidentia desinere esse. Antonius Andreæ dicit substantiam primam & secundam esse correlatiua, destructo

autem vno correlatiuorum, destruitur & reliquum. & ideo destructis primis substantijs destruuntur secundæ. idem de subiecto, & accidente, quæ expositio non videtur conueniens. Constat.n. ꝙ ratio substantiæ non est relatiua. ratio etiam primi non dicit respectum ad ſm, sed dicit negationem. nam illud est primum ante, quod nihil est: si enim primum referreretur ad secũdum sequitur, ꝙ Christus non posset dici primogenitus beatæ Mariæ Virginis, nisi habuisset alium filium post ipsum: similiter subiectum, & accidẽs non sunt correlatiua, alioquin destructo accidente corrumpitur subiectum, & posito subiecto statim poneretur accidens, quę omnia constat esse falsa.

Comparantur secundæ substantiæ ad inuicem quatuor conclusionibus.

Substantiarum vero propriarum, cõparat Phil. substantias ad inuicem. & ponit quatuor conclusiones, quarũ prima talis est: species de genere substãtiæ est magis substantia, quàm genus. Hanc cõclusionem probat dupliciter primo sic. Illud est magis substantia, quod est propinquius maxime substantiæ. sed species est propinquior maxime substantiæ, quàm genus. ergo &c. maior tenet per illam regulam, id est magis tale, quod est propinquius maxime tali: minor probatur, species est propinquior substantiæ primæ, quàm genus. sed prima substantia est maxime substantia, vt patet ex eius diffinitione, ergo &c. maior probatur, idest propinquius primę substantię, quod distinctius & certius notificat eam. sed species distinctius notificat primam substantiã quàm genus, quia si interrogatur quid est Sortes conueniẽtius respondetur, quòd est homo, q̃ ꝙ est animal, ergo &c. Pro notitia maioris & minoris huius rationis est notãdum, quòd duplex est cognitio, vna confusa, & alia distincta. Cognitio confusa est qua cognoscitur aliquid in conceptu confuso, cuiusmodi est conceptus generícus. & talis cognitio est imꝑfecta, quia non est per ea, quæ sunt propria rei. Cognitio distincta est, qua cognoscitur aliquid in conceptu specifico. & hoc est perfecta, quia est cognitio rei quantum ad vltimam differentiam. & ideo bene dixit Philosoph. quòd certius respondetur, quòd Sortes est homo, quàm quòd est animal, si enim scio, quòd Sor. sit animal, adhuc restat scire si sit rationalis, vel non. Secundo arguitur sic ad idem. (ibi amplius verò) illa substantia est magis substantia, quæ pluribus substat. sed species pluribus substat quã genus. nam species substat accidentibus, & etiam ipsis generibus: genus autem non substat speciebus, sed tantum accidentibus. ergo &c.

Deinde quum dicitur (ipsarum namque specierum) ponit secundã conclusionem, quæ est ista. vna species specialissima non est magis substantia quàm alia. hanc probat tali ratione, illarum substantiarum primarum, quarum vna est magis substantia, quàm alia, vna magis indicat primam substantiam, quàm alia: vt patuit ex prima ratione præcedentis conclusionis: sed vna species specialissima non magis indicat primam substantiam quàm alia: ergo &c. maior patet: minor declaratur; nam si quæritur de aliquo homine quid sit, nõ conuenientius respondetur, quòd sit homo, quàm respõdeatur de aliquo equo, quòd sit equus.

Similiter ponit tertiam cõclusionem. Vna prima substantia non est magis substantia, quàm alia: ad hanc conclusionem arguit sic. Omnis substantia, quæ magis est substantia quàm alia, pluribus substat, vt patet ex secunda ratione primę conclusionis: sed prima substantia omnino pluribus non substat, quàm alia, omnes enim substãt accidentibus, & generibus, & speciebus: ergo &c. Concedo tamen, ꝙ in vna prima substantia sunt plura accidentia, q̃ in alia. sed penes hoc non dicitur magis substantia quàm alia.

Deinde quum dicitur (merito autẽ) ponit

ponit quartam conclusionem, quæ hæc est. Tantum genera & species sunt secundæ substantiæ: istam conclusionem sic probat. Omnis secunda substantia prædicatur inquid de substantia prima: sed tantum genera & species sunt huiusmodi. ergo &c. maior patet, quia ēt supradictum est ꝙ species est magis substantia quam genus, quia certius dicit quid sit prima substantia. minor probatur, si aliquid præter genera & species prędicantur inquid de substantia prima, maxime hoc esset differentia substantialis: sed ipsa non dicitur in quid, sed in quale, vt patet ex eius diffinitione, quam ponit Porphyr. ergo &c. Sequitur ex his quòd diuisio in primam & secundam substantiam non est diuisio substantiæ vniuersaliter acceptæ, cum differentia non sit aliquod istorum, sed est diuisio substantiæ existentis directe in linea prædicamentali uel dici potest ut inquit Burleus, ꝙ differentia est substantia secunda: sed aristotiles non enumerat eam, quia loquitur tantum de illis substantijs, quæ sunt directe in prædicamento. prima tamen expositio uidetur conformior textui.

Secunda pars de sex proprietatibus substantiæ.

Commune est autem] ista est secunda pars principalis huius capituli, in qua Philo. enumerat sex proprietates substantiæ, quarum hæc est prima, propriū est substantię non esse in subiecto. Hanc primo probat inductiue, nam prima substantia non est in subiecto, ut patet ex eius diffinitione, substantiæ etiam secundæ in subiecto non sunt, homo.n. & animal & alia hmōi in nullo subiecto sunt. Secundo arguit ad idem ratione sic, nullum existens in subiecto prædicatur de prima substātia ŝm suam rōnē, vt supra probatū est. sed omnes secūdæ substantiæ p̄dicātur de prima ŝm nomē & ŝm rōnē, vt ibidē fuit declaratū. ergo nulla secunda substantia est in subiecto. Deinde cum dicit (non est autem) dicit ꝙ ista proprietas non est propriū quarto modo, quia non conuenit soli substantię, sed etiam differentijs, quia dr̄iæ prædicatur de primis substantijs ŝm nomen, & ŝm rōnē, eo modo quo habent propriā rōnem, non.n. possunt proprie definiri. Ex quo sequitur ꝙ in subiecto non sunt. Patet ex his ꝙ supra diuisit substantiam, quę est directe in prædicamento, cum excludat differentias, & substantiam, quam diuiserat. Deinde cum dicit. (Non nos conturbent) Respondet cuidam obiectioni, posset enim aliquis dicere partes substantiarum sunt in subiecto, quum sint in suo toto, ergo aliqua substātia est in subiecto. aut oportet dicere ꝙ partes substantiarum non sunt substantię. Ad hoc dicit phy. partes substantiarum esse in toto, non tamen in subiecto, quia esse in subiecto, & esse in toto sunt diuersi modi essendi. accidens.n. non constituit suum subiectum, nec est prius subiecto, suę partes autem constituunt totum. Immo aliquæ partes sunt priores toto, & sunt de essentia eius, sicut patet ꝙ materia & forma sunt partes essentiales substantię compositæ. Sciendum est autem ꝙ substantia accipitur dupliciter, vno modo vt distinguitur contra accidens, alio modo ut dicit aliquid per se subsistens completum in specie, partes substantiarum quæcunq; sint, sunt substantiæ primo modo, non autem secundo. Contra hāc conclusionē arguitur sic. aīa est substantia cum nō sit accidens, & tamē est in subiecto. s. in materia, ergo aliqua substantia est in subiecto. Respondet ad hoc. S.D. in tractatu de principijs naturę, ꝙ est differentia inter subiectum & materiam. nam materia est pura potentia nullam de se habens formam, subiectum autem est ens in actu per aliquam formam substantialem, & est in potentia ad formas accidentales, licet ergo anima sit in materia, nō tamē est in subiecto, cū materia non sit proprie subiectū, secundo arguitur sic. Nulla negatio

est ꝓprietas substãtię, cũ oĩs ꝓpria passio sit ens reale. sed non esse in subiecto accipitur dupliciter, vno modo, vt est negatio, secundum, quòd littera sonat, & sic non est proprietas substantiæ, vt bene concludit argumentum. Alio modo accipitur, ſm ꝙ per talem negationẽ circũloquimur aliquid positiuum. s. hoc ꝙ est per se esse, & hoc modo est proprietas substantię, imò est ratio substantię, vt distinguitur contra accidens, sicut supra declaratum fuit.

Deinde cum dicit. (In ista autem) ponit secundam proprietatem substantiæ, quam per duas conclusiones declarat. Prima hæc est genera & species substantiarum, & etiam differentię essentiales prędicantur vniuoce, quam conclusionem sic probat. Quæcunq; prædicatur secundum idem nomen, & eandem rationem, prędicantur uniuoce, vt patet ex diffinitione vniuocorum, sed omnia prędicta sunt huiusmodi. nam species dicitur secundum nomen & rationem de indiuiduis, genus etiam dicitur eodem modo de specie, & per consequens de substantia prima, per illam regulam, quãdo alterum de altero prędicatur &c. Similiter differẽtia prędicatur de specie & de indiuiduis. hęc aliter non probat, quia de se patent, & supra per Philoso. declarata sunt. Secunda conclusio, prima substantia non prędicatur vniuoce, quod probatur dupliciter, quicquid prędicatur, vniuoce prędicatur. sed prima substantia non prędicatur, quum nihil habeat inferius se. ergo &c. Potest tamẽ prima substantia prędicari de se ipsa, & etiam de suis superioribus, prædicatione indirecta. Secundo arguitur sic. Omnis terminus vniuocus est de multis prędicabilis. sed prima substantia non est prędicabilis de multis: nomen. n. quo ipsam significamus, est nomen propriũ, tale autẽ nomen vni soli conuenit.

Deinde quũ. (Oĩs aũt substantia) ponit tertiam proprietatem substantiæ, q̃ est ista. Omnis substantia vr̃ significare hoc aliquid, licet tamen prima substãtia significet hoc aliquid. secũdę vero significant quale quid sub appellationis figura. In ista conclusione sunt tres partes: prima est, ꝙ substantia prima significat hoc aliquid. secunda est, ꝙ secundę substantię vr̃ significare hoc aliquid. tertia est, ꝙ substãtię secundę significant quale quid. Sciẽdũ est igitur, ꝙ hoc aliquid accipitur dupliciter, vt dicit S. Doct. 1. par. q. 75. art. 2. ad 1. Vno modo accipitur pro omni per se subsistente. & hoc modo excluduntur ab eius ratione non solum accidentia & formę materiales, sed etiam partes substãtiarum. & sic loquitur philos. de hoc aliquid. probatur ex his, quòd prima substantia significet hoc aliquid. quicquid significatur per se subsistens completum in specie, significat hoc aliquid: sed prima substantia est huiusmodi: ergo &c. Secunda pars probatur. secundæ substantię significant substantiam· ergo videtur, quòd significat hoc aliquid, non tamen significant hoc aliquid: quia significant naturam communẽ, quæ non subsistit, nisi in indiuiduis. sicut homo significat humanitatem, quæ non subsistit nisi in particularib⁹ hominibus. tertiam partem, s. quòd secundę substantię significant quale quid, sic declarat perpulchrè S. D. in tract. de natura generis dicens, ꝙ si accipiatur secunda substantia, puta aĩal sine intentione vniuersalitatis, non est propriè prędicabile, nec secunda substãtia, sed vt sic est prima substantia, q̃ neq; in subiecto, neq; de subiecto dicitur. Si vero accipiatur sub intentione vniuersalitatis, sic est secunda substantia. Ista autẽ intentio vniuersalitatis, & omnia alia, quæ facit intellectus circa substantias, sunt accidentia. & ideo, ꝙ animal & alię secundę substantiæ prædicentur de subiecto habent ex hoc, quòd per actum rationis induunt naturam accidentis. dicit ergo philos. ꝙ substantię secundę significãt quale quid inquantũ per actum rationis transeunt in similitudinem accidentis, non amittendo substantiã propriam in rerum natura, sed accipiendo intentio-

intentionem vniuersalitatis, per quã habent, ꝙ sint substantię.s.prędicabiles de pluribus, & genera, & species. Et quia dixerat substãtias significare quale quid ne quis putet ens significare rem de prędicamento qualitatis, hic remouet dicens, ꝙ non se habent sicut hoc nomen album, quod puram qualitatem significat, vt dictum est supra, sed ideo dicuntur significare quale quid, quia significant naturam communem contrahibilem per aliquas differentias, maior autem determinatio fit in generę quam in specie, non ꝙ genus sit determinatius quam species, sed quia genus plura continet sub se quàm species: & ideo potest ad plura determinari.

Deinde quum dicit (Inest aũt substantijs) ponit quartam proprietatem substantiæ, quæ talis est. Substantię nihil est contrarium: hanc conclusionem probat Phi. nam primæ substantiæ nihil est contrarium, similiter & secundæ substantię, quid erit contrarium? quasi dicat nihil: ergo substantiæ nihil est contrariũ. deinde quum dicit (non est autem) dicit hanc proprietatem non conuenire soli substantiæ, quod probatur sic. Nam non habere contrarium conuenit quantitatibus, ergo non conuenit soli substantiæ: consequentia patet, antecedens probatur, nam bicubito nihil est contrarium, & denario numero nihil est conttrarium, sed ista sunt quantitates: ergo quantitati nihil est contrarium. Contra hoc arguit ipse Phi. sic, magnum & paruum sunt contraria, & sunt quantitates: ergo quantitati est aliquid contrarium. Respondetur ad hoc ꝙ aliqua significãt determinatam speciem quantitatis, vt bicubitum tricubitũ, duo, tria, quatuor linea, superficies, & his quantitatibus nihil est contrarium. Alia significant quantitatem indeterminate, sicut magnum, & paruum, non enim dicunt determinatam quantitatem, sed possunt conuenire diuersis speciebus quantitatis, & his nihil prohibet esse contrarium. Posset etiam dici, ꝙ magnum & paruum non proprie sunt quantitates, sed passiones quantitatis, sicut ẽt finitũ & infinitum: Vel dici potest, ꝙ magnum & paruum sunt relatiua continentia quantitatem, & non sunt ipse quantitates.

QVAESTIO,

An substantiæ nihil sit contrarium.

Circa hunc textum Philosoph. quærendum est an bene sit dictum, ꝙ substãtię nihil est cõtrarium, & etiam, ꝙ quicquid corrumpitur habet contrarium, vt dicit Phil. primo cęli, sed substantia corrumpitur: ergo ei est aliquod contrarium. Secundo ignis & aqua contrariãtur, & sunt substantiæ: ergo vna substantia est alteri contraria. Tertio in omni genere est vna contrarietas, sed substantia est vnum genus: ergo in substantia est contrarietas.

RESPONSIO,

Cum duabus conclusionibus.

Respondet ad hãc conclusionẽ Sanc. doctor. libr. 5 Phi. lec. 3. & 11. metaphy. lectione 12. duabus conclusionibus, quarum prima hæc est, in substantia nõ est conttarietas proprie dicta. Pro cujus notitia est sciendum, ꝙ ad talem contrarietatem requiruntur octo condictiones, primo, ꝙ vtrunq; contrariorum sit ens reale, & propter hoc bonum & malum non sunt contraria, quia malum non est ens reale, sed est tantum priuatio boni. Secundo oportet, quòd habeant idem subiectum propinquum vel remotum, quòd dico, quia calor & frigus nõ possunt esse in eodem subiecto proximo, sed in eodem remoto. s. in materia prima, & ideo dixit phil. ꝙ hñt idẽ subiectũ proximũ, nisi alterũ insit a natura. Tertio requiritur incompossibilitas simul essendi in eodem subiecto, quia albedo & dulcedo non cõtrariantur, sunt enim simul in eodem subiecto, vt patet in lacte. Quarto requirit, ꝙ sint sub eodẽ genere. Quinto, ꝙ maxime distent, ꝑꝑ ꝙ in numeris non est contriarietas. nullus enim

enim numerus maxime distat ab alio, cum in eis sit ire in infinitum. Sexto, ꝙ talis distantia sit continua, ꝙ ab vno in aliud posſit esse motus continuus, propter quod duæ formæ substantiales non sunt contrariæ, quia non acquiruntur succeſsiue, sed in instãti. Septimo ꝙ vtrũque cõtrariorũ adueniat enti in actu, de fectu cuius formæ substantiales nõ sunt vere contrariæ, quia quælibet aduenit puræ potentiæ, scilicet materiæ primæ. Ex his patet prima conclusio, quia prædictę conditiones nulli substantiæ conueniunt, maxime octaua. Secunda conclusio, contrarietas largo modo accepta est in substantijs. Hanc sic probat Philo. 10. metaphy. vbicunque est oppositio duarum formarum sub eodem genere, ibi est contrarietas, sed in substantia est hoc, ergo, &c. quia omne genus diuiditur duabus differentijs oppositis, quarum vna respectu alterius est imperfecta.

SOLVTIO.

Ad primum dico, ꝙ Phil. ibi probat cęlum non esse corruptibile ex hoc, ꝙ non habet cõtrarium, nec componitur ex contrarijs: ex quo patet, ꝙ ad corruptionem sufficit compositio ex contrarijs, talis nunc compositio est in substantiis corruptibilibus. Ad secundum negatur maior, nam ignis, & aqua non contrariatur, licet eorum forme accidentales, scilicet calor & frigus sunt contraria. Ad tertium negatur maior de contrarietate proprie dicta: sed intelligit Philosoph. de contrarietate accepta largo modo.

Deinde cum dicit, (Videtur autem substantia) ponit quintam proprietatem substantię, quæ est hæc, substantia non suscipit magis & minus: hanc conclusionem probat phil. inductiue, vnus enim homo non dicitur magis homo quàm alius, nec unum animal est magis animal quam aliud: sed ista sunt substantię: ergo substantia non recipit magis & minus.

QVAESTIO,
An substantia suscipiat magis & minus.

Contra hoc arguit sic Philosop. substantia prima est magis substantia quàm secunda: ergo substantia suscipit magis & minus: consequentia patet, & antecedens supra est probatum.

RESPONSIO,
Cum quatuor modis dicendi magis & minus.

Respondeo, quanuis ista quęstio non sit pręsentis speculationis, dicam tamen aliquid breuiter & clare, quantum possum. Sciendum est igitur, ꝙ omnis forma tam substantialis quàm accidentalis dat esse ei, cui aduenit, sed differenter, nam aliquæ formę accidentales dãt esse imperfectius, nã perfectius esse suis subiectis: & ꝑꝑ hoc dicuntur habere latitudinem, formæ autem substantiales dant esse eodem modo semper subiectis suis. Dico primo, ꝙ aliquod subiectũ dici ſm magis & minus, nõ est aliud q̃ ipsum participare formam ſm perfectius, vel imperfectius esse, & quia substantialis forma non dat perfectius & imperfectuis esse, ideo ſm ipsum nõ denominatur aliq̣d magis & minus: dicit ergo Phi. ꝙ substantia non suscipit magis & minus, nõ ad hunc sensum, ꝙ vna substantia non sit perfectior alia, sed quia una nõ magis participat naturam suę speciei aut substantiæ q̃ alia: siue q̄ secundum ipsum non denominatur aliquid magis, vel minus, & sic exponit hunc textũ sanctus doctor in prima parte quæst. 93. articul. 3. ad 3. Sciendum est autem vt dixit idem Sanctus Doct. partim primo sententiarum dis. 8. q. prima in expositione litterę: partim in quęstionibus de potentia. quæst. 7. artic. 7. ad 3. ꝙ quatuor modis possunt aliqua dici secundum magis, & minus: vno modo quantum ad formam participatam: & hoc est quando forma secundum quam aliquid

aliquid denominatur hēt pfectius esse in vno, quàm in alio, & nunc perfectius, & postea imperfectius eē in eodē, quomodo dicitur aliquid magis, vel minus album: & hic modus reperitur tantum in accidentalibus formis, non enim in omnibus, sed maximè in qualitatibus, siue habeant cōtrariū, siue non. nam aer dicitur magis, vel minus lucidus, quamuis lumini sit contrarium, & tale magis, & minus nō variat speciem. Secundo dicitur magis, vel minus, quantum ad modum participādi, & nō quātum ad rem participatam, secundū quē modum Angelus dicitur magis intellectualis, quàm homo. Tertio dicitur magis, vel minus id, quod de vno dicitur, secundùm essentiam, & de alio per participationem, quarto dicitur magis, & minus, quando aliquid est tale formaliter, & aliud est tale eminentiori modo: sicut Sol est eminentiori modo calidus quàm ignis, & isti tres vltimi modi reperiuntur etiam in substantijs, dicitur.n. Deus magis ens, quàm homo, quia est ens per essentiam, homo autem per participationem: nec hi tres modi variant substantiam aliam: nota quæ pertinent ad remissionem, & intensionem formarum, fortè dicentur in loco suo, Deo duce, & vita comite.

SOLVTIO.

Ad argumentum responsum est supra quòd substātia quo ad genericam rationem substantiæ, non magis dicitur de prima, quàm de secunda, sed quantum ad actum substantialis, & accidētalis.

Deinde cum dicit (maximè vero substantiæ proprium videtur) ponit sextam proprietatem substātiæ, quæ est ista. maximè proprium est substantiæ, secūdùm sui mutationem esse susceptiuum cōtrariorum: pro cuius conclusionis notitia dico tria: primo vt inquit Burleus, ꝙ ly maximè potest accipi dupliciter, uno modo, vt est aduerbium, & tunc est sensus, quòd inter omnes proprietates substantiæ ista maximè conuenit ei: sed hic sensus non videtur conueniens ei, quia non esse in subiecto, videtur potissima proprietas substantiæ. Alio modo accipitur nominaliter, & est sensus, ꝙ ista proprietas conuenit ei, quæ maximè est substantia, cuiusmodi est substantia prima, & quòd sic intelligat Phil. patet ex processu quem facit in litera dicens, ꝙ hoc est proprium illi substantiæ, quæ idē numero manens recipit in se contraria, esse autem idem numero conuenit substantijs primis, & non secundis. Dico secundo, quòd recipere contraria contingit dupliciter, vt dicit S. Doctor in quęstionibus de veritate, uno modo in potentia ad, & sic substantia habet contraria, quia est in potētia ad recipiēda cōtrarias qualitates. Alio modo in actu, & hoc dupliciter. Vno modo secundùm esse perfectum, & sic est impossibile, ꝙ duo contraria sint actu in eodem subiecto. Alio modo secundùm esse imperfectum, & sic possibile est: nam in coloribus medijs est albedo, & nigredo secundùm esse remissum, & in tepido est calor, & frigus. Dico tertio, ꝙ substantiarum aliqua est incorruptibilis, sicut sunt corpora cęlestia. Aliqua est corruptibilis, sicut sunt aliæ substantiæ corporeæ. Substātia incorruptibilis nō potest recipere contraria, quia non est susceptiua peregrinarum impressionum, ut dicit Philosophus primo metheororum. Est ergo sensus conclusionis, quòd proprium est substantiæ primo corruptibilis, esse susceptiuū contrariorū successiuè, secundum sui mutationem, ita ꝙ non recipit cōtrarias formas, nisi transmutetur de vna in aliam: & ad hunc sensum ista proprietas est conuertibilis, cū substantia, quia conuenit omni tali substantiæ, & nihil est aptum recipere cōtraria, nisi sit talis substantia.

Tres instantiæ contra sextam proprietatem, & fiunt, & soluuntur.

Contra hoc arguitur primo. Esse susceptiuum contrariorum conuenit superficiei, cum eadem superficies nunc

sit

sit alba, & postea nigra. ergo non conuenit soli substantiæ.

Secundo ignis non potest transmutari de calore in frigus, & ignis est substãtia. ergo non omnis substantia est susceptiua contrariorum.

Tertio arguit ipse Phil. ibi (nisi quis forsitam) oratio, & sensus sunt susceptiua contrariorium; sed istę non sunt substantiæ: ergo hęc proprietas nõ conuenit soli substantiæ: minor patet: maior probatur; eadem oratio, & eadem opinio est vera, & postea falsa: sed verum, & falsum sunt contraria. ergo oratio & opinio sunt susceptiua contrariorum.

Ad primum respõdet S. Doc. in quæstionibus de virtutibus. q. 4. art. 7. quòd accidens tripliciter comparatur ad subiectum. Vno modo tanquam ad id, qđ præbet ei stabilimentum; cum enim accidens per se esse non posit, oportet, ꝙ stabilimentum cuiuslibet accidentis sit ab eo, cui conuenit esse per se, huiusmodi autem est sola substantia. Secũdo cõparatur accidens ad subiectum sicut potentia ad actum. Subiectum .n. recipit in se accidentia, recipere autẽ est proprietas potentiæ: & ideo subiectũ se habet vt potentia, & accidens est actus, & forma subiecti. Tertio cõparatur ad ipsum ut effectus ad causam: nam subiectũ est causa accidentium. Si enim sint accidentia per se, ut sunt propriæ pasiones, sic causantur a principis essentialibus speciei: si vero sint accidentia communia, causantur a principijs indiuidui. Primo modo sola substantia est susceptiua, quia cum sola substantia habeat esse per se, ipsa sola dat subiectum accidentibus, & hoc modo intelligi debet hic textus philosophus. Secundo autem & tertio modis vnum accidens potest esse subiectũ alterius, q̃a vnũ est in potẽtia ad aliud, sicut superficies ad colorem, & similiter vnum est causa alterius; patet nam calor, & humiditas sunt causa saporis: uel potest aliter responderi, quòd superficies non est proprie susceptiua contrariorum, sed est id quo mediante substantia recipit qualitates cõtrarias, ita ꝙ superficies est magis ratio suscipiendi cõtraria, quàm ipsa recipiat.

Ad secundum respondet Phil. in post prædicamentis, vbi diffiniens contraria dicit, ꝙ contraria sunt, quæ vicisim habent fieri circa idem subiectum, nisi alterum insit a natura. Ex quo patet quòd prima substantia potest transmutari de vno contrario in aliud, quando nullum contrariorum inest ei naturaliter. calor enim inest naturaliter igni, & ideo non potest transmutari de calore in frigus.

Ad tertium respondet Philosophus, & circa hoc duo facit, secundùm quòd negat maiorẽ quo ad duas eius partes, quarum vna est, quòd opinio, & oratio modo sunt veræ & modo falsę, secundũ sui mutationem. Circa quod est sciendum, quòd verum & falsum sunt in solo intellectu proprie, & principaliter, quia sunt in eo solo tanquam in cognoscente. verum & falsum. Sunt etiam in rebus tãquam in rebus veris: quæ tamen res nõ dicuntur verę nisi secundùm ꝙ conformantur intellectui. Sunt etiam in oratione, & opinione non quidem formaliter; sed tanquam in signo. Ex quo patet, quòd oratio dicitur vera non denominatione intrinseca, sed extrinseca: sicut etiam medicina denominatur sana sicut a sanitate, quæ est in animali, & similiter vrina: in huiusmodi autem variatur denominatio ex sola mutatione rei signatæ: dicit etiam Philo. ꝙ oratio & opinio vera nõ efficitur falsa ꝑꝑ mutationem ipsius orationis: sed ex mutatione rei. Nam ista oratio scripta, Sortes sedet, est vera ipso sedente, & est falsa eo non sedente. Dico secundo pro expositione textus, quòd opinio vocatur in hoc loco visus ab Aristotele, quia opinio est conclusio syllogismi dialectica, quæ non cogit intellectum, sed facit apparentiam. Dico tertio quòd tripliciter contingit mutare aliquam opinionem. vno modo ex mutatione rei, ut dicitur hic in litera: Secũdo propter obliuionem. Tertio propter rationem in cõtrarium, sicut si opinor terram esse maiorem Sole, & sit ratio concludẽs

oppositum:quæ mihi appareat efficax, mutabo opinionem.In hoc itaque consistit prima solutio, quòd oratio & opinio non dicuntur nec ueræ nec falsæ secundum sui mutationem, sed ex mutatione rei. nam ex eo, ꝙ res est vel non est, dicitur oratio uera, vel falsa.

Contra istam propositionem arguitur sic. Oratio potest esse vera re nõ existente, vt patet nullo homine existente, ista est vera: homo est animal:ergo oratio non dicitur vera ex eo, ꝙ res sit vel non sit. Ad hoc potest dari multiplex solutio, secundum, ꝙ multis modis dicta propositio potest exponi. Primo, ꝙ per rem esse non intelligitur actualis eius existentia, sed ꝙ ita sit ex parte rei, quòd prædicatum conueniat subiecto, sicut per propositionem signatur: unde nulla rosa existentę, hoc prædicatum substantia conuenit huic subiecto rosa:& ideo ista propositio est uera, rosa est substantia, siue rosa sit, siue non. Secundo exponitur sic, ꝙ ad veritatem propositionis oportet rem esse aut in suo effectu, vel in suo simili, saltem in specie. Et propter hæc, licet nulla rosa sit in rerum natura, quia tamen eius species intelligibilis est in intellectu, ideo ista non est uera, rosa non est substãtia. Tertia expositio est, ꝙ duplex est prædicatum rei:nam aliquod est prædicatum essentiale subiecto, uel saltem per se conueniens ei, ut propria passio,& de talib. propositionibus, in quibus annuntiantur talia prędicata, nõ intelligit philos. quia possent esse veræ siue res sit, siue non sit. Alia sunt prædicata, quæ non sunt de essentia subiecti: vt in ista propositione, homo est albus:vel in ista, homo est, nã esse actualis existentiæ non est de essentia alicuius creaturæ,& de his loquitur philosophus, vt patet ex exemplis quæ ponit.

Deinde quũ dicit (Siquis autem,&c.) negat aliam partem eiusdem minoris, dicens, ꝙ oratio, & opinio non recipiunt in se contraria, eo ꝙ verum & falsum non sunt in orationibus formaliter & subiectiue, vt dictum est:ipsa autem substãtia suscipit contraria formaliter.

QVAESTIO,

An propositiones primi & secundi modi perseitatis sint veræ non existentibus rebus.

Propter regulam quam in hoc capitul. ponit philosophus. dicens, ex eo ꝙ res est uel non est, dicitur oratio uera, vel falsa insurgit dubitatio: an propositiones primi & secundi modi perseitatis sint veræ etiam rebus non existentibus, puta istæ: homo est animal, homo est risibilis: & uidentur, ꝙ non. Primo quia ut dicitur secundo perihermenias, a tertio adiacente ad secundum est bona consequentia, quando ex parte prædicati non est distractio nec diminutio, sed in ista propositione, homo est animal, non est distractio nec diminutio: ergo bene sequitur, homo est, sed ponitur, ꝙ nullus homo sit, ergo &c. Secundo nullo homine existente omnis hõ est mortuus, ergo nullus homo est animal, tenet consequentia, quia mortuum tollit & destruit rationem animalis. Tertio si homo est animal: ergo est animatus: ergo anima est corpori vnita, sed nullo homine existente aĩa nõ est corpori vnita, ergo &c. duæ primæ cõsequentiæ patent, minor probatur, accidentia per accidens non conueniunt vniuersalibus nisi per particularia:sed copulatio est accidens per accidens, ergo nõ cõuenit vniuersali nisi mediante particulari:sed nullo homine existente particulares homines non sunt, ergo &c. Quarto. si nullo homine existente hõ est animal:ergo ẽt ista est vera, aliquis hõ ẽ animal, sed hoc est falsum, quia eius contradictoria est vera, quę est ista, nullus hõ est animal, cum nullus homo sit, prima consequentia patet ex modo arguendi, quo usus est philosophus supra in isto cap. dicẽs, animal prædicatur de homine, ergo prędicatur de aliquo homine. Quinto dicit philosophus in secundo Posteriorum, ꝙ non põt sciri de aliquo quid sit, nisi sciatur an sit,& sciatur rem esse: ꝙ quæritur

per quæstionem, an est, ergo nullo homine existente non potest sciri quid sit, quũ non sciatur ipsum esse. Sexto sola prima ueritas est ęterna. ergo hæc non fuit semper vera, homo est animal. consequẽtia patet, antecedens est sanc. Tho. prima parte q. 16. & quæstion. 1. de veritate ar. Septimo ex hoc sequitur, quòd si Deus non esset, adhuc esset verum dicere, Deus est: sed hoc est falsum. ergo, &c. falsitas cõsequentis patet, quia alias contradictoria essent simul vera. s. istæ duæ, Deus est: Deus nõ est: consequentia probatur, quia esse est de essentia Dei. Octauo si in casu hõ est animal. ergo, & sortes est hõ, sed hoc est falsum, ergo, &c. cõsequentia patet, quia sicut animal est de essentia hominis, ita hõ est de essentia sortis. falsitas cõsequentis probatur. si sortes est hõ, ergo est substãtia: sed hoc est falsum: ergo, &c. consequentia patet, falsitas consequentis probatur, si est substantia, ergo aut prima aut secunda, sed non est substantia prima, neq; secunda: ergo, &c. maior patet a sufficienti diuisione. minor ꝓbatur, quòd enim non sit substantia secunda patet, quia nõ est species, neque genus, nec differentia, quòd non sit substãtia prima probatur. omnis prima substantia materialis est hic & nunc, sed sortes est substantia materialis, & non est hic neque nunc, in casu posito: ergo non est substantia.

RESPONSIO
Declaratiua.

Respondeo in ista quæstione facio tria, primo declarabitur quid significent istæ propositiones, secundo respõdebitur ad quæsitum. tertio soluam argumenta in oppositum. Quantum ad primam præmitto duo, primum est, in omni ꝓpositione affirmatiuè vera oportet, quod subiectum & prædicatũ significent idem aliquo modo secundum rẽ, & diuersum secundum rationẽ hoc patet tam in propositionibus, quę sunt de prædicato accidentali: quam in his quæ sunt de prædicato substantiali: manifestum est enim, quòd homo & albus sunt idem subiecto, & differunt ratione. Alia enim ratio hominis: & alia est ratio albi. similiter cum dico, homo est animal, illud idem quod est homo est etiam animal. in eodem enim supposito est natura sensitiua a quo dicitur animal, & natura rationalis a qua dicitur homo, vnde in illa propositione subiectũ & prædicatum sunt idem supposito, & differunt ratione: sed & in propositionibus, in quibus idem prędicatur de seipso, hoc aliquo modo inuenitur, in quantũ intellectus id quod ponit a parte subiecti, trahit ad rationem suppositi quod vero ponit a parte prædicati, trahit ad naturam formæ suppositi existentis, secundum, quòd dicitur, quòd prædicata tenentur formaliter & subiecta materialiter, huic autem diuersitati quæ est secundum rationem, correspondet pluralitas subiecti & prædicati, identitatem vero rei significat intellectus per ipsam compositionem, prædicta sunt sanct. Thom. prima parte q. 13. arti. ultimo, ex quibus patet esse differentiam inter proposiones de prædicato accidẽtali, & de prædicato essentiali: nam propositio in qua prædicatum accidit subiecto, prędicatum accidit subiecto, inquantum importat unitatem ipsius accidentis cum subiecto, quæ quidem est ex hoc, quòd accñs subiecto inhęret. ꝗ esse non pōt nisi subiectũ sit in rerũ natura, in ꝓpositionib. aũt de prædicato essentiali copula verbalis importat vnitatẽ, non ex eo, quòd tale prędicatũ subiecto inhæreat, sed quia idẽ sunt & idẽ significant: nam hõ significat animal: est. n. animal rationale: & ideo ubi est unitas siue identitas subiecti, propositio est vera, quia adæquate hoc significat: siue subiectũ sit in rerum natura, siue non. Quod non ea quæ diximus sint de mente phi. patet ex his, quæ dicit tum in primo, tũ ẽt in secundo libro periher menias, vbi dicit, ꝙ verbũ est significat compõnem quandam, quam sine extremis non est intelligere. dicit ẽt in propositionibus, compositis, idest in quibus prædicatum

est tertium

est tertium adiacens, significatur veritas copulationis prædicati cũ subiecto. cui veritati accidit prædicatum, aut subiectum sit actu, vel conceptu, vel in effectu. non enim talia accidunt subiecto, & prædicato, inquantum inter se copulantur, sed sufficit ad veritatem propositionis, ꝙ habitudo copulationis sit necessaria, & per consequens vera, quomodocunque sumantur extrema, quod quidem contingit in propositionibus primi modi perseitatis, in quibus idẽ est subiectum, & prædicatum: & similiter in propositionibus secundi modi, in quib. prædicatum consequitur ad subiectum. Præmitto secundo quòd esse tripliciter dicitur, vno modo secũdùm quòd significat quiditatem, prout dicimus, diffinitionem esse orationem indicantem esse rei. Alio modo dicitur esse ipse actus essentiæ, sicut viuere quidem esse viuentibus est actus animæ, non quidem actus secundus, sed actus primus. Et hoc significant propositiones simplices, in quib⁹ prædicatum est, secundum adiacens, ut cum dico, homo est: albũ est: rosa est. Tertio dicitur esse, quòd significat veritatem cõpositionis in propositionibus: secũdùm quòd esse dicitur copula, quod quidem esse, ut inquit S. Tho. quolibeto 4. art. 3. non est aliquid in rerum natura, sed tantum in actu animę componẽtis, & diuidentis, hoc autem esse potest attribui omni ei, de quo potest propositio formari, siue sit ens, siue priuatio entis. Dicimus enim entitatem esse, & ꝙ non ens est non ens. In his ergo propositionibus, homo est animal, homo est risibilis, est non significat essentiam: quia homine corrupto nullibi est essentia hominis, non etiam significat actuale existere, sed dicit veritatem propositionis, siue copulationis prædicati, cum subiecto. Dicunt etiam aliqui ex iunioribus, quòd est accipitur dupliciter, vno modo ut significat actum existendi, i. accidẽtale existere, & sic nullo homine existente ista propositio non est vera, homo est animal. Alio modo vt dicit actũ significatum, & sic est natura: nam homo semper significat animal, siue sit in rerum natura, siue non.

RESPONSIO

Ad quæsitum.

His præmissis respondeo ad quæsitũ affirmatiuè, quòd propositiones cõpositæ, cathegoricę, affirmatiuę de inesse, nullo modo æquiualentes hypotheticis vel modalibus, non habentes implicationem ex parte subiecti potissimè cõtingentem, & accidentalem, vel impossibilem, quorum prædicata conueniunt subiectis in primo, vel secundo modo perseitatis, sunt perpetuę veritatis etiã subiectis non existentibus. Dico compositas ad excludendum simplices, ut cum dicitur homo est: Dico affirmatiuas, quia semper negatiuę sunt falsæ, vt ista, homo non est animal. Dico cathegoricas, quia aliquę hypotheticæ essent falsę, ut ista homo est animal, & homo currit: quia ad veritatem copulatiuę oportet quamlibet partem esse veram. Dico de inesse, quia ista modalis est falsa homo contingenter est animal. Dico non ęquiualentẽ hypotheticæ propter istas, homo qui currit est animal: quando homo currit est animal. Dico non habentes implicationem contingentem, uel impossibilem, propter istas, homo albus est animal. homo irrationalis est animal. probo autem dictam conclusionem primo. Omnis propositio scita est vera, & necessaria, ut patet primo posteriorum: sed nullo homine existente Angelus, & Deus sciunt istam propositionem, homo est animal: ergo ipsa est uera, uel necessaria. Ad hoc respondẽt aliqui, quòd hæc propositio non est necessaria nisi sub conditione, i. posita cõstantia subiecti, nec aliter scitur ab aliquo intellectu. Contra, sequitur ex hac respõsione, ꝙ ista propositio, homo sedet, esset ęque necessaria, sicut ista, homo est animal, quia etiam ista, homo sedet, est necessaria sub cõditione posito, quòd sedeat. Respõdebitur forte negãdo consequentiã, quia homo potest esse

dato

dato quòd non sedeat, nō autem potest esse nisi sit animal. Contra saltem sequitur quòd ista esset æque necessaria, homo existit, quia non potest esse nisi existat. Secundo arguo ad idem, nullo homine existente ista est vera, homo est homo. ergo etiam ista, homo est animal, consequentia patet: quia animal includitur in ratione hominis, antecedens ꝓbatur: tum quia nulla est verior prædicatio, quàm quando idē prædicatur de se ipso: tum etiam, quia ista semper est vera, negatio est negatio: ergo & iste homo est homo. patet consequentia: qa in utraque idem dicitur de se ipso antecedens probatur, plus videtur ista esse neganda, negatio est ens, quàm ista negatio est negatio: sed prima conceditur, ergo secunda: consequentia patet cum maiori: minorē Philosophi quarto metaphysicę particula secunda dicētis sic. quædam dicuntur entiā, quia sunt substantiæ, & quædam quia passiones, & quædam, quia accidentia, & quædam, quia sunt via ad substantiam, aut ad relationem: aut quia sunt non ens, aut quia negant aliquid accidentium ad substantiam: vbi commentator dicit commento secundo. Illud etiam quòd est priuatio entis dicitur ens. & post pauca subdit. dicitur etiam ens illud quòd existit in substantia, & hoc est commune cæteris prædicamentis. Et quemadmodum ens dicitur de omnibus istis, ita etiam dicitur de affirmatione, & negatione, patet ergo ex textu Philosophi, & ex sententia commentatoris, quòd de illo, ꝙ non est aliquid in rerum natura, prædicatur ens: ergo multo magis idem prædicabitur de se ipso, siue sit in rerum natura, siue non. Tertio omne mediū alicuius verę conditionalis, siue alicuius processus necessarij, est necessarium, cuius ratio est, quia processus necessarius, siue demonstratiuus non est nisi ex necessarijs, vt dicitur primo posteriorum; sed ista propositio, homo est animal, est medium processus necessarij etiā nullo homine existente: ergo nullo homine existente est necessaria: minor probatur, omne medium alicuius verę conditionalis est medium processus necessarij, cum omnis vera conditionalis sit necessaria, sed ista propositio, homo est animal, est medium verę conditionalis: ergo, &c. minor probatur. nā nullo homine existente Angelus posset formare istam conditionalem, homo currit, ergo animal currit, vel sic. si homo currit, animal currit, quæ conditionalis est vera, tenet ratione istius propositionis; homo est animal. Quarto arguo sic. Dicit Philo. in secundo perihermenias, ꝙ nulla negatiua est vera nisi per accidēs, eo quòd reducitur ad affirmatiuā priorem, maximè vero ad illam, in qua idē ꝓdicatur de se ipso, vnde veritas istius, bonum non est malum, reducitur ad ueritatem istius bonum est bonū: sed nullo homine existente ista negatiua est vera, homo non est asinus, ergo reducitur ad veritatem istius affirmatiuæ, homo est homo. Quinto arguitur, cōtradictoria istius, homo est homo, est falsa in casu, quòd nullus homo sit, ergo ipsa est uera: consequentia patet; quia si unum contradictoriorum est falsum, reliquū est verum: antecedens probatur. hæc est falsa, nullus homo est homo: & hæc est sua contradictoria: quia vniuersalis negatiua, & particularis, siue indiffinita affirmatiua contradicunt: maior ꝓbatur. Nam si nullus homo est homo, ergo homo non est homo: hoc consequēs est falsum. ergo antecedens; consequētia patet: quia ad ueritatem vniuersalis sequitur veritas eius indiffinitæ: falsitas consequentis probatur. Nam ad istam, homo nō est homo, sequitur ista homo est non homo. per illam regulam consequentiarum a negatiua de prædicato finito ad affirmatiuam de prędicato infinito est bona consequentia. Tunc vltra, homo est non homo. ergo non homo est homo: per conuersionem simplicē. his concessis tunc ex conuersa, & cōuertente, quæ ab aduersario conceduntur, arguitur sic. Non homo est homo, & homo est non homo. ergo homo non est homo: quod erat probandum.

Eandem

Eandem conclusionem tenet Linconiensis commentis 4.6.& 7.& dominus Albertus in post prędicamētis ca.nono. vbi sic ait secundum Auicennam, & Algazelem,& Alpharabium & veritatem, quando prædicatum accipitur in ratione subiecti, talis propositio vera est siue de existente,siue non existente.siue.n.homo sit & animal,siue homo non sit nec animal:semp ista est vera,homo est animal.Et post pauca subditur,cũ.n.dr̃ homo est animal, sufficit ad ueritatē propositionis substantialis ordinatio prędicati ad subiectum.Et iterum post aliqua subdit, & si quæratur,in quo fuit illa rerũ ordinabilitas, quando non erant res, dicendũ,est ꝙ fuit in ipsis rerũ rõnibus. si aũt de illis rationibus vlterius quæratur, dicendum ꝙ fuerint in sapientia creantis, & ordinantis. Sanctus etiam Thomas prima parte. q. 77. dicit id ꝙ per se inest semper, & inseparabiliter inest,sed animal per se inest homini, ergo semper & inseparabiliter inest, ei. Constat ergo tum rationibus, tum auctoritate præstantissimorum philosophorum, eiusmodi propositiones esse perpetuæ veritatis, ipsis etiam rebus non existentibus,& corruptis.

SOLVTIO.

Ad argumenta vero,quę contra hanc veritatem adducta sunt, respõdebimus. Ad primam ꝙ quamuis illa regula phi. teneatur in prædicatis per accidens, nõ tamen in prędicatis per se. vnde bene sequitur,homo est currens, ergo homo est:nõ autem sequitur homo est animal: ergo homo est. Dico secundo ꝙ licet non valeat in terminis distrahentibus a tertio adiacente ad secundum, puta est homo mortuus, ergo est, valet tamen in terminis essentialibus respectu eiusdem termini non distracti, puta est homo mortuus, ergo est homo. Ad secundum & tertium respondeo simul, in quorum altero de uiuo, altero de mortuo arguitur, quum enim dicitur, ꝙ de ratione hominis est esse animatum,hoc ideo habet veritatem, quia de ratione hominis est viuens, quum sit genus ad animal, & per consequens etiam ad hominem. Videndum est igitur quomodo viuens sit genus ad animal & ad hominem. Hoc enim nomen vita, vt dicit S. Thom.prima p.q.16. impositum est ab operatione,qua res aliqua seipsam mouet, siue ab actu qui est actus perfecti, vt intelligere, & sentire, & velle, siue motu, qui est actus imperfecti: est autem impositum ad significandum essentiam, siue naturam, aut quidditatem, quæ talis est, quod ei non repugnat mouere seipsum. Aliquando igitur accipitur vita pro natura, cui conuenit seipsum mouere. Et sic viuens, vt denominatur a vita hoc modo accepta,est de ratione hominis. Talis enim vita hominis est ipsa humanitas, sed hæc vita non dicit actualem vnionem animæ cum materia, sed significat essentiam rei, & viuens ab ea dictum prædicatur de re quidditatiue.Mortuum autem vt opponitur tali vitæ,nõ conuenit homini nullo homine existente.immo nullo homine existēte homo est viuens hoc modo, sicut ēt est animal. Scđo accipitur vita pro esse, qđ dat anima rei animatæ, & hoc non põt esse sine vnione animę ad materiã, sed viuẽs vt dr̃ ab hac vita non est:igitur nec prædicatur quidditatiue, licet sit prædicatum substantiale.nã esse substantiæ reducitur ad genus substãtiæ sicut esse accidentis. Actus.n.& potẽtia sunt in eodẽ genere: & de hoc dicit philosophus in secũdo de anima, ꝙ viuere viuentibus est esse.Mortuum aũt,qđ opponitur huic vitæ,non distrahit rationẽ animalis nec viuentis,vt est genus ad animal. Tertio accipitur vita pro operatione rei viuentis,vt nutrire, generare, sentire, intelligere, & huiusmodi hoc mõ prædicatur accidentaliter. Ad quartum concedunt aliqui ꝙ sicut ante mundi creationẽ ista erat uera,homo est animal.Ita ẽt ista,aliquis homo est animal, & ei⁹ cõtradictoria erat falsa, q̃ est ista, nullus hõ est aĩal. & similiter ista est vera:Adã est aĩal,quia ad veritatẽ particu

laris sequitur ueritas alicuius singularis. Contra si aliquis homo est animal, ergo uel isté, uel iste est animal: sed nullo existente nec iste, nec iste est aīal, quū nullus sit qui possit demonstrari. Confirmatur quia S. Thom. in 3. senten. dicit, quòd Christus in triduo nō fuit homo. Respōdeo negatur minor, quia & si nullus esset demonstrabilis ad sensum, esset tamē demonstrabilis ad intellectum. Ad confirmationem dico ꝙ S. Thom. intelligit Christum in triduo non fuisse hominē actu existentem, uel pro Christo intelligit suppositum diuinum, & est sensus, ꝙ filius Dei in triduo non erat homo. Ad quintum negatur consequētia. quia philosophus ibi loquitur de quæstionibus, ideo in inquirendo quiditatem rei quęstio, an est, præcedit quæstionē quid est: quo habito & scito nō oportet rem existere: sicut habito fine non est necesse habere ea, quæ sunt ad finem. Ad sextum negatur consequentia, quia tales propositiones fuerunt ab æterno veræ in intellectu diuino, qui solus est æternus. Ad septimum dico illam cōsequentiam tenere materialiter. quū enim antecedens sit impossibile, non est mirū si ad ipsum sequitur quodlibet. Ad octauum concedo, ꝙ sicut ista est vera, homo est aīal. ita & ista Sortes est homo, siue sit Sortes, siue non sit. Ad improbationem negatur secunda consequentia: quia diuisio substantiæ in primam & secundam accidit ipsi substantię. Esse enim substantiā primam est esse indiuiduum, & esse substantiam secūdam est esse genus vel speciē, quas quidem mentiones constat per accidens conuenire substantiæ, quum ei non conueniat, nisi per operationem intellectus.

Expositio in capitulum de quantitate, cum suis quæstionibus.

QVantitatis est. Post capitulum de substantia tractat modo de quantitate. Circa quod tria principaliter facit. Primo tractat de quantitatibus per se. Secundo de quantitatibus per accidēs ibi. Propriè autem. Tertio assignat proprietatem quantitatis ibi. Amplius uero] tractat autem de quantitate post substantiam, vt inquit Sanct. Doctor in tractatu de natura generis, quia inter omnia accidentia ipsa est propinquior substantiæ: sicut. n. substantia est diuisibilis in partes essentiales, scilicet in materiam & formas. ita quantitas est diuisibilis in partes eiusdem rationis. Apparet autem ex processu philo. quòd præsupponit unam diuisionem quantitatis, quæ est ista: Quantitatum aliqua per se: aliqua uero per accidens. Pro cuius diuisionis notitia est sciendum, ut dicit San. Thom. in q. 1. de virtutibus. art. 11. quòd sicut ex ijs, quæ sunt magis nota nobis, deuenimus in cognitionem ignotorū, ita ex ijs, quæ manifeste cognoscimus, nominantur minus nota. Est autem ualde nota nobis corporum augmentatio, quum eam sensu percipiamus, & quia dicuntur corpora augeri, quando acquirunt perfectam quantitatem, ideo nomen augmenti translatum est ad significandum perfectam acquisitionem alicuius formę, & similiter ipsa formæ perfectio dicitur quædā quantitas perfectionis, etiam si non sit de natura quantitatis, sed qualitatis, & hæc quantitas perfectionis pręter istam est alia, quæ dicitur quantitas uirtutis, & attenditur penes aliquid ab ea extrinsecum, puta penes subiecta. v. g. ille dicitur habere maiorem uirtutem, qui potest ferre maius pondus, aut plura pondera. nec de his duobus modis loquitur philo. in isto c. Tertia est quantitas dimensiua: Aliqua enim est dimensiua per se, cuiusmodi sunt species, quas enumerat philosoph. Alia est dimensiua per accidens, ut albedo & nigredo, & alię huiusmodi qualitates, quæ extenduntur ad extēsionem superficiei. Sciendum tamen, quòd in huiusmodi formis reperitur duplex q̄titas. vna est intensiua, alia uero extensiua. Quantitas intensiua est perfectio ipsius formę, & hoc modo albedo unius parui cigni est maior albedine unius magni parietis,

parietis. quia est intensior & perfectior, econtrario autem, albedo magni parietis est maior albedine cigni, quia est in maiori superficie.

Loquitur itaque philosophus primo de quantitatibus per se. secundo de quãtitatibus per accidens. Circa primũ duo facit. Primo ponit duas diuisiones quãtitatis. Secundo agit de membris diuidentibus ibi. est aũt discreta. Prima diuisio hęc est, quantitatis aliud cõtinuum, aliud discretum. Notanter vtitur philosophus isto relatiuo diuersitatis aliud, quia hæ duæ differentiæ. s. continuitas & discretio constituunt duas species quantitatis essentialiter distinctas, scilicet quantitatem continuam, & quantitatem discretam.

QVAESTIO,

An Aristot. diuisio sit generis species.

Quæritur vtrum ista sit diuisio generis in species, & videtur ꝙ non, primo. Nullum genus prædicatur de suis speciebus per prius & posterius, sed quantitas prædicatur per prius de quantitate continua q̃ de discreta. ergo non diuiditur in eas tanquam in species. maior patet, minor probatur. Omnis causa est prior effectu, sed continuum est causa quantitatis discretæ, quum discretum causetur ex diuisione continui, ut dicitur 3. physic. ergo &c. Secundo nullum genus prædicatur denominatiue de suis speciebus, cum prædicetur de eis essentialiter & uniuoce. sed quantitas prædicatur de istis denominatiue. nam cõtinuum est quantum, & discretum est quantum, ergo idem quòd prius.

RESPONSIO

Cum duobus conclusionibus.

Respondeo duabus conclusionibus quarum prima hæc est. Quantitas est genus generalissimum. hanc sic probo ex dictis Sancti Doctoris. primo sententiarum d. 17. q. 2. c. 1. Quicquid prædicatur inquid de differentibus ipse, & non habet aliquid vniuocum supra se est genus generalissimum. sed quantitas est hmõi. ergo &c. Minor patet ex diffinitione generalissimi. minor probatur, illud prædicatur inquid per quod respondetur ad interrogationem factam per quid, sed interroganti quid sit linea, & numerus, & huiusmodi, respondetur ꝙ sunt quantitates, ergo quantitas prædicatur de eis in quid, ꝙ nunc non habeat aliquid uniuocum supra se patet, quia illud esset maxime ens, sed ens non est uniuocum. ut dicit porphy. ergo &c.

CONCLVSIO.

Secunda conclusio. prima ratio quantitatis est diuisibilitas in partes eiusdem rationis. Notanter dico ratio, & non diffinitio, quia quantitas cum non hẽat genus supra se, diffiniri nõ potest. Istam conclusionem probat S. D. ubi supra ex sententia philosophi quinto metaphysicæ, ubi dicit ꝙ quantum est diuisibile in ea, quæ insunt, quorum quodlibet est natum esse hoc aliquid. nam qualibet pars continui est continua, & similiter numerus diuiditur in unitates quæ sunt eiusdem rationis, cum qualibet unitas sit unitas.

SOLVTIO.

Ad primũ rñdet. S. Th. in primo perihermenias, ꝙ spẽs põt dupliciter cõparari, uno modo inter se, & sic una põt esse altera prior, & nobilior. Alio modo ad genus. & sic æqualiter participant eius rõnẽ. ita est in proposito. nam esse diuisibile in partes eiusdẽ rõnis, æqualiter conuenit cõtinuo & discreto. licet si inter se cõparent, unũ sit prius & posterius, altero ẽm diuersas cõsiderationes, numerus qui est quãtitas discreta, est prior formaliter quantitate cõtinua. S. Tho. super Boetio de trinitate. q. quarta art. 2. ad sextum. nam illud est prius formaliter, quod est simplicius & abstra-

ctius. sicut patet, ꝙ animal est prius homine. sed numerus est simplicior quantitate continua: Quod sic patet, vnitas est principium numeri, quæ quidem vnitas nihil aliud dicit q̃ esse indiuisum. Principium vero quantitatis continuæ est punctus qui super vnitatem addit positionem in continuo. & per cõsequens est compositio, vt ita loquar, & posterior vnitate: & similiter continuum respectu discreti. quantitas vero continua est prior numero materialiter: quia continuum est materia numeri, cum ex diuisione continui causetur numerus. Ad secundum aliqui negant maiorem in quantitate: quia vt dicunt, potest se ipsum denominari. vel dicendum, quòd linea, & numerus, & huiusmodi possunt accipi dupliciter, sicut & albũ, & quodlibet aliud concretum de genere accidẽtium. vno modo pro ipsa forma, & sic negatur minor. non. n. ipsa linea est quãta, sed est quantitas. Alio modo pro ipso subiecto formæ, & sic prædicatur de eis quantitas denominatiuè. Burleus dicit in denominationẽ proprie dicta significantur subiectum habere formam, sicut cum dico sortes est albus. i. habet albedinem in se, & hoc modo non prędicatur quantitas de suis speciebus. non. n. linea est subiectum quantitatis, sed prædicatur denominatiuè largo modo accepta, & est sensus. linea est quanta, idest habet partes unius rationis, in quas est diuisibilis.

Deinde quum dicit & aliud quidem. Ponit secũdam diuisionem, quę est ista. Quantitatum aliquæ constant ex partibus habentibus positionem. aliquæ vero constant ex partibus positionem non habentibus. Dicit Sanct. Doct. diuisionem istam esse eandem cum præcedenti. nam quantitas non habens positionem est quantitas discreta. quantitas vero habens positionem est continua, licet habere positionem non conueniat omni quantitati continuæ. sed tantum permanentibus, & ideo non conuenit ipsa. Vel dici potest ut inquit Gratiadeus, ꝙ ista est subdiuisio alterius membri, idest quantitatis continuæ, quorum utrunq; uerum est, ut de se patet. sciendum est, quòd positio accipitur dupliciter, sicut dicit Sanct. Doctor super Boetio de Trinitate. quæst. 5. articu. 3. ad tertium. uno modo ut dicit ordinem partium in loco, & sic est unum prędicamentum per se, quòd est prædicamentum situs. Alio modo, ut dicit ordinem partium in toto, & sic est de substantia quantitatis. ut hic dicitur.

Deinde quum dicit (est nunc discreta) enumerat species discretæ & continuæ quantitatis. Dicens ꝙ numerus, & oratio sunt quantitates discretæ: linea uero, & superficies, & corpus, & adhuc locus, & tempus sunt q̃titates continuę.

Deinde cum dicit. Partium & enim numeri] arguit ꝙ numerus sit quantitas discreta & intendit talem rationẽ. Omnis illa quantitas est discreta, cuius partes copulãtur ad unum communem terminum. sed numerus est quantitas, cũ ei conueniat esse diuisibile eiusdem rationis, in quo cõsistit ratio quantitatis, vt dictum est supra, & eius partes non copulantur ad unum cõem termini. ergo &c. maior patet ex ratione discretæ quantitatis. Pro notitia minoris est sciendum: ꝙ ille terminus dicitur cõis, qui est principium unius partis, & finis alterius. vt patet in tempore: nam idẽ instans, quod est finis præteriti, est & principium futuri. Et in linea idem punctus, qui est finis præcedentis partis lineæ, est & principium sequentis. Constat autem, ꝙ hoc non reperitur in numero, nam quinq; & quinq; ex quibus resultant decem, non copulantur ad eundem terminum. cum illa vnitas, quæ est finis vnius quinarij, non sit principium alterius. Idem patet de septem & tribus, ex quibus etiam causatur numerus denarius. Vbi notanda sunt duo. Primo, quòd dico quinarij, siue septem, & octo possunt accipi duobus modis. vno modo formaliter, & sic sunt distinctæ species numeri diuisæ contra numerum denarium. & sic ipsum non constituunt, sed sunt species dispartitæ. Vnde

etiam philosophus dicit in 7. metaphy. quòd sex non sunt bis tria, sed semel sex. Alio modo accipitur materialiter, scilicet quantum ad suas vnitates præcisè. & sic constituunt. nam in ipso numero denario sunt septem vnitates, & post hoc etiam tres. Secundo notandũ, ꝙ aliquæ partium numeri sunt aliquotæ, & aliquę non: partes aliquotę sunt illę, quæ aliquotiens sumptæ reddunt præcisè ipsũ totum: sicut se habent quinq; respectu decem: partes non aliquotæ sunt, quæ aliquotiens sumptæ non reddunt præcisè suum totum, sed aut magis, aut minus. cuiusmodi sunt septem & tria, respectu decem, & ideo philosoph. exemplificauit de vtrisq; partibus.

QVAESTIO,

An numerus sit aliquod vnum per se.

Quæritur vtrum numerus sit aliquod vnum per se. & videtur ꝙ non. Id quod est vnum aggregatione non est vnũ per se, sed per accidẽs, sicut patet in aceruo lapidum. sed numerus est huiusmodi, cum non sit aliud, quàm aggregatio vnitatum: ergo non est vnum per se.

RESPONSIO
declaratiua.

Respondeo, in ista quæstione faciam duo. Primo declarabo, quæ sit ratio numeri. Secundo dicam ad quæsitum. Quantum ad primum, dico quatuor. Primo, ꝙ numerus accipitur dupliciter: vno modo, pro numero abstracto, vt duo, tria, quatuor, qui dicitur abstractus, quia consideratur per abstractionẽ à rebus, quibus tamen potest applicari, & talis numerus non est nisi in apprehensione animę numerantis. Alio modo accipitur pro numero, qui est in rebus causatis ex aggregatione vnitatum, quem dominus Albertus appellat numerum formalem, & cõmentator appellat accidens rei numeratę. Dico secundo, quòd vnitates, quæ constituũt istum numerum nõ sunt aliud q̃ ipsa esse, q̃ dant quãtitates continuæ suis subiectis, sicut enim albedo dat subiectum esse album, quòd esse est de genere qualitatis, ita quantitas continua dat esse quãtum, & vbi sunt plures quantitates sunt plura esse. ipsę vero vnitates, quę sunt talia esse, sunt ipse numerus. & propter hoc dicitur, ꝙ causantur ex diuisione continui, ergo vnum lignum habet tantum vnam quantitatem, & per consequens tm̃ vnũ esse quantum. sed si diuidatur fient plures quantitates, & plura esse, & consequenter numerus. Dico tertio, quòd ipsæ vnitates non constituunt numerum, nisi pro quanto habent ordinem inter se: sicut.n. ordo litterarum facit ad vnitatem syllabę, sic ordo vnitatum facit ad vnitatem numeri. Dico quarto, ꝙ vltima vnitas, vt habet ordinem ad præcedentes, est forma numeri dans ei speciẽ, & ẽm ꝙ talis ordo variatur, variantur ẽt species numerorum. In numero.n. binario est determinatus ordo, puta determinata distantia vltimę vnitatis ad primam. In ternario est alia distantia vltimę vnitatis ad primam, & ideo est alia species a binario, & sic dico de alijs: & quia quælibet vnitas addita variat hunc ordinem, ideo etiam uariat speciem, & sic patet primum.

RESPONSIO
ad quæsitum.

Quantum ad ẽm est sciẽdum, ꝙ illud est vnum per se, siue unum simpliciter, in quo tantũ est unum esse. sicut patet in compositis ex materia & forma, sed ex unione materię cum forma resultat unũ esse, quod est esse totius compositi: homo autem albus non est unum per se, quia differt esse hominis, & esse albedinis. Ex prædictis uidetur alicui, quòd numerus non sit unum per se. quum includat plures unitates, quæ sunt plura esse. Sed notanda sunt tria. primo, quòd sicut in homine est forma partis. s. aĩa, & forma totius, scilicet humanitas, sic in numero forma partis est ultima unitas; forma uero totius est quædam forma

resultans ex ordine, quē habet vltima vnitas ad præcedētes, ad quas cōparatur. sicut formale ad materiale. Ex quo patet ꝙ vltima vnitas se habet per modū actus & formæ, præcedentes vero vnitates per modū potentiæ. Dico secundo ꝙ in numero sunt quidē plura esse materialiter accepta, tamen in comparatione ad numerum quem constituunt, non se habent per modum esse, quū esse sit actus, sed se habent per modum potentiæ. Dico 3. ꝙ numerus est quid unū simpliciter ꝙ sic probat S. Doct. in septimo metaphy. ca. ultimo. Illud est enim vnum simpliciter ꝙ habet speciem ab uno. quia si est tantum unum a quo habet speciem, habet etiam tm̄ unum esse. sed numerus habet speciem ab uno, s. ab vltima unitate vt dictum est, ergo est quid vnum simpliciter.

SOLVTIO.

Ad argumentū negatur minor, quia in eo ꝙ est vnū aggregatione, una pars non cōparatur ad aliā, sicut potentia ad actū: sicut est in numero vt dictum est. Contra, id quòd est vnum simpliciter, non pōt esse in pluribus subiectis: sed numerus est in pluribus subiectis, quia in vnoquoq; subiecto est vnitas: ergo respondeo, ꝙ nō arguitur de eo ꝙ est vnū vnitate ordinis, & ꝙ unum est aliquid simpliciter vt est numerus, vt dicit S. D. prima parte. q. 6. art. 4. ad 2.

Deinde cum dicit. (Similiter aūt &c.) Probat ꝙ oratio sit q̃titas discreta, &c. hic duo facit: primo probat, quod sit quantitas. secundo ꝙ sit discreta ibi (ad nullum. n.) Quantum ad primum arguit sic. Cuicunq; conuenit proprietas quantitatis, illud est quantitas. sed orationi conuenit proprietas quantitatis, s. mensura, quod est quantitatis, vt infra dicetur. nam oratio mensurat syllabā longā & breuem: ergo &c. Deinde cum dicit. (Ad nullum) probat ꝙ sit discreta tali ratione: partes orationis non copulantur ad vnum communem terminum: ergo est quantitas discreta. cōsequētia patet. Sed pro notitia antecedentis est notandum, vt quidam dicunt & bene iudicio meo, ꝙ oratio accipitur dupliciter, uno modo pro aggregato ex subiecto & prędicato, de qua loquitur Phi. in lib. perihermenias. Alio modo pro qualibet prolatione vocis, siue sit perfecta, siue imperfecta, siue complexa, siue incomplexa: & sic de ea loquitur phy. in hoc loco accipiendo orationem, non ut est in mente aut in scripto, sed vt est in voce. Secūdo sciendum est ꝙ oratio in uoce pt̄ accipi quadrupliciter. Vno modo pro ipsa voce prolato, & sic non est quantitas. sed est de tertia specie qualitatis, quum sit qualitas sensibilis auditione. Alio modo accipitur pro multitudine partium vocis prolatæ, prout tales partes absolute sunt discretæ, & sic est numerus. Tertio accipitur pro multitudine earundem partium ad inuicem succedentium, & sic accipitur hic. est. n. in oratione quædam discretio syllabarum causata ex interruptione temporis: & per hoc distinguitūr oratio a tempore, quia successio in tempore nō est discreta, sed continua. 4 accipitur vt est significatiua, est. n. essentiale enunciationi ꝙ significat id ad ꝙ est imposita, vt dicit S. D. in. q. de veritate. q. 1. art. 6. ad quartum. & hoc modo est in genere relationis. quum signum inquantum huius referatur ad signum. huius autem significatio vocis est tota simul, & completur per alternam particulam. vt habet ordinem ad præcedentes. hæc tamen syllaba mal, si absolute accipiatur, non significat aliquam substantiam, sed vt habet ordinem ad præcedentes syllabas huius termini animal, significat quoddam suppositum in genere substantiæ. Dico præterea ut ponit San. D. in quarto sententiarum dis. 8. ꝙ significatio orationis potest referri ad duo. s. ad rem, & ad partes ipsius orationis, si referatur ad rem, est aliquid simpliciter, eo ꝙ significat aliquod vnum, s. compositionem, prædicati cum subiecto. Si vero refertur ad partes orationis, sic est cōposita ex significato subiecti, & ex significato præ-

to prędicati. Simpliciter tñ est dicẽdum ꝙ sit simpex, quia signationes partiũ orationis sunt quasi dispositiones materiales in ordine ad significationẽ totius.

Reliquum perficit capituli de quantitate, cuius exponit proprietates, cum suis quæstionibus.

Linea vero.] Postquam Philos. probauit numerum, & orationes esse quantitates discretas, consequenter probat ꝙ linea, superficies, corpus, tempus, & locus sint quantitates continuæ, & arguit sic. Omnes illæ quantitates sunt continuæ, quarum partes copulantur ad unum terminum communem: quum ista sit descriptio quantitatis continuæ. sed partes omnium istarum sunt huiusmodi: ergo istæ sunt quantitatis continuæ. minorem probat. quia partes lineæ copulantur ad punctum eundem, qui est principium vnius & finis alterius. partes superficiei copulantur ad lineam. & partes corporis ad superficiem. partes uero temporis copulantur ad idem, nũc ꝙ est finis præteriti & principium futuri. & partes loci copulantur ad easdem particulas, ad quas copulantur particulę locati.

Quantum ad lineam est sciendum, ꝙ ipsa sic describitur ab Euclide, linea est lõgitudo sine latitudine, cuius extrema sunt duo puncta. Ex qua diffinitione patet, ꝙ punctus ponitur in diffinitione lineæ, quia omnis linea recta habet duo puncta in actu, quorum vnum est principium lineæ, aliud vero est finis eius, & ille qui est principium non est finis. præter ista ẽt duo, q̃ hẽt in actu, habet infinita in potẽtia, quorũ quilibet est finis ꝑcedentis partis lineæ, & principiũ subsequentis. Non dico tamen ꝙ pũcta sint de essentia lineæ, quia, quicquid est de essentia lineę est quantitas, quum quantitas non sit nisi ex quantitatibus, sicut substantia non constat nisi ex substantijs, vt dicitur primo physicorum. punctus ẽt non est quantitas, sed reducitur ad prædicamentum quantitatis tãquam principium quantitatis; & prętęrea omne diuisibile cõponitur ex diuisibilibus, vt dr̃ 6. physicorum. sed linea est diuisibilis, punctus vero indiuisibilis: ergo non componitur ex punctis. ex quo ẽt patet, ꝙ non sit quantitas, cuius propria ratio est diuisibilitas. Et sic arguitur contra, punctus ponitur in diffinitione lineæ tanquam pars essentialis. ergo est de essentia eius. Respondeo, negatur consequentia. quia punctus non ponitur in diffinitione lineę tanquam pars eius essentialis, aut integralis, sed tanquam terminus eius. Quòd dictum est de linea respectu punctorum, dicendum est de superficie respectu lineæ, & de corpore respectu superficiei, hoc excepto quòd linea & superficies sunt diuisibiles, quamuis linea non sit diuisibilis secundum quòd terminat superficiem, nec superficies secundum ꝙ terminatur corpus. Linea enim determinat superficiem secundum latitudinem. Constat autem lineam non esse diuisibilem in latum, sed solum in longum. Similiter superficies non est diuisibilis secundum profunditatem, secundum quem modum terminat corpus.

Quantum vero ad locum est sciendũ, ꝙ locus est in corpore locante, & non in locato, vt dicitur quarto physicorum; propter ꝙ non est dicendum quòd partes loci terminentur ad idem numero, ad quòd terminantur partes locatæ, nec sic intelligit phylosophus, sed quòd similiter & proportionabiliter terminentur, sicut partes locati, quia locus & locatum similiter coextenduntur, & illi in quo copulantur partes locati, correspondet in loco aliquid, ad quod copulantur partes loci.

Sufficientiam vero istarum specierum ponit S.D. in libro de natura generis dicens, ꝙ quantitatum continuarum aliqua est successiua, & sic est tempus, aliqua uero est permanens, & hoc dupliciter, quia vel mensurat extrinsece, & sic est locus, vel intrinsece, & hoc tripliciter, quia uel mensurat secundum

vnam dimensionem, & sic est linea, vel secundum duas, & sic est superficies, uel secundum tres, & sic est corpus.

QVAESTIO,

An tempus & locus sint quantitates.

Dubitatur, an tempus & locus sint quantitates: & videtur ꝙ non, quia phi. in. 5. metaphysicę enumerans species quantitatis nihil dicit de loco, aut dicit ibi esse quantitatem per accidens, sicut & albedo est quanta per accidens. Id autem ꝙ est quantum per accidens, non est de genere quantitatis. Respondet ad hoc S. D. vbi supra vnica conclusione, quæ est ista tempus, & locus sunt de prędicamento quantitatis, quod probatur dupliciter, primo quia sunt diuisibiles in partes eiusdem rationis, ergo sunt quantitates: secundo ꝙ eis conuenit ratio mensuræ, quæ est proprietas quantitatis. Ad argumentum dicitur, quòd metaphysicus considerat de quantitate quantum ad entitatem eius: & quia locus non est alia entitas quam superficiei corporis locantis, ideo non posuit locum esse speciem quantitatis distinctam a superficie: logicus uero considerat quantitatem quantum ad rationem mensuræ, quia secundum hoc potest ei attribuere intentiones logicas, quia id quòd mensurat vno modo, est species distincta ab eo, ꝙ mensurat alio modo, & ideo quia superficies mensurat intrinsece, sed non extrinsece, ideo posuit locum esse distinctam speciem a superficie, licet sint eadem res.

Ad illud de tempore respondet Sanctus Doctor vbi supra eodem modo, ꝙ metaphysicus considerat quantitatem secundum esse suum, & non in ratione mensuræ. & ideo illa quę sunt quanta per aliud, non possunt esse species quãtitatis. Huiusmodi est tempus, quòd nõ est quantum nisi ratione motus, quem mensurat: motus vero non est quantus, nisi ratione magnitudinis, supra quam est. sed quia tempori conuenit specialis ratio mensuræ, ideo logicus dicit ipsum esse speciem quantitatis.

Deinde cum dicit. (Amplius autem alia) manifestat secundam diuisionem supra positam, quæ fuit, ꝙ quantitatum aliquæ constant ex partibus habentibus positionem, aliquæ vero constant ex partibus non habentibus positionem. vbi dictum fuit, ꝙ habere positionem est habere partes ordinatas & situatas. Et circa hoc ponit duas conclusiones, quarum prima hæc est, linea corpus, superficies, & locus habent positionem, & arguit sic. Quotcunque habent partes ordinatas in toto, & permanentes, habent positionem: sed prędicta sunt huiusmodi: ergo, & cætera. Secũda conclusio, tempus, numerus, & oratio non habent positionem, quòd probat ex hoc, quòd partes numeri non sunt situatæ inter se, partes vero temporis & orationis non permanent, sed vna alteri succedit. Ex hoc loco colligitur: quòd tres conditiones sunt de ratione quantitatis habentis positionem. Primo quòd partes eius habent situm. secundo quòd habent permanentiam. tertio ꝙ habent cõtinuitatem. prima & tertia non conueniunt numero. prima, & secunda non conueniunt tempori. prima, secunda, & tertia non conueniunt orationi.

Deinde cum dicit: (Alia vero omnia) determinat de quantitatibus per accidens, & intendit hanc conclusionem. Præter septem species quantitatis enumeratas, quęcunq; alia dicuntur esse quantitates, sunt quãtitates per accidens, & arguit sic. Quicquid est quantũ, per comparationẽ ad aliud, est quantũ per accidens & nõ per se, sed omnia alia quę dicuntur quantitates, sunt huiusmodi, ergo &c. maior patet, quia id qđ conuenit alicui per se, conuenit etiam omni alij remoto. minor probatur inductiuè, nam albedo dr̃ magna, vel parua, quia est in magna, vel parua superficie. & similiter actio, vel motus dicitur esse breuis, vel lõgus, quia sunt in paruo, vel in multo, vel longo tempore. Ex quibus

concludi-

concluditur, quòd sole prędictæ species sunt quantitates per se.

Proprietates, quantitatis, cum suis quæstiunculis, exponuntur.

Deinde cum dicit (Amplius quantitati) Asignat tres proprietates, secunda ibi (sed non videtur) tertia ibi (propriũ vero.) Circa primum duo facit, ponit primo cõclusionem, secundo obijcit cõtra eam ibi. (Nisi multa.) Conclusio quã ponit est ista, quãtitati nihil est contrariũ. Hãc vero probat inductiue ex eo ꝙ nulla prædictarum quantitatum habet aliquid contrarium. Potest tamen probari ratione. Dictum est enim supra, ꝙ cõtraria maxime distant sub eodem genere. sed nullæ quantitates maxime distant: ergo nullæ quantitates sunt contrariæ: maior patet. Pro notitia uero minoris est sciendum, ꝙ omnis quantitas aut est continua, aut discreta. quantitas continua est diuisibilis in infinitum, vt dicitur. Tertio Physicorum, ex quo sequitur, quòd data quacunque quantitate potest dari minor, & per consequens, quòd nulla quantitas continua maxime distat, quantitas uero discreta est augmentabilis in infinitum: unde dato quocunque numero, potest dari maior, & sic non possunt esse duo uumeri. maxime descendentes: idem dico de oratione, constat enim oratio ex syllabis. vnde data quacunque oratione, potest dari alia plurium syllabarum.

Deinde cum dicit (Nisi multa) arguitur contra hanc conclusionem dupliciter, secunda pars incipit ibi (maxime autem) primo, ergo arguit sic, magnum & paruum sunt contraria, & similiter multum & paucum, sed ista sunt quantitates, ergo aliquæ quantitates sunt contrariæ. Deinde cum dicit (horum autem) Respondet, & primo negat minorem, secundo maiorem ibi (Amplius si erunt) Dicit itaque primo, ꝙ magnum & paruum, & multum, & paucum nõ sunt quantitates, sed relatiua ꝙ sic ꝓbatur. Id cuius ratio est ad aliud se habere, est relatiuum, sed ista sunt huiusmodi, dicitur enim aliquid esse magnum per comparationem ad paruum, & dr̃ multum per comparationẽ ad paucũ. Præterea si ista nõ essent relatiua, sed absoluta, sequitur, granum milij nõ posset dici magnum, nec mons posset dici paruus, nec ꝙ in ciuitate sint pauci homines, & in domo sint multi, sed omnia ista sunt falsa, ut patet ex communi vsu loquentium, ergo &c. Prima consequentia probatur, si enim magnum esset quid absolute dictum, non posset dici magnum, nisi habeat magnã quantitatem. nec paruum nisi habeat paruam, & per consequens cum granũ milii nõ habeat magnam quantitatem, nec mõs paruam, est enim de ratione montis, ꝙ sit magnus & supereminens vt dr̃ tertio metheororum, sequitur, ꝙ dictũ est, idẽ dico de alijs exemplis quæ ponit. Præterea omnis quantitas significat quantitatem, sicut patet de hoc nomine bicubitum, tricubitum, magnum, & paruum non significat quantitatem, cũ ad aliud dicantur, ergo &c.

Contra: magnitudo, & multitudo sunt quantitates: ergo magnum & multum sunt quantitates, antecedens patet: consequentia probatur. Concretum & abstractum idem significant, & differũt tantum grammaticaliter, sed ista se habent ut concretum & abstractum: ergo &c. Secundo multitudini opponitur vnitas, sed multitudo est quantitas: ergo quantitati aliquid opponitur.

Respondeo ad primum, ꝙ magnitudo & multitudo accipiuntur dupliter, vno modo vt est quantitas. alio mõ vt sunt pasiones eius, quarum una. s. magnitudo est pasio continui, alia uero. s. multitudo est proprietas discreti. Dico secundo, ꝙ vt sunt quantitates, non sunt abstracta horum concretorum magnũ & multum, sed vt significant pasiones quantitatis. Dico tertio, ꝙ consequentia nulla est, quia abstractum & concretũ in multis differunt non tm̃ grãmaticaliter, sed ẽt re. nã forteitas sicut tm̃ humani-

manitatem sortis significat, sortes vero præter hoc significat etiã principia indiuiduantia eius. Constat autem, ꝙ sortes & sorteitas sunt concretum, & abstractum. Ad secundum negatur consequentia, quia vnum non opponitur multitudini cotrariæ, sed priuatiue. Sciendũ est tamen vt dicit Sáct. doct. primo sententiarũ d. 24. arti. 2. ad tertiũ, ꝙ unum pōt dupliciter accipi. uno mō. Quantũ ad id ꝙ est. Alio modo quantum ad id ꝙ consequitur intellectum eius. si secundo modo sic opponitur relatiue multitudini, tanquã principium principiato, & sicut pars toti: & iterum sicut mensura mensurato, nã unũ est principiũ multitudinis, & pars, & mensura eius, quia vnitas per sui reiterationem mensurat quamlibet multitudinem. si primo modo hoc contingit dupliciter vno modo quantum ad diuisionem, quæ est de ratione unius, nam unm est indiuisum, & opponitur priuatiue nō quidē ipsi multitudini, sed diuisioni, quæ est de ratione multitudinis: in qualibet enim multitudine sunt multa ab inuicem diuersa, quorum unum non est aliud. Alio modo potest accipi quantum ad entitatem suam. Et sic dupliciter, vno modo, ut habet specialem rationem mensuræ, & sic vnum & multa sunt disparata. nam quilibet numerus, & similiter vnitas habēt specialem, & distinctam rationem mensuræ. Si vero accipitur vnum quantũ ad id, ꝙ est sine quacunque alia ratione, ꝙ est considerare vnum materiale: sic constituit multitudinem. Ex dictis patet, ꝙ multo opponitur paucum, & etiã vnũ, sed diuersimode. Nam multum potest accipi dupliciter, vno modo absolute, & sic ei opponitur vnum, & hoc modo quæcunque sunt plura, uno, sunt multa, alio modo accipitur vt dicit excessum quendam, & sic opponitur pauco.

Deinde cum dicit (amplius si erunt) Negat maiorem præmissæ rationis, in qua dicebatur, ꝙ magnum & paruum sunt contraria, & ꝙ non sint contraria instat dupliciter, secundo ibi. (Et eadē sibi contraria.) Primo arguit sic, si magnum & paruum sint contraria, sequitur quòd contraria sint simul in eodem, sed hoc est impossibile, ergò, &c. minor patet, maior probatur. Idem est simul magnum, & paruum: ergo si sunt contraria, sequitur, ꝙ contraria simul eidem conueniant, consequentia patet, antecedens probatur, granum milii est simul magnum respectu alterius grani, & est paruum respectu montis.

Videtur ista ratio philosophi peccare per fallaciam secundum quid & simpliciter: arguitur namque sic, istud est magnum respectu vnius, & est paruum respectu alterius: ergo est magnum, & paruum. Constat enim, quòd esse magnum, vel paruum respectu alterius est esse paruum, vel magnum secundum quid, & non simpliciter, sicut etiam non sequitur, color rubeus habet rationem nigredinis per comparationem ad albedinem, & habet rationem albi per comparationem ad fuscum, ergo est albus & fuscus.

Respōdeo, quòd est differentia inter formas absultas & relatiuas: quia formę absolute suscipientes magis & minus non denominant suum subiectum, nisi sint vltra dimidium suæ latitudinis, propter quod rubeum, & quicunque alius color non potest denominari albũ aut nigrum, quia in eo non est albedo aut nigredo, nisi in esse valde remisso. formæ autem relatiuę denominant suum subiectum simpliciter, propter quod ille qui est pater qũocunque sit pater, denominaẽ pater simpliciter. Cũ igiẽ magnũ & paruum sint relatiua, nō arguitur ẽm quid ad simpliciter dicendo, hoc est magnum respectu illius, ergo est magnum: & similiter sortes est pater ꝑ cōparationem ad Platonem filium, ergo est pater. Sequitur ex dictis, ꝙ prędicata affirmatiua simpliciter dicta sequuntur ad se ipsa sumpta cum determinatione non diminuente. Nam bene sequitur sortes est pater Platonis, & filius Ciceronis, ergo est pater, & filius. Nec tamen sequitur, quòd sit pater, & non pater, quia licet ṗdicata affirmatiua simpl'r dicta

sequantur

sequantur ex se ipsis sumptis, cum determinatione, non tamen prædicata negatiua. Deinde cum dicit (Et eadem) Probat secundo, ꝙ magnum, & paruum non sũt contraria, quia sequeretur idem esse contrarium sibi ipsi, cum enim aliquid paruum sit etiam magnũ, si paruũ opponitur magno, idem est sibi ipsi oppositum.

Deinde cum dicit (maxime autem) Obijcit secundo contra dictam conclusionem tali ratione. Sursum, & deorsum sunt contraria, & sunt quantitates, ergo in quantitate est contrarietas: maiorẽ probo: sursum, & deorsum maxime distant, ergo sunt contraria. Ad hanc rationem non respondet Philo. quia desursum, & deorsum, & de alijs differentijs positionis dicetur in prædicamento situs. Potest tamen negari maior, ad probationem cuius dicitur, quòd sursum, & deorsum maxime distant, distantia locali, non tamen maxime distant distantia formali. Talis autem distãtia requiritur ad cõtrarietatem. Negatur etiã minor, quia ista significant respectum. nõ enim dicitur aliquid sursum nisi per comparationem ad deorsum, nec dextrum nisi ad sinistrum, propter quod solet dici, quòd dextrum, & sinistrum sũt relationes reales in animalibus.

QVAESTIO,

An Quantitates suscipiat magis, & minus.

Deinde cum dicit. (Sed non videtur.) Ponit secundam conclusionem, quæ est hæc, quantitas non suscipit magis, & minus. istam conclusionem probat Philo. inductiuè, bicubitum, & tricubitum, & sic de alijs, non suscipiunt magis, & minus. non enim vnum bicubitum est magis bicubitum altero.

OPPOSITVM.

Huius oppositum videtur dixisse Philo. quarto physicorum, vbi cõparat motum quãtitatis per rarefactionem, motui caloris per intensionem dicẽs, quòd sicut idem calor est nunc intensior, nũc remissior sine additione alicuius formæ, ita eadem quãtitas est nunc maior, nũc minor, sine additione alicuius quãtitatis, sed per solam condensionem, aut rarefactionem.

RESPONSIO

Declaratiua.

Respondeo, Et primo dicam, quomodo diuersimode augetur quãtitas, secũdo dicam ad quæsitum. quantum ad primum dico tria. Primo, quòd aliquę sunt quantitates per accidens, sicut albedo, quæ dicitur magna, vel parua, & diuisibilis, quia est in magna, vel in parua, & diuisibili superficie. Aliæ sunt quantitates per se, & istæ sunt illæ, quibus per se conuenit diuisibilitas & augmentũ. Dico secundo quòd dupliciter cõuenit aliquid augeri. Vno modo, quando id qđ augetur mouetur de minori quantitate ad maiorem, & quia quælibet pars moti mouetur, oportet ꝙ in istis quælibet pars aucti augeatur, vt patet in animalibus, & in plantis. Alio modo dicitur aliquid augeri, non quia moueatur de minori quantitate ad maiorem, sed quia præexistenti quantitati additur aliqua quãtitas, sicut si addatur lignum ligno, & tale augmentum non propriè dicitur motus augmenti, sed bene primus dicitur motus augmenti. Dico tertio motus augmenti, siue moueri ad quantitatem maiorem contingit dupliciter. Vno modo, quia quãtitas est per se terminus motus: & tunc oportet, quòd fiat additio quãtitatis ad totũ, & ad qualibet eius partem, vt totum augeatur, sicut dictum est de animalibus, & plantis, & iste est ꝓprie motus augmenti qui quidem nõ reperitur nisi in habentibus nutritiuam. Alio modo mouetur aliquid ad maiorẽ quantitatem: sed quantitas est terminus talis motus solum per accidens; sicut contingit in rarefactione; talis enim motus terminatur per se ad raritatem, quæ est qualitas, sed quia non potest aliquid

quid

quid rarefieri, niſi acquirat maiores dimenſiones, conſequenter terminatur ad quantitatem.

RESPONSIO
Ad quæſitum.

Ex his reſpondeo ad quæſitum duabus concluſionibus. quarum prima hæc eſt. Aliqua quantitas ſuſcipit magis, & minus, hanc probo ſic. Omnis forma, quæ eadem numero exiſtẽs, ſine quacũque additione alterius, dat nunc perfectius eſſe ſuo ſubiecto, quàm prius, ſuſcipit magis, & minus: ſed aliqua quantitas eſt huiuſmodi: ergo &c. maior patet ex ratione magis, & minus: minor eſt philoſophus quarto phyſicorum, ut dictum eſt, hanc cõcluſionem tenet expreſſe S. Doctor in prima ſecundę q. 50. art. 2. ad primũ. vbi dicit quòd magnitudini corporali contingit augmentũ dupliciter. Vno modo per additionem ſubiecti, ad ſubiectũ, vt patet in augmento uiuentium. Alio modo per ſolam intenſionem abſque omnia additione, ſic eſt in his, quæ rarefiunt.

Secũda cõcluſio, nulla quantitas denominata a numeris, ſicut eſt bicubitũ, tricubitum, & huiuſmodi ſuſcipit magis, & minus: hanc ſic probat Sanctus Doctor 1. 2. q. 52. ar. 1. Id cuius ratio cõſiſtit in indiuiſibili, non ſuſcipit magis, & minus, cum omne ſuſcipiens magis, & minus habeat latitudinem, cui repugnat indiuiſibilitas, ſed prædictæ quantitates conſiſtunt in indiuiſibili, ſicut & quilibet, numerus, a quo denominãtur. ergo, &c. Nec iſta repugnãt his, quæ hic dicit Philoſophus, & maximè prima cõcluſio, quia ipſe loquitur de quantitatibus continuis, quæ induunt rationẽ alicuius numeri, ut patet ex eius exemplis. Vel dici poteſt, quòd mens Phi. fuit nullam quantitatem intendi, & remitti tanquam per ſe terminum inteſionis, quãuis poſſit ſecundario eſſe terminus intenſionis, ut dictum eſt cõtingere in his quæ rarefiunt.

Deinde cum dicit. (Proprium vero.) Ponit tertiam concluſionem, quæ huiuſmodi eſt. Maximè proprium eſt quãtitati, ſecundum eam aliquid dici æquale, vel inæquale, hanc concluſionem ſic probat. Quęlibet quantitas eſt æqualis, vel inęqualis alteri: & omne ęquale, vel inęquale habet hoc ratione quantitatis; ergo, &c. maior patet inductiuè. minor ſimiliter. Nam albedo, vt quatuor eſt æqualis albedini, vt quatuor, inquantũ albedo induit rationem quantitatis diſcretæ, quantum ad gradus, qui ponuntur in ipſa albedine. Et ſimiliter vna actio dicitur æqualis alteri, quia fit inæquali tempore: & idem eſt dicendum de omnibus alijs. Notandum eſt, ꝙ hoc nomen æquale eſt relatiuum ſignificans relationem fundatam in quantitate. Vnde illa dicuntur æqualia, quorum vnius quantitas nõ eſt maior nec minor quãtitate alterius. Notãdum ſecundo, ꝙ duplex eſt æqualitas. Vna eſt æqualitas æqparentiæ duorum, ſcilicet quorum vnũ non excedit aliud, ſecundùm quantitatem, ut nunc immediatè eſt dictum. Alia eſt æqualitas proportionis, & cum tali poteſt ſtare aliquis exceſſus, non tamen vehemens, ut patet in amicitia, quæ nõ requirit æqualitatem amoris in vtroq; amante niſi ſecundum proportionem. Poteſt enim eſſe, quòd vnus amicũ magis amet, quàm ab ipſo ametur. Notandũm tertio, quòd iſtarum proprietatum ſola vltima eſt conuertibilis cum quantitate, cum ipſa ſola conueniat omni, & ſoli quantitati. Aliæ vero duæ conueniunt etiam ſubſtantiæ, & quibuſdam alijs. Notandum quarto, quòd præter iſta ponit philoſophus etiam alias tres, quæ conuertuntur cum quantitate. primam ponit primo phyſicorum dicens, ꝙ proprium eſt quantitati eſſe finitum, vel infinitum, ſecundum ponit tertio phyſicorum vbi dicit, quòd proprium eſt quantitati eſſe diuiſibile in partes eiuſdem rationis; licet iſta ſit potius ratio quantitatis, quam proprietas eius. Tertiam ponit decimo metaphyſicæ dicens, quòd menſurare, ſubiectum eſt proprium quantitati.

Expoſi-

Expositio in capitulum de relatione, siue ad aliquid, cum suis questionibus: quæ in tres partes secta est.

AD aliquid.] Postquam philosophus determinauit de quantitate, nũc agit de prædicamento relationis: cuius ordinis ratio patet. Dictum est enim, quòd proprium est quantitatis secundũ eam aliquid dici æquale, vel inęquale, & quòd posita quãtitate statim ponitur æqualitas, vel inæqualitas, quæ sunt relationes, propter quod statim post quantitatem declarãdum occurrit quid sit relatio. Circa quam duo principaliter facit primo loquitur de relationibus secundum opiniones aliorum, secundo mouet dubium circa prædicta: Ex cuius solutione descendit ad declarandum, quid sit relatio secundum opinionem propriam ibi (habet autem.) Circa primum duo facit, primo diffinit relatiua: secundo assignat eorum proprietates ibi. (Inest autem.) Descriptio relatiuorum talis est, ad aliquid dicuntur quæcunque hoc ipsum, quòd sunt, aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud. Circa hanc descriptionem quædam declaranda occurrunt. Primo quare philosophus appellat relatiua ad aliquid, & non dixit relatiua dicuntur, secundo quare describit relatiua in concreto, tertio quare in plurali, quarto quare dixit, aliorum dicuntur vel quomodolibet aliter ad aliud.

Quantum ad primum est sciendum, ꝙ relatio differt, & conuenit cum alijs generibus accidentium, omnia enim genera cõueniunt in hoc vniuersali prędicato accidens, & quia accidentis esse est inesse subiecto, quòd est substantia, ideo omnia genera accidentium inquãtum sunt accidentia, ponunt aliquid in eo, de quo dicuntur, quia dicunt ei aliquod esse accidentale. Præter hanc autem rationem vniuersalem, vnumquodque genus habet suam rationem propriam, per quam est tale genus, nã ratio prima quantitatis, per quam est quantitas, est esse diuisibile vt dicit sanctus doctor primo sententiarum, distinctio. vigesimaquatra propria ratio qualitatis est disponere, & qualificare substantiam: & sic de alijs est dicendum: propria ratio relationis est ad aliquid se habere, scilicet ad corelatiuũ quod respicit. Et quantum ad has rationes proprias, distinguitur relatio ab aliis generibus accidentiũ, quia alia genera non solum in quantum accidentia sunt, sed etiam quãtũ ad suas proprias rões ponunt aliquid in eo de quo pr
ędicant. Nam quantitas vt quãtitas est, dat substantiæ diuisibilitatem, relatio autem in quantum relatio, & quantum ad suã propriam rationem, nihil ponit in eo de quo dicitur, cum sua prima ratio non accipiatur ex habitudine ad subiectum, sed ad correlatiuum. Ex hoc sequitur primo, ꝙ prima rõ relationis nõ est esse in, sed est esse ad, scilicet ad terminum siue ad correlatiuum. Sequitur secundo, quòd cum non sit de ratione relationis aliquid ponere, quòd possent reperiri aliquæ relationes, quæ nihil ponunt in subiecto, & per consequens non sint entia realia, sed tantum rationis: quia igitur propria ratio relationis est ad aliud se habere, philosophus appellat relatiua ad aliquid, vt per hoc innuat eorum propriam rationem: & sic patet primum.

Quantum ad secundum dico, quòd rerum diffinitiones dantur ad hoc, vt ipsæ res cognoscantur, propter quod dicit philosophus in primo topicorum, quòd diffinitio est oratio indicans quiditatem rei, ex quo sequitur, ꝙ unumquodq; ita diffiniri dẽt, vt est cognoscibile: unũquodq; aũt tantũ est cognoscibile, quantum est ens, vnde quæ multum entitatis habent, sunt multum cognoscibilia, & quæ parum habent, sunt parum cognoscibilia, relatio aũt, & tẽpus, & motus inter omnia entia sunt minime entitatis: & adhuc relatio ẽ minoris

ris entitatis, quàm tempus & motus, propter quod quidam extimauerunt, & relationem esse ens rationis. vt dicit commentator in undecimo metaphysicæ, & ideo ex se est cognitu difficilima, sed ex subiecto in quo est, sortitur aliquam cognoscibilitatem, fuit ergo conueniens valde, ut diffiniretur concretiue ad suum subiectum. & sic patet secundum.

Quantum ad tertium dico, vt infra patebit: ꝙ vnum relatiuum est de diffinitione alterius, s. sui correlatiui, nec potest unum intelligi altero ignorato, non enim possum scire quid est pater, nisi sciam quid est filius: & similiter vnũ relatiuum non potest esse sine suo correlatiuo, ideo in plurali diffiniuntur, quia impossibile est esse aut intelligi tãtum unum relatiuorum.

Quantum ad quartum dico, ꝙ relatiuorum aliqua sunt relatiua secũdum dici, & aliqua secundum esse: relatiua secundum dici sunt illa quę principaliter imposita sunt ad significandum aliquid absolutum, ad quod tñ consequitur respectus sicut hoc nomẽ scientia, ꝙ significat quandam qualitatem. Relatiua secundum esse sunt quæ imposita sunt ad significandum solos respectus. siue sint reales siue rationis, vt ista nomina: pater filius: dextrum sinistrum: genus species, & alia huiusmodi. Dico secũdo ꝙ relatiuorum aliqua dicuntur ad aliud in habitudine casus genitiui, sicut duplũ est dimidii duplum, & scientia est scibilis sciẽtia, alia dicuntur in habitudine datiui casus sicut simile est simili simile, & ęquale est æquali æquale: alia dicuntur in habitudine ablatiui, vt disciplinatum est disciplina disciplinatum, & differens est dña differẽs. Dicit ergo philosophus, ꝙ ad aliquid dicuntur aliorum, quia se habent ad aliud, siue sint relatiua secundũ esse, siue secundum dici, siue in habitudine cuiusque casus referantur. Et quia exemplificando dixit, ꝙ sessio & statio sunt relatiua, nam sessio est sedentis sessio. posset alicui videri, ꝙ etiam stare & sedere sint relatiua.

Ad hoc respondet philosophus dicẽs ꝙ sessio, & statio, & accubitus sunt relatiua, cum sint quędam positio siue situs, situs autem includit respectum, sed sedere, stare, & iacere non sunt positiones: licet denominentur a prædictis positionibus.

Contra arguitur sessio, & sedere sunt abstractum, & concretum: ergo si sessio dicit relationem, etiam sedere dicit relationem.

Ad hoc rñdetur primo, ꝙ philosophus negat sedere includere relationẽ, sed dicit, quòd non est in prædicamento. Ad cuius euidentiam est sciendum quòd dupliciter aliquid est in prædicamento, vno modo per se, vt substantia quantitas, paternitas, & huiusmodi. Alio modo reductiue, & hoc contingit quatuor modis. Vno modo tanquam principium, & sic punctus, & unitas sunt in prædicamento quantitatis. Secundo ratione suarum partium, & sic oratio complexa est in prædicamento. Tertio ratione sui oppositi, & sic priuationes & negationes sunt in genere suorum habituum. Cęcitas enim est in illo genere, in quo est visus, ratione eius a quo descendit, & sic concreta sunt in prædicamẽto in virtute sui abstracti. Dicit enim philophus tertio topicorum, quòd album & iustum non sunt in prædicamento, sed albedo, & iustitia; & hoc modo potest dici, quod sedere est in prædicamento reductiue, sed non per se, vt hic loquitur philosophus.

Declaratur, quæ relationes sint reales, & quæ rationis.

Sed quia diximus supra, aliquas esse relationes reales, & aliquas rationis, posset aliquis dubitare, quę sint relationes reales, & quæ rationis. Ad cuius euidentiam est considerandum, quòd cum relatio non habeat ex sua ratione, quòd ponat, aliquid in eo de quo dicitur, sequitur etiam, quòd non habeat ex

sua

sua ratione, quòd sint ens reale, sed si sunt aliquæ relationes reales, habent aliunde suam realitatem, quàm ex ratione relationis, huiusmodi autem est id supra quod fundantur. Fundatur autem omnis relatio, uel super quantitatem: sicut est relatio dupli, & dimidij, & relatio equalitatis, & similitatis, quæ licet fundetur in qualitate, non tamen fundatur in ea, vt qualitas est, sed vt induit rationem alicuius pertinentis ad quantitatem. nam vnum in qualitate facit simile. Vnitas autem ad quantitatem pertinet. Aliquæ vero relationes fundantur super actione, & passione, sicut relatio mouentis, & moti, & relatio paternitatis, quæ fundatur super potentia generandi, secundùm ꝙ iam aliquis genuit. ita quòd genuisse est esse ei ratio fundandi paternitatem. Contingit autem aliquando esse relationem realē in vtroque extremorum. aliquando autem esse realem in altero tantum. Ad cuius euidentiam est sciendum, quòd relatio non est aliud quàm ordo vnius ad alterum: de ratione autem ordinis est distinctio, quia nihil ordinatur ad se ipsum, sed ad aliud. & per consequens est etiā de ratione relationis: unde ad hoc quòd relatio sit realis in vtroque extremorum, tria requiruntur. Primo quòd vtrunque relatiuorum sit ens reale actu existens. Secundo quòd realiter distinguantur. Tertio quòd sit eiusdem ordinis, i. quòd habeant idem fundamentum secundùm rationem, sicut est in relatione equalitatis, & similitudinis. nam quātitas super quam fundatur equalitas, & albedo super quā fundatur similitudo, sunt eiusdem rationis in quocunq; sint. vel p esse eiusdem ordinis intelligimus esse eiusdem inclinationis, ita ꝙ sicut vnum inclinatur ad aliud pp bonū suū, ita & econtrario. sicut contingit in relatione generantis ad genitum. nam generans causat aliquam perfectionem in genito, & consequitur etiam aliquod bonum, saltem perpetuitatem speciei, quæ cum non possit saluari in vno indiuiduo, ex quo est corruptibile, saluatur in propagatione vnius ex altero. Quando autem vnum relatiuorum dependet ab altero, sed non econtra, tunc in eo, ꝙ secundùm esse ab alio dependet, est relatio realis in altero, nunc est rationis tm̄ sicut est de sciētia, & scibili. Scientia enim esse non potest nisi sit aliquod scibile. & ideo refertur ad ipsum realiter. scibile autem esse potest, dato quòd nulla scientia sit: & ideo refertur ad scientiam tantum relatione rationis: non ꝙ in ea sit aliqua dependentia ad scientiā, sed quia concipitur terminare relationem scientiæ ad ipsum. Patet ex his, quę sint relationes reales, vel in vtroque extremo, vel in altero tantum. Et sic relatio realis cōsistit in ordine rerum, sicut relatio rationis cōsistit in ordine rationum, quòd dupliciter contingit: sunt.n. aliqua, quæ inter se nullum realem ordinem habent, quia realiter non distinguuntur, sicut homo & animal, nā illa res, quæ est homo, est illa res, quæ est animal. si tamen accipiatur, vt sunt in intellectu, sic ad inuicem ordinātur, eo quòd intellectus excogitauit quendam ordinem, quem huiusmodi rebus attribuit, non secundùm esse quem habent ad extra, sed ut sunt in intellectu. & ista est relatio rationis, quam super porphyriū diximus significari his nominibus, species, genus, & alijs huiusmodi. Aliæ sunt relationes rationis, quas intellectus non adinuenit, sed consequuntur actum intelligendi. Dictum est enim quòd ad relationem realē requiritur primo, quòd vtrunque sit ens reale: & ideo relatio entis ad non ens sicut est relatio præteriti ad futurum, & similiter relatio entis ad non ens, vt ratio præsentis ad præteritum, vel ad futurum, est rationis tantū. Dictum fuit secundo, quòd oportet esse realiter distincta: & propter hoc relatio identitatis est relatio rationis. est notandum, quòd duplex est relatio identitatis sicut est etiam duplex identitas. Aliqua enim est identitas numeralis, sicut sortes est idem numero sibi ipsi, & hanc dixi esse relationem rationis. Alia est idētitas generica, vel specifica, sicut

homo

homo & aſinus dicuntur eſſe eiuſdem generis: & Sortes,& Plato eiuſdem ſpeciei : & hæc relatio nõ eſt relatio rõnis, ſed realis : vt tenet S. Doc. prima parte. q.28.ar.1.ad ſecundum. Dictum fuit tertio, ꝙ ad relationem realẽ oportet vnũ ad aliud ordinare, defectu huius relationis ad ſuum ſubiectum nõ eſt realis, ſed rationis tantum, quia ipſa relatio non ordinatur cum ipſa ſit ipſe ordo. ordinis autem non eſt ordo. Alioquin procederetur in infinitũ, quia ſi ordinis eſt ordo, etiam illius eſſet alius ordo, & iterum illius eſſet alius ordo, & ſic in infinitum. Prædicta ponit S.Doct. in quæſt. de potentia Dei q.7.ar.10.& 11.

Exponit Relationis proprietates, cum ſuis quæſtionibus.

INeſt autem relationi contrarietas.] Poſtquã Philoſophus declarauit quid ſint relatiua. In iſta parte aſsignat eorum proprietas. Circa quod quatuor principaliter facit, ſecundùm quòd quatuor ſunt proprietates. ſecunda incipit ibi. (Videtur autem) tertia ibi (Vnde vero) quarta ibi. (Videtur autem ad aliquid.) In prima parte ponit hanc concluſionẽ. In relatiuis eſt contrarietas : quod probat exempláriter. Vitium eſt contrariũ virtuti, & ſcientia contrariatur ignorantiæ : ſed iſta ſunt relatiua : ergo in relatione eſt contrarietas. Iſta ergo dupliciter exponi poteſt. Vno modo falſę: Alio modo verę. Falſa expoſitio eſt, ſi intelligamus vnum relatiuum contrariari ſuo correlatiuo. Quod ſic declaro. Cõſtat enim quòd oppoſitio cõtraria, & oppoſitio relatiua ſunt diſtinctæ ſpecies oppoſitionis, & cum diſtinctio ſpecifica reducatur ad contrarietatẽm differẽtiarum, ſequitur quòd ſicut differentiæ oppoſitæ non poſſunt eidem cõuenire, ita nec ſpecies talibus differentijs conſtitutæ. Cum ergo relatiuum opponatur relatiuè ſuo correlatiuo, non poteſt ei opponi contrarię. Vera autem expoſitio eſt, quòd id quod vni opponitur relatiuè, alteri opponatur contrarię. Nam virtus quæ dicitur relatiuè ad virtuoſum, opponitur vitio contrarię. Et ſimiliter vitium quod dicitur relatiuè ad vitioſum, virtuti contrariatur. Et ſcientia, quæ refertur ad ſcibile, cõtraria eſt ignorãtię.

Contra ignorantia opponitur priuatiuę ad ſcientiam, vt dicitur in ſecundo de anima. ergo non opponitur ei contrarię. Reſpondeo quòd ignorantia accipitur tripliciter. Vno modo pro ſimplici negatione ſcientiæ, vt eſſe nõ ſciẽs dicitur ignorans, & hoc modo opponitur ſcientiæ contradictoriè, id eſt, eſt talis ignorantia, ꝙ non ſcientia : ſcientia autem, & non ſcientia contradictoria ſunt. Alio modo accipitur pro neſcientia non ſimpliciter, ſed in ſubiecto apto nato ſcire, & reſpectu eorum quæ debet ſcire, & ſic opponitur ei priuatiuè. Tertiò accipitur pro approbatione oppoſiti eius, quòd debet ſcire, & ſic opponitur contrarię. Puta debeo ſcire, quòd parentes ſunt honorandi, ſed exiſtimo eos non eſſe honorandos, iſta falſa opinio contrariatur illi. Vnde & Philoſophus in ſecundo perihermenias dicit, ꝙ oppoſitiones contradictoriorum ſunt contrariæ, & non contradictorię, quia vtroque talium oppoſitionum eſt ens : alterum vero contradictoriorum eſt nõ ens : & quia poſſet aliquis exiſtimare, quòd iſta proprietas conueniret omnibus relatiuis, dicit Philoſophus, quòd non. Nam multum, & paucum, & multa huiuſmodi nemini contrariantur. Vbi eſt ſciendum, quòd relationi, vt relatio eſt, non conuenit contrarietas : quia nihil cõtrariatur ſuo correlatiuo. Si ergo aliquibus relatiuis inſit cõtrarietas, hoc erit in illis, qui tantum ſignificant aliquid abſolutum, vt virtus, & ſcientia, & ſenſus, & multa huiuſmodi: quæ ſupra diximus eſſe relatiua ſecundùm dici. In relatiuis autẽ ſecundum eſſe non conuenit contrarietas, quia ſignificant ſolum reſpectum, qui nulli contrariari poteſt.

Deinde cũ dicit. (Vñr autẽ.) Ponit ſecundã conditionẽ, quę talis eſt. Relatiua ſuſcipiunt magis, & minus. hanc probat exemplari-

exemplariter. Inæqualitas & similitudo suscipiunt magis & minus, cum vnum sit inæqualius & similius altero; sed inęqualitas & similitudo sunt relationes: ergo &c.

QVAESTIO,

An relatiua suscipiant magis & minus.

Contra istā conclusionē arguitur sic. Primo ad oē suscipiens magis & minus est per se motus: sed ad relationem nō est per se motus, vt dicitur quinto physicorum. ergo relatio non suscipit magis & minus. Secundo si relatio suscipit magis & minus, sequitur quòd vni relatiuo correspondeant duo termini, quod est ꝯ phil. dicentem in 5. metaphysic. ꝙ non contingit idē referri bis. i. ad duos. In oppositum est philosophus.

RESPONSIO *declaratiua.*

Ad hanc quæstionem dicit Antonius Andreę, ꝙ prędicta argumenta concludunt: & ꝙ ea quæ dicit in hoc loco philosophus de contrarietate relatiuorum, & de suscipere magis & minus, sunt falsa. Burleus dicit ꝙ ille relationes, q̄ fundantur in re suscipiente magis & minus, suscipiunt & ipsę magis & minus. Aliæ vero non. Sed quid dicet de inæqualitate, q̄ in quantitate fundatur, quam supra dixit philosophus, nec intendi, nec remitti? Ego autem dico, & ea quæ dicit philosophus. posse tanq̄ vera seruari, vt exposuimus de ꝯrietate, & ꝙ inęqualitas suscipit magis & minus: conceditur ēt communiter vnum esse altero inæqualius. Ad huius euidentiam est notandū, quòd ille quantitates, quę in indiuisibili consistunt, non possunt magis & minus suscipere, vt dictum fuit in capitulo de quantitate. Alię vero sic. & quia æqualitas in indiuisibili consistit, nam id quod est alteri æquale non est magis, nec minus eo, ita quòd quocunque addito, vel subtracto variatur & desinit esse ęqualitas; ideo æqualitas non potest suscipere magis, aut minus. inæqualitas vero quandam latitudinem habet, quia quanto magis aliquid recedit ab æqualitate, & excedit, vel exceditur ab alio, tanto est inęqualius. Et propter hoc dictū est ipsam suscipere magis & minus. Neque hoc accidit solum in quantitatibus, quę sunt intensibiles, & remissibiles: sed etiā numeris, & illis continuis, quæ ab aliquo numero denominantur. Nam binarius est inæqualior quaternario quàm trinarius & bicubitum est inæqualius quadricubito, quàm tricubitum.

SOLVTIO.

Ad primum in oppositū negatur maior. Dictum est enim supra quòd in rarefactione intēditur quantitas, licet motus rarefactionis non terminetur per se ad quantitatem, sed ad raritatem, quæ est qualitas. Ad secundum negatur prima cōsequentia: quia licet inęquale referatur ad inæquale, tñ inæqualius non refertur ad inæquale, sed ad inæqualius. quod patet. non enim dicitur inęqualius alicuius inęqualis inæqualius, sicut dicitur inæqualis respectu inæqualioris. Prędicta diximus non assertiuè, sed sustinendo, & defendendo, quòd relatio suscipiat magis & minus. ista autem proprietas non est conuertibilis cum relatione: tum quia non conuenit omnibus relatiuis, nam duplum & dimidium nō intendunt, nec remittunt: tum quia non cōuenit soli relationi, sed etiam qualitatibus, & quibusdam aliis, vt patebit.

Deinde cum dicit (omnia vero) Ponit tertiam conclusionem quæ est ista. Relatiua dicuntur ad conuertentiā. Pro cuius notitia est sciendum, ꝙ conuersio, conuertibilitas, conuertentia, differunt inter se. Conuersio enim est passio propositionum, & est transmutatio prædicati in subiectum: & econtrario cōuertibilitas est passio terminorum, qui dupliciter pñt dici conuertibiles. Vno modo ratione significati & suppositorū simul. & hoc modo diffinitio & diffinitū

conuertuntur. quia eandem naturam significant, & de quocunque supposito prædicatur vnũ, prædicatur & reliquũ. Alio modo termini sunt conuertibiles, quãtum ad supposita solũ. & hoc modo subiectũ & propria passio cõuertũtur, quia de quocunq; dr̃ passio, dr̃ ẽt subiectũ, & ecõtra. Cõuertentia est proprietas relatiuorum, quia vnũ dr̃ ad aliud, & econtra, licet diuersimode. Aliquando n. dicuntur secundum habitudinem eiusdem casus. Nam pater est filij pater, & filius est patris filius. Aliquando autem variatur habitudo. Disciplina. n. dicitur ad disciplinatum in genitiuo. quia disciplina est disciplinati disciplina. sed disciplinatum dicitur ad disciplinam in ablatiuo, cum omne disciplinatum sit disciplina disciplinatum. Item differũt, quia aliquando relatio in vtroq; extremorũ est eiusdem rationis, sed solo numero distinguitur, vt patet de ęqualitate, quia in vtroque æqualium est æqualitas. Aliquando vero non solum numero, sed etiam specie distinguuntur, sicut patet de patre & de filio. nam de patre est paternitas, quæ differt specie a filiatione.

Deinde cum dicit (aliquotiẽs autẽ) remouet duo, quæ impedire possent hanc cõuertentiam relatiuorum. secunda ibi (omnia ergo). Primum quidem quod potest eam impedire, est quando non assignatur conueniens relatiuum, puta si quis dicat, ꝙ ala non dicitur conuertibiliter ad auem, non. n. dicemus ala est auis ala, ꝙ ideo accidit, quia auis non est correlatiuum alæ: quod patet quia relatiuum non põt esse sine correlatiuo. ꝙ patebit in sequenti conclusione: ala aũt põt esse, dato ꝙ nulla auis sit, cum conueniat ẽt alijs, puta serpentibus. sed correlatiuum alæ est alatum. vnde bene dicitur ala est alati ala, & alatum est alę alatum. Secũdum impedimentum est vocũ pęnuria, propter quam videretur alicui, ꝙ remus non dicatur ad conuertentiam, quia maxime diceretur ad nauim, quod tamen est falsum, quia potest esse nauis, dato ꝙ remus non sit, cum nõ omnis nauis vtatur remo, sed oportet fingere aliquod nomen, puta remitum, ut dicatur ꝙ remus est remiti remus, & remitum est remo remitum.

Deinde cum dicit. (Amplius si conuenienter.) tradit duo documenta, quibus possumus cognoscere, quando fit cõueniens relatiuorum assignatio. primũ est istud, quando aliquid adhuc refertur quibuscunque ab eo circumscriptis, tũc est conueniens assignatio, verbi gratia, Seruus est correlatiuum domini, quia ab omnibus alijs a seruo circumscriptis præter seruitutem, puta ꝙ sit uel homo vel bipes, adhuc refertur ad dominum. Secundum documentum est istud, id quo ablato, quibuscunque alijs positis, non refertur, est conuenienter assignatum correlatiuum: sicut circumscripto ab aliquo quòd sit seruus, positis quibuscunque aliis, nunquam refertur ad dominum. Prædictis potest addi tertium documentum, quod est istud. Quando posito aliquo quod ad aliud refertur, & eo ablato, adhuc potest aliquid aliud ad illud referri, tunc non est facta sufficiens assignatio, verbi gratia, filius refertur ad patrem, sed remoto filio, adhuc potest aliquis referre ad patrem, puta filia, non ꝙ filius non dicatur per conuertentiam ad patrem, sed quia non est adæquatum correlatiuum præsens.

Deinde cum dicit (videntur autem.) Ponit quartam conclusionem, quæ est talis, proprium est relatiuorũ esse simul natura. Ad cuius euidentiam est sciendũ, ꝙ prioritas & simultas sunt modi essendi oppositi, & quia vnum oppositum est ratio cognoscendi aliud, ideo si declarauerimus quid sit esse prius natura, statim erit notum quid est esse simul natura. Diffinit phil. in post prædicamentis, ꝙ illud est prius natura, a quo non conuertitur subsistendi consequentia: propter quod animal est natura prius homine. quia non sequitur si animal est, ꝙ homo sit: & per oppositum esse simul natura, est se consequi in existentia, ita ꝙ vnum sine altero esse non potest. Et quia posito vno relatiuorũ, ponitur

aliud,

aliud,& vno destructo destruitur aliud; ideo dicuntur esse simul natura. Huius autem ratio est,quia quando plura concurrunt ad constitutionem alicuius,qđcunq; eorum destruatur, oportet & ipsum corrumpi.Sicut quia de ratione hominis est animal & rationale.ideo ablato animali vel rationali desinit esse homo:ita est in relatiuis. Nam relatio dependet a fundamento & termino, propter quod ablato quocunq; istorũ, siue fundamento,siue termino,aufertur relatio: dicit ergo philosophus ꝙ relatiua sunt simul natura, quia posito vno,ponitur aliud,& vno ablato, aliud auferť.

Contra istam conclusionem argui solet.quia pater est prior filio:Et causa est prior effectu: Et prius præcedit posterius.sed omnia ista sunt relatiua, ergo vnum relatiuum est prius alio.

Ad omnia ista respondet.S.D.in quæstionibus de potentia Dei,quæstione 7. art.8. ad primũ,ꝙ ista regula intelligitur tantum de relatiuis secũdum esse,& non de relatiuis secundum dici, cuiusmodi est scientia & sensus, in quibus priora sunt scibile & sensibile,vt hic probat philosophus: tum quia vt in pluribus scientia acquiritur a rebus prius existentibus scibilibus. Tum quia aliquid potest esse scibile, & aliquid potest esse sensibile, dato ꝙ de scibili nulla sit scientia, & de sensibili nullus sit sensus. non loquitur ergo de relatiuis secundum dici,sed secundum esse. quæ tamẽ possunt considerari dupliciter:vno modo quantum ad ipsas relationes,& sic sunt simul natura. Nam in patre non potest esse relatio paternitatis nisi in filio sit filiatio. nec relatio prioris potest esse apprehensa per intellectum,nisi sit apprehensa relatio posterioris.Istæ enim sunt relationes rationis, & habent esse tantum in intellectu.Alio modo possunt considerari quantum ad subiectum relationũ, & sic vnum potest esse prius alio:huiusmodi autem subiecta non sunt relatiua per se,sed per accidens: quod contingit tripliciter. Aliquod est.n.relatiuum per accidens ratione sui generis. quia scilicet suum genus est relatiuũ, & hoc modo medicina dicitur esse relatiuũ, quia scientia est relatiuum,licet ipsa medicina non dicatur ad aliud. Secundus modus relatiuorum per accidens est, qñ aliqua abstracta dicuntur ad aliquid, quia concreta eorum ad aliud dicuntur,sicut æqualitas & similitudo dicuntur ad aliquid, quia simile & æquale ad aliquid sunt.Aequalitas autem & similitudo secundum nomen non dicuntur ad aliud. non enim æqualitas est ęqualitatis ęqualitas.Tertius modus est, quãdo subiectũ dicitur ad aliquid ratione accidentis,sicut homo vel albus dicuntur ad aliquid, quia vtrique accidit duplum esse.Et hoc modo caput dicitur ad aliquid, & quòd est pars capitati.

Exponuntur relatiua secundum esse, cum suis quæstionibus,& corrolario.

Postquam philosophus posuit diffinitionem relatiuorum conuenientem tam relatiuis secundum dici, quam relatiuis secundum esse. Nunc intendit diffinire relatiua ſm esse, quæ sola sunt in prædicamento relationis, quia significant solos respectus. Et circa hæc tria principaliter facit. Primo mouet dubium & soluit.Secundo ex hac solutione diffinit relatiua secundum esse. Tertio infert unum corrolarium.

QVAESTIO,

An aliqua substantia dicatur ad aliquid,cum altera quæstione prius explicanda.

Dubitatio est an aliqua substantia dicatur ad aliquid: & videtur ꝙ sic. Quia partes secundarum substantiarum dicuntur ad aliquid: sed partes substantiarum sunt substantiæ. ergo aliquæ substantiæ dicuntur ad aliquid. minor patet, quia secundæ substantiæ, quæ sunt partes, non sunt accidentia: ergo sunt sub-

ſtantię, maior declaratur. primæ enim ſubſtantiæ, ſiue ſint totum, ſiue partes, non dicuntur ad aliquid. Nam aliquis homo non eſt alicuius aliquis homo, nec aliqua manus eſt alicuius aliqua manus. ſecundæ etiam ſubſtantiæ, quæ dñt totum non dicuntur ad aliud, homo .n. non dr̃ alicuius homo, ſed ſecundę ſubſtantiæ, quæ ſunt partes, dicuntur ad aliquid, caput .n. dicitur capitati caput, & manus dicitur alicuius manus. ergo videtur, ꝙ aliqua ſubſtantia ad aliquid dicatur. Ex his ſequitur, aut ꝙ prędicta diffinitio relatiuorum eſt magis ampla, & non propria relatiuis, aut ꝙ ſubſtantia aliqua ſit in genere relationis. ſed iſtud ſm non eſt dicendum, quia prædicamēta ſunt impermixta. ergo primum.ſ.ꝙ prædicta diffinitio ſit inconueniens.

Altera quęſtio, cum ſua reſponſione.

Antequam ſoluatur hæc dubitatio, alia oritur, licet hic philoſophus dicat quòd aliquæ partes ſubſtantiarum ſunt primæ ſubſtantiæ, aliquæ vero ſunt ſecundæ, ut caput & manus, ſupra uero in cap. de ſubſtantia dixit, quòd non.

Ad hoc multipliciter reſponderi poteſt. Primo, quòd ſupra accepit ſubſtantiam pro ea, quæ eſt completa in ſpecie, & quæ habet eſſe per ſe ſubſiſtens, & q̃a partes ſubſtantiarum, nec ſunt quid in ſpecie completum, ſed ſunt partes ſpeciei, nec per ſe ſubſiſtunt, cum ſint per eſſe totius, ideo dictum fuit, quòd non erant ſubſtantiæ. nunc autem accipit ſubſtantiam, vt diſtinguitur contra accidēs, & hoc modo partes ſubſtantiarum ſunt ſubſtantiæ. & hoc ſufficit ad propoſitum ſuum, quia nihil poteſt eſſe in genere relationis, niſi ſit accidens. Reſpondetur ſecundo, quòd ſubſtantia prima & ſecunda dupliciter accipiuntur. Vno modo pro eo, quod eſt ſuperius, & pro eo, qđ eſt inferius, ſiue ſit completū in ſpecie, ſiue non. & quia caput eſt ſuperius ad hoc caput particulare, ideo appellat caput ſecundam ſubſtantiam, & hoc caput primam. Accipitur ſecundo prima, & ſecunda ſubſtantia pro completa in ſpecie, & ſic non ſunt primæ, nec ſecundæ ſubſtantiæ.

RESPONSIO

Ad quæſtionem principalem.

Ad dubium principale reſpondet philoſophus, ꝙ prædicta deſcriptio non eſt propria relatiuorum: quia conuenit ēt ſubſtantiis & qualitatibus, & multis, quę non ſunt de genere relationis, cum talia non dicātur aliquo modo ad aliud, ideo oportet eam corrigere, & diffinire ſic relatiua. Ad aliquid ſunt quibus hoc ipſum eſſe, quod ſunt, eſt ad aliud ſe habere. Ad euidentiam huius deſcriptionis eſt ſciendum, ꝙ eſſe accipitur tribus modis. Vno modo, vt ſignificat eſſentiam, & quiditatem rei, quomodo dicitur, ꝙ diffinitio eſt oratio indicans, quòd quid eſt eſſe rei. Alio modo eſſe ſignificat actum exiſtendi: ſicut contingit in omnibus propoſitionibus, in quibus prædicatum eſt ſm adiacens, vt cum dicitur, Sortes eſt, Plato eſt. Tertio modo accipitur, vt ſignificat veritatē propoſitionis, & iſtud eſſe eſt tm̃ in apprehenſione intellectus. Dicimus enim negatio eſt nō ens, & cęcitas eſt priuatio, in quibus ꝓpoſitionibus conſtat ly eſt, neque eſſentiā, neq; actū eſſendi ſignificare: Cū iſta non conueniant negationibus, aut priuationibus. Quando dr̃, ꝙ eſſe relatiui eſt ad aliud ſe habere, accipitur eſſe, vt dicit quiditatem. Et eſt tota ratio, & quiditas relationis eſt ad aliud. Ex hoc ſequitur, ꝙ nullum relatiuum ſecundum dici ſit in genere relationis, quia tota ejus ratio nō eſt ad aliud, cum principaliter ſignificet quid abſolutum, vt patet de hoc nomine ſcientia. Sequitur ſecundo, ꝙ relationes ſignificatæ his nominibus, genus, ſpecies, indiuiduum, & aliis huiuſmodi nominibus ſecundarum intentionum, non ſunt in prædicamento, licet ſint relatiua ſm eſſe, quia nihil eſt in prędicamento, niſi ſit ens reale. illę aūt relationes ſunt rationes tm̃. Sequitur tertio, quòd ſi aliquid eſt in genere relationis,

oportet

oportet ꝙ significet quandam formam accidentalem dependentem ad aliud, tanquam ad terminum.

Corrolarij expositio.

Deinde cum dicit (Ex his ergo.) Infert ex dictis istud corrolarium, qui nouit perfectę vnum relatiuorum, cognoscit & reliquum. hoc probatur tali ratione. qui nouit perfectę id, cuius totū esse ad aliud se habet, nouit etiam id ad quod se habet, alioquin non perfectę cognosceret rationem eius, cum cōsistat in ordine ad aliud. sed relatiua sunt huiusmodi, vt patet ex eorum diffinitione: ergo &c. Ad huius euidentiam est sciendum, quòd tribus modis vnum est de ratione alterius, vno modo subiectum est de ratione accidentis, vt dicitur septimo metaphysicæ. Alio modo superius est de ratione inferioris. Tertio modo relatiuum est de ratione sui correlatiui, sed differenter. Nam omne superius est de principali ratione cuiuslibet sui inferioris, eo quòd omne inferius includit in suo principali significato suum superius, & aliquid ei addit, sicut homo significat quicquid significat animal, & ei addit rationale: relatiuum autem non est de primario significato sui correlatiui, nec subiectum est de principali significato accidentis: iste enim terminus pater significat tantum paternitatem, de cuius essentia non est filiatio, cum sint diuersę species relationum. Vna autem species non est de essentia. Similiter hoc nomen risibile significat tantum risibilitatem, quę cum sit accidens, non constituitur ex substantia tanquam ex principio essentiali; sed quia accidentia non habent esse nisi per subiectum, & unumquodq; sicut se habet ad esse, ita se habet ad diffinire, & ad cognosci, ideo diffiniuntur per subiectum: & relatiuum ponitur in diffinitione correlatiui, tanquam terminus eius. Et quia relatiuorum difficillima est natura propter mutuam eorum entitatem, subdit philosoph. quòd difficile est confidenter de huiusmodi rebus pertractare: Ex quo sequitur, ꝙ dubitare de singulis non erit inutile, quia ex dubitatione quæritur veritas, & veritatis cognitio est dubitatorum resolutio, vt dicitur 4. physicor.

Corrolarij obiectio, cum solutione.

Contra istud corrolarium arguitur: primo vnum oppositorum non diffinit per reliquū, sed relatiua sunt opposita: ergo vnum non ponitur in diffinitione alterius. Secundo ex hoc sequitur, ꝙ est nugatio pater filij, sicut est nugatio dicere hō animal, vel homo rationalis: sed hoc est falsum, vt patet: ergo &c. Tertio sequitur, ꝙ idē sit prius & posterius notius, & minus notum respectu eiusdem: si enim pater diffinit filium, est notius, & prius eo, quia diffinitio est prior, & notior diffinito. sed si filius diffinit patré, est notius patre. sed hoc est inconueniens. ergo &c. Respondeo, ad primū negatur maior. Constat. n. ꝙ in diffinitione cæcitatis ponitur visus, & quęlibet priuatio diffinitur, & cognoscitur per habitum suum. similiter vnum contrariorum est ratio cognoscendi aliud, cum cōtrariorum sit eadem disciplina; eodem modo est de relatiuę oppositis. Ad secundum dico, ꝙ duplex est diffinitio. Vna est diffinitio quiditatiua, vt dicitur septimo metaphysicę, & in tali non ponitur nisi id, ꝙ est de essentia diffiniti, & ei intrinsecū. Alia est diffinitio per aditamentum. in qua ponitur aliquid, ꝙ non est intrinsecum diffinito, sicut subiectum ponitur indiffinitione accidentis. prima diffinitio est propriè substātiarū. secunda uero conuenit accidentibus. Qn̄ aliquid ponitur indiffinitione quiditatiua alterius, si postea addatur ei, fit nugatio dicendo homo animal. & huius ratio est, quia homo significat animal. Vnde si postea ei addatur, dicetur aīal bis, semel implicitè, & semel explicitè. si uero addatur alicui, id ꝙ ponitur in cōdiffinitione per additamentum, non est nugatio, quia idem non dr̄ bis. ut cum

dico albus homo. nã ly albus non significat hominem. & similiter vnum relatiuum non significat aliud: pater enim significat tantum paternitatem, unde dicendo pater filij, non dicitur bis filius. Ad tertium non est inconueniens idem esse notius & ignotius respectu eiusdẽ secundum diuersas rationes: sicut est in proposito. nam vnum relatiuum inquãtum terminat relationem alterius ad ipsum, est posterius & ignotius eo. Inquantum, vero aliud terminat relationem eius, sic est prius et notius. hęc dicta sunt sustinendo, ꝙ vnum relatiuum diffinitur per reliquum: cuius oppositum tenet Burleus.

Expositio capituli de Qualitate quadripartita est. Hic descriptionem exponit qualitatis, et eius species, cum suis quæstionibus.

QValitatem vero.] Istud est tertium capitulum, in quo philosophus determinat prædicamentum qualitatis. Circa quod duo principaliter facit. Primo declarat quid sit qualitas. secundo ponit eius proprietates ibi. (Inest autem & contrarietas.) Circa primum facit tria. Primo describit qualitatem. Secundo assignat species eius ibi (& vna quidem.) Tertio describit qualia ibi. (Qualia uero.)

Quantum ad primum dicit. Qualitas dicitur secundum quam dicimur quales vbi est sciendũ ꝙ duplex ex qualitas. aliqua enim corporalis, vt albedo, sanitas, calor, & alia huiusmodi, quæ non habẽt esse nisi in corporibus. Aliæ sunt spirituales, vt scientia, iustitia, & huiusmodi, quæ sunt in subiecto in materiali: & quia in homine sunt omnes huiusmodi qualitates, quia homo est ex spirituali & corporali natura, ideo dixit, dicimur supple nos homines quales secundum qualitatem formaliter, vt per homo includeret tam spirituales quã corporales qualitates. Et quia qualitas non dicitur vno modo, non ꝙ sit terminus æquiuocus, cum sit genus, & dicatur vniuoce, sed quia habet sub se plures species, ideo subiungit, quod qualitas dicitur multipliciter.

Deinde cum dicit (& una quidem). Ponit species qualitatis. Circa qđ quatuor facit ẽm ꝙ sunt quatuor species. secunda ibi (aliud uero genus.) Tertia ibi (tertia vero species) quarta ibi (quartũ uero genus) dicit igitur ꝙ habitus & dispositio sunt prima species qualitatis, sic probatur. ẽm habitum & dispositiones dicimur quales, ergo sunt qualitates. Est aũt duplex dr̃ia inter habitũ & dispositionẽ. Primo, quia habitus est de difficili mobilis, ut scientia, & virtus. dispositio autem est de facili mobilis, ut calor, & sanitas in animali. Secundo, quia omnis habitus est dispositio, sed nõ econtra. ex quo sequitur ꝙ se habent sicut superius & inferius.

QVAESTIO,

An habitus sit qualitatis species distincta ab alijs.

Circa hoc sunt duo dubia. Primo utrum habitus sit determinata species qualitatis ab alijs distincta, & uidetur ꝙ non. Primo id ꝙ conuenit pluribus speciebus, non est determinata species. sed habitus est huiusmodi. ergo &c. minor probatur, esse habitus conuenit calori, & figurę. sed calor & figura sunt species distinctæ, ergo &c. minor patet, maior probatur. id secundum quod aliquid disponitur bene vel male, est habitus, ut dicit hic philosophus, sed secũdũ calorem & figuram aliquid disponitur bene uel male, ut de se patet. ergo &c. Secundo philosophus dicit, quòd calor & frigus sunt habitus, sed ista sunt etiam in tertia specie qualitatis, ut idem dicit, ergo habitus non est species distincta a tertia specie.

In oppositum est philosophus.

RESPONSIO *declaratiua.*

Respondeo in ista quæstione faciam duo. Primo dicam, quid est habitus. Secundo quomodo distinguatur ab alijs speciebus qualitatis. Quãtum ad primũ dicit Sanct. Doct. prima secundæ, quæstione 49. articulo primo, ꝙ hoc nomen habitus deriuatur ab habere. habere autem contingit dupliciter. Vno modo secundũ ꝙ homo, uel quæcunque alia res dicitur aliquid habere, & sic cõe est ad plura genera, nam aliquid habet substan tiam, aliquid quantitatem, aliquid quali tatem, & sic de alijs. propter ꝙ habitus vel habere hoc modo acceptũ est post prædicamentum, ut philosophus dicit. Alio modo accipitur habere secundum quòd aliqua res habet se in seipsa, vel ad aliquid aliud. Dicimus de aliquo, iste se bene habet, vel quomodo te habes. & hoc modo habitus est qualitas quædam, de qua dicit philosophus in quinto metaphysi. habitus est dispositio secundum quam res bene, aut male disponitur. Nam secundum sanitatem & pulchritudinem aliquid bene se habet, secundum ægritudinem vero & turpitudinem male. Notanter autem dico secundum habitum aliquid se habet bene vel male, vel in se, vel ad aliud. Quia quidam habitus important ordinem ad naturam rei principaliter: licet ex consequenti haberent etiam ordinem ad operationem: sic enim sanitas, quæ est qualitas, secundum quam aliquid in seipso bene se habet in sua natura. sed quia natura est principiũ actus, importat secundario ordinem ad actum: vnde philosophus dicit in decimo de historiis animalium, ꝙ homo dicitur esse sanus, quando potest facere operationẽ sani. alii sunt habitus qui principaliter important ordinem ad aliud. s. ad operationem, vt scientia, & alii habitus tã intellectuales, quam morales, qui principaliter ordinantur ad bene operari. & sic patet primum.

Quantum ad secundum, alii vt Simplicius sic distingunt species qualitatis. Qualitatum aliquæ sunt naturales, quæ secundũ naturam insunt etiam semper: quædam sunt aduentitię, & quæ ab extrinseco efficiuntur, & sic est habitus & dispositio. Talium autem quædam sunt secundum id, quod aliquid est in potentia, & sic est prima species qualitatis. Quædã sunt secundum ꝙ aliquid est in actu, & hoc vel in profundum, & sic est tertia species. vel secundum superficiẽ, & sic est quarta species. s. forma & figura: Sed constat hanc diuisionem esse insufficientem, quia multæ figurę, & qualitates passibiles non sunt naturales, sed aduentitiæ. Sanct. Doct. in prima secundæ quęst. 49. articulo secundo sic distinguit has species. Nam qualitatis est modificare & terminare subiectum suum secundum esse accidentale, hoc autem potest fieri tripliciter. Aliquando enim determinatio ista est in ordine ad naturam subiecti. & sic est prima species qualitatis, secundum quam aliquid se bene habet vel male, vt supradictum est. Dicit enim phi. in 7. physicorum loquens de habitibus, ꝙ sunt dispositiones quædam perfecti ad optimum. Dico autem perfecti, ꝙ est dispositum secundum naturam. & quia natura est primum ꝙ est in re, ideo habitus & dispositio sunt prima species. Aliquando determinatio ista est secundum actionem, vel passionem. & hoc dupliciter, quia aut est secundum ea quæ sunt principiũ agendi vel patiendi. & sic secunda species quę dicitur naturalis potentia vel impotentia. Aut est secundum ea ad quæ terminatur actio, & sic est tertia species, quæ dicitur passio & passibilis qualitas. Aliquando iste modus est secũdum quantitatem, & sic est quarta species. Et quia principia actionis sunt priora terminis, ideo naturalis potentia ponitur secunda species: & quia posita actione oportet ponere terminum eius, ideo passibilis qualitas est tertia species. Vltima uero forma vel figura, quæ sunt posteriora principijs actionis.

SOLVTIO.

Ad primum in oppositum dico, ꝙ ista diuisio qualitatis non est in plures res, sed in plures actiones. Nã eadem res põt esse in pluribus speciebus, secũdum diuersas eius considerationes: dictum est.n. ꝙ habitus est quo aliquid se habet bene vel male: unde figura & color secundum ꝙ per ea aliquid bene vel male disponitur, sunt in prima specie. Ex eis enim vt sic resultat pulchritudo. similiter calor & frigus secundum quòd eis aliquid bene disponitur in natura sua, pertinent ad sanitatem quæ est habitus. nec dico ꝙ sanitas sit forma composita ex pluribus qualitatibus, nam est forma simplex resultans ex humoribus adæquatis. sed ad hoc quòd causetur, requiritur alias qualitates esse proportionatas secundum conditionem naturæ, in qua sunt calor autem & frigus, secundũ ꝙ immutant sensum tactus sunt in tertia specie. Et per hoc patet etiam responsio ad secundum quomodo autem habitus sit prædicamentum, dicetur loco suo.

Altera quæstio, an habitus & dispospositio sint species inter se distinctæ.

Quæritur secundo vtrum habitus & dispositio sunt species distinctæ: & videtur ꝙ sic, quia habent oppositas differentias. nam habitus est difficile mobilis, dispositio vero facile.

RESPONSIO *declaratiua.*

Ad hanc q̃onem respondet. S. D. vbi supra. Ad cuius euidentiam dico primo ꝙ de ratione dispositionis est ordo alicuius habentis partes ꝙ contingit tripliciter vt dicit phi. quinto metaphysicę. Aut enim hoc est secundum locum. & sic dispositio pertinet ad prędicamentum situs, qui dicit ordinem partium in loco, aut hoc secundum potentiam, & sic ille qualitates, quæ nondum habẽt esse perfectum, sed sunt inchoatæ in subiecto, dicuntur dispositiones sicut scientia & virtus inchoata. Aut hoc est secundum spẽm, & sic dispositiones sunt ipsi habitus, sicut scientia & virtus cõpleta. Patet ex his dictũ ꝙ dispositio põt accipi dupliciter, vno modo vt est genus ad habitum, & proprium habens modum, non sunt distincta, quia species non est, res contra genus distincta. Alio modo accipitur, vt est aliquid contra habitum diuisum, ꝙ duobus modis contingit. Vno modo sicut perfectum, & imperfectum in eadem specie vt.s. dispositio dicatur ipsa forma, puta scientia quando habet esse imperfectum. & eadem forma dicatur postea habitus, quãdo habet esse perfectum, vt non de facili amittatur. & hoc modo facile & difficile mobile non sunt differentiæ. sed diuersi modi essendi eiusdem qualitatis. Alio modo possunt distingui tanquam species vnius generis sub alterni, vt dicantur dispositiones illę qualitates primæ speciei, quibus contingit secundum propriam rationem, vt de facili amittãtur, quia habent causas transmutabiles, vt sanitas & ægritudo, habitus non dicuntur illæ qualitates, quæ secundum suam rationem habent, ꝙ non facile trãsmutentur, quia habent causas immobiles, sicut scientię & virtutes. & secũdum hoc dispositio non sit habitus. Ista autẽ secunda expositio vuiuersaliter magis consona dictis phil. Vnde ad huius probationem inducit communem loquendi consuetudinem, secundum quam illæ qualitates dicuntur habitus, quæ habent quandam diuturnitatem. Et hoc modo facile & difficile mobile sunt differentiæ, non quidem proprie qualitatum: quia magis dicunt aliquid pertinens ad motum: sed circumloquitur, & designant proprias & per se differentias qualitatum, sicut etiam in genere substantiæ frequenter accipiuntur differentiæ accidentales loco substantialium, inquantum eas designant.

Deinde cum dicit. (Aliud vero genus)

nus)ponit secundã spẽm qualitatis,circa quod duo facit.Primo declarat, quæ sint hæc qualitates, secundo respondet cuidam tacitæ obiectioni Ibi(non enim quoniam) Quantum ad primum dicit, ꝙ secunda species qualitatis est naturalis potentia vel impotentia, vt potentia cursatoria,vel gladiatoria,&sic de alijs.

QVAESTIO,

An naturalis potentia, vel impotentia sit secunda species qualitatis.

Circa istam litteram quæritur,vtrum naturalis potentia,vel impotentia sit secũda species qualitatis,& videt̃, ꝙ non. ¶ Primo nulla relatio est qualitas, quũ ista propositio sit immediata, & per se nota, vt dicit phil. primo Posteriorũ, sed potentia est relatio,dicitur enim ad aliud,scilicet ad possibile: ergo &c. ¶ Secũdo nulla priuatio est species qualitatis,sed impotentia est priuatio potẽtiæ:ergo &c.

RESPONSIO

Declaratiua.

Respondeo ad istam quæstionem, & dico tria.Primo, ꝙ potentiarum aliqua est actiua,& aliqua est passiua. Potentia actiua est principium transmutãdi aliud inquantum aliud,dicimus enim in igne esse potentiam calefactiuam, qua mediante ignis potest transmutare aliquid scilicet calefactibile. potentia passiua est principium transmutandi ab alio, sicut calefactibile habet potentiam passiuam ad hoc,ꝙ calefiat.Dico secundo,ꝙ potentiarum tam actiuarum,quam passiuarum aliquæ sunt naturales,& aliquę rationales,vt dicit.phil.in nono metap. & secundo perihermenias, quę dupliciter differunt. Primo quia potentia naturalis est secundum quam aliquid ita potest agere, quod non potest non agere, si obiectũ sit pręsens.Si enim sit aliquod calefactibile aut conbustibile pręsens igni, non potest ignis facere quin illud comburat. Potentia vero rationalis est, per quam aliquis potest agere & nõ agere, puta: homo per voluntatem potest velle,& cessare ab actu uolendi.etiam si sit ei præsens aliquod volibile, secundo differunt, quia per potentiam rationalẽ possumus hoc & eius oppositum, puta per volũtatem homo potest velle, quiescere,& mouere,& vigilare,& dormire & sic de alijs. Potentia autem naturalis est determinata ad vnum.Nam ignis ita potest per potentiam calefactiuam calefacere, ꝙ non posset eius oppositum,s. frigefacere,ex dictis videtur, ꝙ potentię rationales,vt intellectus & voluntas non sint in hac specie qualitatis,quia nõ sunt potentiæ naturales,neque sunt impotentiæ. Arbitror tamen hoc esse falsum.Nam constat, ꝙ huiusmodi potentiæ,& similiter potẽtias sensitiuas vt est visus,auditus, tactus,& alia huiusmodi, non sunt substantię nec quantitates,nec relationes, quia quantitas & relatio nõ sunt principium alicuius actus,sicut sunt istæ potentiæ.Non sunt etiam in aliquo sex principiorum,vt de se patet, ex quo relinquitur,ꝙ sint qualitates. Nec sunt habitus,quia habitus sunt in potẽtiis,iõ ab eis distinguũtur. Nec sunt passibiles qualitates, quia tales sunt obiecta ipsarum potentiarum sensitiuarum:nec sunt formæ aut figura vt de se patet, & per consequens oportet, ꝙ sint in secunda specie qualitatis. Ad cuius euidentiam dico,ꝙ potentia naturalis potest accipi dupliciter, vno modo, vt distinguitur contra potentiam rationalem, & sic nõ loquitur de ea tantum philosoph.in hoc loco. Alio modo accipitur potentia naturalis pro omni potentia, quæ inest alicui a natura, siue sit rationalis siue non. Et hoc modo omnes poten[illegible] tam sensitiuæ, quàm nutritiu[illegible] nales, dicuntur naturales, &[illegible] tur philosophus de potentia [illegible] Dico tertio,quòd potentia ac[illegible] bus modis, vno modo pro o[illegible] ptiuo alicuius formæ, & hoc [illegible] peritur potentia etiam in sub[illegible], dicimus enim, quod materia prima est potentia,

potentia, nec sic loquitur philo. hic. Secundo accipitur pro relatione, quam importat hoc nomen potentia ad possibile, & est relatiuum secundũ dici sicut & scientia, & quantum ad hoc est in genere relationis: licet enim scientia non sit in genere ad aliquid, tamen relatio quam includit, est ad aliquid. Tertio accipitur vt dicit formam accidẽtalẽ, quæ est principium actus, & hoc modo est qualitas.

SOLVTIO.

Ad primum negatur minor, quia potentia non est ipsa relatio principii, sed est id cui talis relatio conuenit.

Ad secundum negatur maior, impotentia enim naturalis est qualitas, qua aliquid dicitur impotens ad resistendũ corruptiuis, puta ęgrotatiuum dicitur aliquid ei, ꝙ ex eius cõplexione, vel ab alia causa resultat in eo qualitas, qua efficitur impotens resistere his quę sunt nata causare ęgritudinem.

Deinde cum dicit. (Non enim quoniam sunt dispositi) respõdetur cuidam obiectioni quæ talis est, nulla dispositio vel habitus est naturalis potentia, sed saltatiuum, & pugillatiuum sunt quidam habitus, dicitur enim aliquis pugillator, quia habet naturam, qua potest talem actum operari, ad hoc dicit philosop. ꝙ dupliciter contingit aliquid esse pugillatorem & cursorem, & sic de alijs. Vno mõ propter habitum acquisitum, & talis habitus est in prima specie. Alio mõ propter quandam qualitatem, quam habet a natura, & sic erit in secunda specie, sunt.n. aliqui naturaliter dispositi ad cursum, aliqui ad sanitatem, alii ad gladia- [illegible] similiter durum, & molle: dr̃ [illegible]uid durum, quia habet natura [illegible]ntiam ad resistendum, molle [illegible]et impotentiam. Sciendum est, [illegible]s & mollities inquantum sunt [illegible]actus pertinent ad tertiam spe[illegible]litatis. sunt.n. passibiles qualita[illegible] [illegible]antũ vero resistunt uel non resistunt molliori sunt in secunda specie.

Expositio tertiæ speciei qualitatis cum suis differentijs.

TErtia vero species.] Postquam philoso. declarauit, quæ sunt qualitates primæ & secundę speciei. Nunc manifestat tertiam vel quartam. Circa primum tria facit. Primo, signat quæ sunt qualitates tertiæ speciei, & probat eas esse qualitates. Secundo ponit rationem denominationis eorum, tertio ponit earum differentiam, secunda incipit ibi, (passiles vero) tertia ibi (quæcunque igitur) Quantum ad primum dicit, ꝙ tertia species qualitatis est passio, vel passibilis qualitas, vel vt dulcedo, amaritudo, & his similia, vt calor, & frigus, & ꝙ prædicta sint qualitates arguit sic. Omnis forma denominans suum subiectum quale est qualitas, sed prædictę sunt huiusmodi, nam aliquid denominatur album ab albedine: ergo &c.

Deinde cum dicit. (passibiles vero) Assignat rationes, quia dicuntur passiones. Ad cuius euidentiam est sciendũ ꝙ passio accipitur tripliciter, primo vt est effectus actionis, & sic est prædicamentum de quo dicetur loco suo, secundo accipitur passio, vt est aliquid cõuertibile cum suo subiecto, & sic potest reperiri in pluribus prædicamentis Aliqua enim relatio est passio, vt æqualitas est passio quantitatis, & similitudo qualitatis. Aliqua etiam qualitas est passio. Risibilitas enim est passio hominis, & tamen est aut habitus naturalis consequens principia essentialia hominis, aut est naturalis potentia, qua homo est natus aptus ridere. tertio accipitur passio pro qualitate immutatiua alicuius sensus, quæcunque sint illa, & sic accipitur in hoc loco. Dicit ergo philosop. ꝙ istæ qualitates non dicuntur passibiles qualitates, eo ꝙ subiectum earum aliquid ab eis patiatur, mel enim licet habeat esse dulce a dulcedine, nullam tamen infert passionem, vel alterationem infert ei dulcedo, & posito, quòd ita esset,

non tamen dicuntur ex hoc pasſibiles qualitates, ſed quia inferunt paſsionem ſenſibilem. Ad huius euidentiam ſciendũ eſt, quòd duplex eſt paſſio, vt innuit Philoſo. in textu, aliqua eſt paſsio corruptiua, & eſt illa, quæ amplius facta abijcit a ſubiecto, ſecundùm quem modum ille qui infirmat, dicitur pati. alia eſt paſſio perfectiua, & tali paſsione dicitur pati, quicquid recipit aliquã perfectionem. Sciendum ſecundo quòd potentiarum ſenſitiuarum aliquę ſunt cognoſcitiuę, vt viſus per quem cognoſcimus colores, & auditus per quem cognoſcimus, ſonos. Aliæ vero ſunt appetitus, vt concupiſcibilis, & iraſcibilis. dicuntur ergo prædictę qualitates paſsibiles, qa inferunt aliquam paſsionem perfectiuã ſenſibus cognoſcitiuis. Nunquam enim viſus cognoſceret colores, niſi in ipſo reciperetur ſimilitudo repræſentans colorem. & hoc eſt cõmune omnibus qualitatibus, quæ percipiuntur a quocunq; ſenſu exteriori. Et hæc eſt prima ratio, qua re dicuntur paſsibiles qualitates. Secunda ratio eſt, quia aliqua earum cauſantur ab aliqua paſsione exiſtente in potentijs appetitiuis. Nam in concupiſcibili eſt gaudium, & triſtitia, delectatio, & huiuſmodi: in iraſcibili vero eſt ſpes, timor, ira, & ſic de alijs, quæ ponit phil. in libro ethicorum. Dico igitur, quòd aliqua dicuntur paſsibiles qualitates, quia cauſantur ab ipſis paſsionibus: nam aliquis ex verecundia efficitur rubeus, & ex timore fit pallidus. Iſta autem ratio non eſt communis omnibus, non.n. dulcedo, vel amaritudo cauſantur ab aliqua tali paſsione. Subdit autem philo. ꝙ ſicut aliquis ex aliquo caſu patiens verecundiã fit rubeus, vt ſi naturaliter eſt verecundus, ſemper in actu oportet eum eſſe rubeum, & idem eſt dicendum de alijs paſsionibus.

Deinde cum dicit. (Quæcunq; igitur talium) quia locutus fuerat ſub diſiunctione dicens paſsio, vel paſsibilis qualitas, & nota diſiunctionis importat aliquam diſiunctionem, modo aſsignat differentiam, quæ eſt inter paſsiones, & paſsibiles qualitates. Et primo quantũ ad qualitates corporales. ſecundo quantum ad ſpirituales ibi. (Similiter autem) dicit igitur, quòd paſsibiles qualitates dicuntur illę, quę habent in ſubiecto cauſam intranſmutabilem, & non de facili mobilem, ſiue hoc ſit a natura, ſiue ex aliquo ſuperueniente. Nigredo enim, quæ eſt alicui, aut naturaliter, aut propter æſtum, ſi habeat eſſe fixum, & permanẽs in ſubiecto, dicit paſsibilis qualitas. paſſiones vero dicuntur qualitates, quæ nõ habent permanens eſſe, vt rubedo cauſata ex verecundia. Differunt etiam paſſiones a paſsibilibus qualitatibus, quia ſecundùm paſsibiles qualitates denominamur quales, ſecũdùm vero paſsiones non. Ille enim, qui eſt rubeus ex verecũdia, non dicitur rubeus. Hoc eſt ſane intelligendum, non enim eſt intentio Philoſophus dicere, quòd talis nullo modo denominetur rubeus, ſed quòd non denominatur rubeus per naturam, & permanenter, de nominatione continua.

Deinde cum dicit. (Similiter autem) ponit eandem differentiam quantũ ad qualitates ſpirituales dicens, quòd illæ quæ habent eſſe fixum, dicuntur paſsibiles qualitates, vt dementia, & ira, quæ inſunt alicui a natura, illæ vero, quæ sũt ex cauſa tranſmutabili, dicuntur paſsiones, vt ira cito recedens. Patet ex prædictis, quòd paſsiones animę, ut gaudium, & delectatio, ira, triſtitia, & huiuſmodi ſunt in tertia ſpecie qualitatis.

Expoſitio quartæ ſpeciei qualitatis, cum ſuis quæſtiunculis.

Deinde cum dicit. (Quart[illegible] vero genus.) Deter[illegible] quarta ſpecie qu[illegible] Circa quod ante [illegible] literæ dubitatur, quare Philoſ[illegible] mam, & tertiam ſpeciem quæ[illegible] cit eſſe ſpecies, ſecundam vero[illegible] tam dicit eſſe genera.

Ad iſta reſpõdetur duplicit[illegible] ꝙ iſtę nõ ſunt ſpecies ſpecialiſsi[illegible] genera ſubalterna, & ideo Philoſophus

vt hæc

vt hæc daret intelligere, aliquas nominauit species, aliquas vero genera. secũdo dico, q̄ habitus, & dispositio possunt esse idem numero, quia dispositio potest fieri habitus, & similiter passio põt fieri passibilis qualitas, vt si aliquis ita fixe efficeretur rubeus ex verecundia, q̄ semper remaneret rubeus, & ideo dixit eas esse species. Naturalis autem impotentia non potest fieri potentia naturalis, nec forma potest fieri figura, vt aliqui dicunt, ideo dixit ista esse genera, quia minor est cõuenientia in genere, quàm in specie.

His dictis accedit ad expositionem literę, circa quam duo principaliter facit, primo declarat, quæ sunt qualitates specierum, secundo excludit quadam, quæ videntur esse in ista specie, & non sunt ibi (earum vero.) Circa primum dicit, q̄ quartum genus qualitatis est forma, vel figura, quod a diuersis diuersimode exponitur. Sed S. Doc. in tertio sentẽtiarum dist. 16. dicit, quòd figura tripliciter accipitur. primo, & proprie accipitur pro qualitate, quæ resultat ex terminatione quantitatis, sicut est figura triangularis, quadrangularis, & huiusmodi: quando enim aliquæ lineæ, sic vel sic terminantur resultant diuersæ figuræ. Nec dico, quòd figura hoc modo accepta sit terminus quantitatis: quia omnis quantitas terminatur ad aliquid quòd est in genere quantitatis saltem reductiuè. sed dico, q̄ resultat ex terminatione quantitatis. Secundo accipitur figura pro eo, quòd est repræsentatiuum figuræ primo modo acceptæ, & sic imago alicuius dicitur eius figura. Et quia imago est si... ei cuius est imago, extensum est, ...c nomen figura ad quodcunq; ...d accipitur hic figura primo ...undum est secundo, quòd for...tur dupliciter. Vno modo p ...dine, quæ est qualitas resultãs ...proportione membrorum, & ...claritate, vt dicit philo. quarto ...m, de qua etiam inquit Poeta, ... bonum fragile est, quantumque accedit in ęuum. Fit minor, & spacio carpitur ipsa suo. Et alius ait, Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia formam. Alio modo accipitur pro ipsa lineatione alicuius quãti, & sic est in quarta specie qualitatis. figura autẽ, & forma hoc modo acceptæ non distinguuntur in rebus artificiatis, sed dicitur forma inquãtum dat rei artificiatæ esse specificum, etiam eadem qualitas dicitur figura, inquãtum dat determinationem rei quãtæ, vnde si non sunt idem, tamen propinquæ se habent, vt inquit S. Doc. super libro septimo physicorum. Alij dicunt, q̄ distinguatur solum, vt magis commune, & minus commune, quia vt dicunt, forma reperitur tãtum in rebus animatis, figura uero tam in rebus animatis, quàm in rebus inanimatis. sed ista expositio est contra Philoso. qui dicit in secundo physicorum formas artificiatorum esse in genere qualitatis: ecce, q̄ dicit eis formam conuenire. & ideo standum est primæ expositioni.

Deinde cum dicit. (Rarum vero) remouet quædam, quæ vidẽtur esse in hac specie, & nõ sunt, huiusmodi est raritas, dẽsitas, asperitas, & lenitas: ista enim videntur pertinere ad hanc speciem, quia vidẽtur insurgere ex terminatione quãtatis: sed non sunt qualitates. imò sunt in prædicamento positionis, quia dicũt ordinem partium in loco. Videtur phil. in hoc loco contradicere sibi ipsi. Nam in quarto physicorum dicit, quòd raritas, & dẽsitas sunt qualitates, hic autem dicit quòd non. sed sunt positiones. Et ideo est notandum ad huius euidẽtiam, quòd raritas, & densitas, & asperitas, & lenitas sunt qualitates tertiæ speciei. Cõstat enim in illa specie poni omnia illa, quæ primo, & per se immutant sensum, sed prædicta sunt huiusmodi, ergo sunt in specie qualitatis. Hanc sententiam videtur tenere S. Doc. in primo sententiarum dist. 17. quod vero dicit philo. ipsas esse positiones, intelligẽdum est nõ formaliter, sed causaliter. Illud enim est rarum, quòd parum habet de materia sub magnis dimensionibus, vnde materia non potest deuenire ad maiorem raritatem,

tatem, quàm sit raritas ignis. Oportet igitur prius intelligere distinctionem partium, & situationem earum, ꝙ ad positionem pertinet, & postea resultare, & causari raritem in tali subiecto. Aliqui dicunt, ꝙ raritas accipitur dupliciter: Vno modo pro extensione partiũ quantitatiuarum, & sic est positio. Alio modo pro extensione materię, & sic est qualitas. Quod dixi de raritate dicendum est de asperitate, & lenitate. asperũ enim est cuius vna pars supereminet alteri, & propter hoc in aspero non est simpliciter vna superficies, cum non habeat perfectam continuitatem in partibus, ipsa igitur asperitas resultat ex tali partium situatione, & similiter dico de lenitate.

Deinde cum dicit. (Qualia uero) describit qualia dicens, ꝙ qualia dicuntur illa, quæ denominantur secundum aliquam prædictarum specierum qualitatis, nã à grammatica denominatur quis grammaticus, & candidus a candore, sed dupliciter contingit non fieri talem denominationem. Primo quando qualitati non est nomen impositum, dicitur enim quis pugillator secundum naturalem potentiam, cui tamen non est impositum nomen. Nam hoc nomen pugillatoria non significat naturalem potentiam, sed artem, quam quis exercitio acquisiuit. Secundò quando non conueniunt in principio, & differũt in fine dictionis, propter quod nõ denominatur studiosus a virtute, Philosophus diffinit quale per qualitatem, & supra diffiniuit qualitatem per quale, ex quo videtur idem esse notius & minus notũ respectu eiusdem, ꝙ est inconueniens. Respõdeo, ꝙ dupliciter potest esse vnum notius altero. Vno modo secundum se & naturam suam, alio modo quantum ad nos: cognoscimus nos aliquãdo causam per effectum, & tamen causa est secundum se notior & prior effectu, abstractum est, secundum se notius concreto, & quantum ad hoc diffinitur quale per qualitatem tanquam per notius secundum naturam suam. Concreta verò sunt notiora nobis, & sic diffinitur qualitas per quale.

Exponuntur proprietates ipsius qualitatis, & tres conclusiones, cum suis quæstionibus.

INest autem contrarietas.] Postquam philosophus determinauit de qualitate, & speciebus eius, nũc assignat eius ꝓprietates, & circa hoc duo facit. Primo ponit tres proprietates, secundo remouet quoddam dubium ibi (at vero) Circa primum ponit tres cõclusiones; secundum quòd sunt tres proprietates, secunda ibi (suscipit autem) tertia ibi. (simile vero.) Prima conclusio est ista in qualitate est contrarietas, ꝙ probatur exemplo, iustitia cõtrariatur iniustitiæ, & albedo nigredini, sed istæ sunt qualitates, ergo &c. Notandum, quòd iniustitia accipitur dupliciter, Vno modo pro simplici priuatione iustitiæ in subiecto apto nato habere iustitiam, & sic opponitur priuatiuæ iustitię. Hoc enim mõ quilibet non habens habitum iustitiæ, dicitur iniustus. Alio modo accipitur iniustitia, prout dicit quendam habitũ malum, quo quis inclinatur ad operandum iniusta, & sic contrariatur iustitiæ, sicut vitium contrariatur uirtuti, hæc autem est magis propria acceptio iniustitiæ, vt colligitur ex secundo perihermenias, & non solum abstracta contrariantur, vt albedo & nigredo, sed etiam concreta, vt album & nigrum, quæ sunt contraria non ratione subiecti, sed ratione formarum quas significat. Hæc autem proprietas non est conuerti[illegible] cum qualitate. Tum quia con[illegible] aliis, scilicet relationi, vt su[illegible] est, & etiam actioni & passion[illegible] principijs declarabitur: tum[illegible] conuenit omni qualitati: [illegible] enim quartæ speciei non habe[illegible] rium, & similiter colores med[illegible] beum & pallidum.

Huius oppositum dicit phil[illegible] to physicorum, vbi ponit, quòd fu[illegible]

compa[illegible]

comparatum albo est nigrum, & per consequens contrariatur albo, comparatione autem nigro est album. Respondeo, ꝙ aliqua cōtrariari cōtingit dupliciter. Vno modo perfecte, quia, scilicet habent conditiones requisitas ad contrarietatem: & hoc modo colores medij non contrariantur, quia nō maxime distant sub eodem genere. alio modo imperfecte, & sic dicuntur aliquando habere contrarium. Fuscum vero dicitur cōtrarium albo ratione nigredinis, quæ in ipsa est secundum esse remissum, & dicitur contrariari nigro ratione albedinis. Vltimo ponit vnam regulam contrariorum dicens, quòd oportet contraria esse in eodem genere, quòd non est intelligendum semper de genere ꝓximo, sed sufficiat ꝙ sint in eodem genere remoto, sufficit enim quæ contrariatur iniustitię esse in genere virtutis, & in iustitia in genere vitij, vtraque sunt tamen in genere habitus, qui est qualitas.

Deinde cũ dicit (Suscipit autem) Ponit secundam conclusionē, quæ est ista. Qualitas suscipit magis & minus: hanc conclusionem probat sicut & præcedētem. Nam aliquis est magis albus, & cādidior, & iustior altero, sed ista sunt qualitates, vel qualia, ergo qualitas suscipit magis & minus.

Sed est dubium vtrum iustitia & sanitas recipiant magis & minus. Videtur enim, ꝙ non, quia ille dicitur iustus qui nihil iniustum facit. Non potest ergo vnus esse iustior altero, quia quam primum agit aliquid iniuste, non est iustus: similiter sanitas consistit in humorum [illegible]quatione, sed adæquatio siue ęqua[illegible] [illegible]scipit magis & minus, ergo [illegible]

[illegible]o, ꝙ dupliciter aliquæ formæ [illegible] magis & minus, vno modo [illegible]aiorem, vel minorem partici[illegible] in subiecto, alio modo per [illegible]dditionem.

[illegible]us euidentiam est sciendum, ꝙ [illegible]res formæ sunt simplices, ita ꝙ [illegible]esultant ex proportione multorũ, sicut albedo, nigredo, & huiusmodi, & tales intenduntur solum ex hoc, ꝙ magis radicantur in subiecto: aliquis enim est albior altero, quia albedo in ipso existens dat ei perfectius esse, & idem est albior nunc quàm prius, quia eadem numero dat ei perfectius esse, quàm prius.

QVAESTIO.

Et si arguatur contra hoc, quòd effectus formalis non potest corrumpi manente forma, sed album esse est effectus formalis albedinis: ergo non potest esse, ꝙ maneat eadem albedo numero, & det aliud, & aliud esse.

RESPONSIO
Declaratiua.

Respondeo negatur maior in formis accidentalibus, vnde dico, quòd licet non possit naturaliter remanere forma, quia habent effectum formalem, nec effectus formalis sine forma, non tamen oportet, ꝙ se consequatur ad vnitatem, vel pluralitatem numeralem: sed eadem albedo numero existens potest dare diuersa esse succesiue suo subiecto, quorum unum est altero perfectius, & ista diuersa esse sibi succedentia sunt ipsi gradus formæ, penes quas attenditur intensio & remissio, aliquæ aliæ formę sunt, quæ consistunt in proportione multorum, vt sanitas, quæ resultat ex humorum adæquatione, & pulchritudo, quæ causatur ex proportione membrorum, & ista potest intendi non solum propter maiorem participationem subiecti, sed etiam per additionem: si enim sint duo scientes tantum vnam conclusionem, unus potest dici magis sciens, non quòd plura sciat, sed quia illa scientia est magis radicata in eo quàm in altero, & potest esse, ꝙ in vno sit tantum dispositio. Similiter potest aliquis esse magis sciens, quia scit plures conclusiones, & tamen potest cōtingere, quòd ista scientia, quę se extendit ad plures cōclusiones, sit minus radicata, & habeat imperfectius esse, quàm illa, quæ est tantum vnius conclusionis

clusionis. dico tamen, quòd in intensione scientiæ per additioné addatur habitus habitui. Quia cum scientia sit qualitas simplex, non potest ei fieri additio. sed additur cõclusio conclusioni, & demonstratio demonstrationi; Istis duobus modis potest intendi sanitas. Primo per maiorem participationem subiecti. Nam aliquando sanitas est de facili mobilis, & tunc dat suo subiecto esse imperfectum. Aliquando est de difficili mobilis, & tunc dat esse perfectum: potest etiam intendi per additionem non sanitatis ad sanitaté, sed perfectionis in vno membro ad perfectionem in alio, vel in eodem, ratione cuius sanitas se extendere poterit ad plures operationes, quã ante. Eodem modo ęqualis iustitia potest habere firmius esse in vno, quàm in alio, & sic erit intensior, primo modo. Alio modo potest intendi quia ad plures se extendit. Nam contingit aliquem prius habere iustitiam respectu vnius, & postea respectu plurium: sicut supra de scientia dicebamus.

SOLVTIO.

Ad argumentum dico, quòd iustitia est habitus acquisitus: habitus autem talis non amittitur ex vna mala operatione, sicut nec ex vna acquiritur. & ideo si aliquis habens habitum iustitiæ faciet vnum actum iniustitię, non propter hæc dicetur iniustus. vnde potest aliquis esse iustior alio, vel quia plures actus iustitiæ facit: vel quia habet habitum magis radicatum. Et similiter potest dici quis magis sanus, quia maiorem radicationem habet in subiecto, vel quia eius sanitas se extendit ad plures actus sani. Nec oportet si ęqualitas nõ intenditur, quòd nec sanitas intẽdatur, quia sanitas non est ipsa adæquatio.

Secundo posset dubitari, vtrum omnis forma suscipiens magis, & minus habeat contrarium. Ad quod breuiter dico, quòd non constat enim quòd lux est verè intensibilis, & remisibilis, cum aliquid sit lucidius altero. at tñ luci nihil est contrariũ, sed sufficit ad intentioné formę maior radicatio eius in subiecto.

Tertio dubitatur, vtrum aliqua forma suscipiat magis, & minus in abstracto. Ad quod respondet S. Docto. super 10. ethicorum, quòd sic. Quia illæ formę quæ resultant, & consistunt in proportione multorum, vt sanitas, & pulchritudo, dicuntur magis, & minus etiã in abstracto; aliæ autem non.

Deinde cum dicit. (Triangulari vero.) Declarat, quòd ista proprietas non est conuertibilis, quia non conuenit figuræ, quod probat: quia omnis triangulus est æqualiter triangulus, & omnes circuli sũt æqualiter circuli. ergo vnus circulus non est magis circulus, quàm alter: quadratum etiam non est magis circulus, quàm quadrangulum, quia neutrum eorum est circulus. cui autem nõ conuenit ratio circuli, non conuenit esse magis circulus: quia magis præsupponit esse simpliciter.

Deinde cum dicit. (Similia verò.) Ponit tertiam conclusionem, quæ talis est, proprium est qualitatis, secundùm eam simile, & dissimile dici. Ad cuius euidétiam est sciendum, quòd similitudo est relatio fundata sup qualitate, vt induit rationem vnitatis, propter quod dicitur, quòd sicut quid vnum in [illegible] facit idem, & vnum in qu[illegible] æquale, ita vnum in qual[illegible] le. Est autem ista propriet[illegible] pria qualitati, quia datis d[illegible] tibus, statim insurgit simil[illegible] similitudo. Ex quo sequit[illegible] impar sunt passiones nu[illegible] ctione, ita similitudo, & [illegible] sunt passiones qualitatis.

Pro ampliori vero doctrina [illegible] dum, quòd cũ similitudo sit c[illegible] in aliqua forma, multiplex e[illegible] do, secundùm multos modo[illegible] nicandi in forma: quædam [illegible] similia quia communicant in [illegible] ma, & secũdùm eundem mod[illegible] non solum dicuntur similia, se[illegible] sicut duo, quæ sint æqualiter al[illegible] perfectissima similitudo. Alio

cuntur similia, quæ communicant in forma secundùm eandem rationem, & nō secundùm eundem modum: sed secundùm magis, & minus: sicut minus albū dicitur simile magis albo, & hæc est similitudo imperfecta. Tertio dicitur aliquid simile alteri, cui communicat in forma, sed non secūdùm eandem rationem, sicut dicimus, quòd ea quæ generantur a Sole sint similia Soli: & hęc est imperfectissima similitudo, & etiā improprie, quia non fundatur in qualitate, sed in forma substantiali: mus enim generatus a sole dicitur ei similis, sed improprie.

Deinde cum dicit. (At vero) remouet vnum dubium, quod oriri potest, quia philo. determinando de qualitatibus posuit aliqua, quæ dicuntur ad aliquid, sicut est habitus, & dispositio.

Ad quod respōdet dupliciter, primo licet ista dicantur ad aliud secundùm genus, non tamen secundùm species specialissimas. Disciplina quidem & scientia ad aliud dicitur, tamen grammatica, & logica, & alia huiusmodi, quæ sunt species scientiæ non dicuntur ad aliud. Secundo quòd non est inconueniens qualitatem esse relatiuum, secundùm dici, & scientiam, & multa alia quæ sunt in genere qualitatis, non tamen sunt in prę[illegible] ad aliquid, quia significant [illegible]am.

[illegible] dicit. (Recipit aūt age[illegible] [illegible]git diuisiuè alia sex prædi[illegible] [illegible]te propter debilem entita[illegible] [illegible] maximam difficultatem, [illegible]

[illegible]POSITIO
[illegible] postprędicamenta.

[illegible]ur opposita secūdum se, cum [illegible] suis quæstionibus.

[Q]Voties solet opponi.] Iste est tertius tractatus, in quo philosophus determinat de postprædicamentis. dr̄ autem postprædicamentū consequitur diuersa prædicamenta. vt dicit Sanct. Doct. 1.2.q.99.art.1. Ista autē sunt quinque. s. oppositio, quæ reperitur in omni genere, saltem oppositio contradictoria: prioritas quæ reperitur & in substantia, & in quātitate, & in alijs: simultas similiter in multis est, motus qui reperitur in tribus, scilicet in quantitate, qualitate, & vbi habere etiam in omnibus est, & ideo diuiditur iste tractatus in quinque partes, secū dùm quòd sunt quinque post prædicamenta. Secunda incipit ibi. (Prius autem.) Tertia ibi. (Simul autem.) Quarta ibi. (Motus autē.) Quinta ibi. (Habere autem.) Circa primum duo facit. Primo diuidit oppositionem in suas species, & tractat de vnaquaque earum, secundùm se. Secundo comparat eas ad inuicē ibi (quoniam autem priuatio.) Circa primum facit quatuor. Primum tractat de oppositione relatiua. Secundo de contraria ibi. (Quæcunque vero.) Tertio de priuatiua ibi. (Priuatio vero.) Quartò de contradictoria ibi. (Non est autem.) Dicit igitur primo, quòd oppositorum aliqua opponuntur relatiuè, vt duplum, & dimidium. Aliqua contrarie, vt bonū & malum. aliqua priuatiuè, vt visus, & cęcitas. Aliqua contradictorie, vt sedere, & non sedere.

QVAESTIO,

An Philosophus inordinatè procedat.

Videtur Philosophus inordinatè procedere, quia primum agendum esset de oppositione contradictoria, quàm de alijs, cum sit prima inter omnes oppositiones, quod probo. Primo illa oppositio est prior, quæ est maxima oppositio: sed cōtradictoria oppositio est huiusmo di. ergo, &c. maior patet, quia primū, & maximè in vno quoq; genere idē sunt. minor probatur. Illa oppositio, q̄ nullū habet medium, est maior illis, quæ hn̄t medium: quia extręma eius nullā habēt conuenientiam: sed contradictio nullū habet medium, vt dicitur primo posteriorum. Secundo, illa oppositio, quæ saluatur

saluatur in oibus alijs, est prima: sed op positio contradictoria est hmôi, vt dicit philosophus in topicis: ergo &c. In oppositū est ordo quē tenet philosoph⁹.

RESPONSIO
declaratiua.

Respondeo, & dico primo: ꝙ oppositio contradictoria est maxima omnium oppositionum. cuius ratio est, quia de ratione oppositionis est distātia extremorū. vnde ꝯm maiorē vel minorē distātiā extremorū iudicanda est ēt maior vel minor oppositio: quia uero in relatiuis est maior conuenientia quam in aliis oppositis, cum vnum relatiuum non destruat aliud, sicut cōtingit in contrariis, & in habitu, & priuatione, & in contradictoriis, sed ponat suum correlatiuū. idcirco relatiua oppositio est minima inter omnes. Post eam sequitur oppositio contraria, quia vtrunque contrariorum est aliquid, & sunt in eodem genere, & habent fieri circa idem subiectum. Priuatio aūt, & altera pars cōtradictionis. s. negatio nihil ponunt. Oppositio tamen priuatiue est minor, quam contradictoria: Quia habitus & priuatio habēt medium per abnegationem, nam lapis neq; est cæcus, neq; est vides. Et iterum licet priuatio nihil ponat, præsupponit tamē subiectū circa qđ habet fieri. contradictoria uero nullum habet medium, quia affirmatio & negatio sub disiunctione de quolibet affirmatur, uel negatur, siue sit ens, siue non ens. lapis .n. aut sedet aut non sedet, & chymera aut currit, aut non currit. Ex quo sequitur cum extrema contradictionis maxime distent, ipsam esse maximam oppositionem: & omnes alias se habere ex additione ad ipsam. Dico secundo ꝙ aliquid est prius alio dupliciter, vno modo tanquam superius respectu inferiorum, & de tali prius agendum quam de posterioribus, quia cum tale superius sit de essentia, & de diffinitione inferiorum, nō possunt ipsa inferiora cognosci, nisi prius cognoscatur illud prius. Alio modo aliquid est prius altero, non ꝙ sit de diffinitione eius: sed ꝙ magis participat naturam alicuius diuisi. Et in his non oportet prius agere de priori, si possumus incipere a posterioribus, vt procedatur de imperfecto ad perfectum. Hoc modo se habet contradictio ad alias species oppositionis. non. n. est quid superius eis, cum de ipsis non prædicetur, sed est aliquid eis condiuisum.

QVAESTIO,

Circa diuisionem oppositorum.

Sed propter hanc responsionem oritur dubitatio, vtrum ista diuisio oppositionis sit diuisio generis in species, & uidetur ꝙ sic ex communi vsu loquendi, dicitur enim communiter ꝙ quælibet istarum est species oppositionis.

RESPONSIO
declaratiua.

Respondeo, in hac quæstione faciam duo. primo declarabo quid significet hoc nomen oppositio. Secundo dicitur ad quæsitum. Quantum ad primum dico, ꝙ hoc nomen oppositio est terminus relatiuus significans respectum, ꝙ patet, quia nō dicitur ad se, sed ad ali[...] Oppositio. n. est opposit[...] tio. Relatiuorum autem [...] dam significant speciale[...] vt pater, filius, & similia. [...] significant aliquam con[...] nem diuisibilem in plur[...] in plura, quæ diuersim[...] illam rationem comm[...] hoc nomen oppositio. A[...] tur opponi relatiua. Alia[...] Alia rōne priuatiua. & al[...] tradictoria, ut earum ra[...]

RESPON[...]
ad quæsitu[...]

Dico secundo ꝙ sola[...] traria est relatio realis. [...] sunt rationis tm̄. Quod sic [...] ctum est. n. supra, ꝙ relatiuor[...]

test esse relatio realis. vnde relatio non refertur nisi tantum secundum rationé. Ex quo sequitur, cùm o ppositio sit relatio, ꝙ opppositio relatiuorum non est realis relatio. Concedo tamen ꝙ est oppositio realis, quia alia requiruntur ad relationem realem, q̃ ad oppositionem realem. Sufficit enim ad realem oppositionem, ꝙ sit inter entia, quorum vtrũque sit ens reale: istud autem contingit in relatiuis realibus, & ideo oppositio eorum est oppositio realis: & oppositio relatiuorum est oppositio rationis. Ad relationem autem realem requiritur prętér hoc, quòd neutrum extremorum sit ipsa relatio. Dictum etiam fuit, ꝙ ad relationem realem oportet, quodcunque extremum esse ens reale. cum igitur priuatio & negatio sint tantum entia rationis, sequitur quòd habitudo affirmationis ad negationem, & habitus ad priuationem non possit esse realis. in contrarię vero oppositis vtrunque est ens reale, & sunt realiter distincta, & sunt eiusdem ordinis: sicut enim album cõtrariatur nigro ex natura sua, sic nigrum ex sua natura est contrarium albo. Si tamen vellemus sustinere oppositionem relatiuam esse realem oppositionem, dicere oporteret, quòd talis [illegible]positio non est aliud ab ipsis relatio[illegible] [illegible]ponuntur. v. g. si dicamus, [illegible] paternitatis ad filiatio[illegible] [illegible]ernitas, & oppositio fi[illegible] [illegible]ernitaté est ipsa filiatio, [illegible]num, ex quo sequitur se[illegible] [illegible]tat. n. ꝙ enti reali, & ent[illegible] [illegible] commune vniuocum. [illegible]rum oppositionum ali[illegible] [illegible]z aliqua sit ens rationis, [illegible]n sunt species diuisiuæ ali[illegible] [illegible] sed ꝙ oppositio dicitur [illegible]ę, & per primo de con[illegible] [illegible]ecundo de priuatiua. ter[illegible] [illegible]a. vltimo de relatiua. [illegible]tum dico, quòd nõ sunt, [illegible]eritis viris species, sed [illegible]positionum.

[illegible] dicit. (Quæcunq; igitur [illegible]clarat, quę sint illa, quæ relatiuè opponuntur, dicens ꝙ relatiuè opposita sunt illa, quorum esse est ad aliud se habere. Hoc modo duplum opponitur dimidio, & pater filio, & disciplina disciplinato.

Contra, duo opposita non possunt simul eidem conuenire, sed paternitas & filiatio possunt simul inesse eidem, ergo non sunt opposita. Respondeo, quòd de ratione oppositorum est, ꝙ sint respectu eiusdem. Licet autem idem possit esse solus pater, & filius, non tamen respectu eiusdem. Dicitur autem relatiuum opponi suo correlatiuo, quia exigit ipsum tanquam terminus suę habitudinis, quum ergo filiatio, quæ est in eo, qui simul est pater & filius, non sit terminus paternitatis eius, non opponitur illi paternitati, sed paternitati existenti in illo, qui ipsum genuit. Patet ex his id, quòd supra dicebamus, s. quòd oppositio relatiua est minima omnium, tum quia vnum relatiuum ponit alium, tum quia oppositio relatiua non requirit extrema realiter distincta. Sunt enim quędam actiones, quæ sequuntur actionem intellectus, sicut est relatio identitatis, relatio generis & speciei. Sufficientia vero oppositionum sic haberi potest, quia vel vtrunque oppositorum potest esse ens reale, vel impossibile est vtrũq; esse reale, sed oportet alterum esse ens rationis, si primo modo, aut non oportet ipsa esse realiter distincta, & sic est oppositio relatiua. Aut oportet quòd extrema realiter distinguantur, & sic est oppositio contraria. Si secundo modo, aut illud extremum quod nihil est, etiã nihil præsupponit, & sic est oppositio contradictoria, aut aliquid præsupponit, & sic est oppositio priuatiua.

Deinde cum dicit. (Illa vero) determinat de contrariis. Et primo dicit, ꝙ contraria differunt à relatiuis, quia relatiua dicuntur ad aliud secundum id, quod sunt, vt pater est filii pater, cõtraria vero secundũ id, quod sunt, non dñr ad aliud. Non. n. albedo est nigredinis albedo. Dicuntur tamen ad aliud inquantum sunt contraria, quia contra-

rietas est relatio, & ideo dicimus, quòd album est contrarium nigro.

Deinde cum dicit. (Quæcunq; vero contrariorũ.) Ponit quandam diuisionem contrariorum dicens, ꝙ cõtrariorum aliqua sunt mediata, vt album, & nigrũ. Aliqua vero immediata, vt lãguor, & sanitas, & par, & impar. Ad cuius euidentiam est sciendum, ꝙ mediata dñr, quæ habent aliquod medium, immediata vero, quę nullum mediũ habent. Contingit aũt contraria dupliciter hr̃e medium, s̃m ꝙ dupliciter contraria accipi possunt. Aliquando.n.accipiuntur abstractiuè, vt albedo, & nigredo. Aliquando concretiuè, vt album, & nigrum: & quia abstractum dicit solam formam, tunc dicuntur contraria mediata, quando, datur vna forma media participans naturam vtriusque extremi, sicut rubedo, & palliditas participant naturam albi, & nigri. Quia vero concretum cõnotat subiectum, reperitur & alius modus mediationis, nõ ex hoc quòd inter ipsas formas contrarias sit forma media, sed quia datur aliquod subiectum, cui nulla illarum formarum contrariarum inest: sicut est aliquid, puta lapis, quod neque est album, neq; nigrum, sed quia cõtrarietas est propriè in ipsis formis, & non subiectis formarum, propterea philoso. dicit esse contraria mediata, quia habẽt formam mediam, immediata vero, quia nullam talem formam habent, vt sanitas, & ægritudo, quia nullum subiectum aptũ hr̃e sanitatem reperitur, quod neque sanum sit, neque ægrum. Huius oppositum medici tenẽt dicentes, reperiri aliquando in animali aliquam qualitatẽ mediam inter sanitatem & languorem, qua qualitate in existente ipsum animal non est ægrum, nec sanum. Philos. autẽ considerauit sanitatem consistere in adęquatione humorum, ægritudinem vero in eorum inadæquatione, & quia inter æqualitatem, & inæqualitatem nihil mediat, ideo dixit sanitatẽ & languorẽ esse contraria immediata. Tradit autem quandã regulam, qua possumus cognoscere, quę contraria sint mediata, & quę non, dicens, ꝙ cõtraria immediata sunt illa, quorum alterum necesse est esse in subiecto apto nato, vt par, & impar, quorum alterũ sub disiunctionẽ necesse est inesse numero: quia quilibet numerus aut est par, aut est impar; & omne animal, vel est sanum, vel est ægrum. Quando autem non necesse est alterum contrariorum inesse subiecto apto nato, tũc illa contraria sunt mediata, & subiectũ mutatur de uno in aliud per medium.

Deinde cum dicit. (In aliquibus) subdiuidit alterum membrum prædictæ diuisionis dicens, ꝙ cõtraria mediata sunt in duplici differentia. Quia quędam habent medium nominatum, vt album, & nigrum, inter quæ mediat fuscum, & pallidum, & alij colores medii: Quædam vero habent medium innominatum, vt iustum & iniustum, bonum, & malum, sed tale medium determinatur per negationẽ vtriusq; extremi. Est enim aliquid aptum natum habere iustitiam & iniustitiam, quod tamen neq; iustum est, neque iniustum, vt puer. Possumus ex dictis colligere triplex medium. Nam aliquod est medium per participationem eiusdẽ naturæ, vt palliditas inter albedinem & nigredinem. Aliud est medium circa quod, & hoc est ipsum [illegible] circa quod habent fieri co[illegible] siuè, quod quidem medi[illegible] nibus contrariis. Aliud [illegible] abnegationem, quia [illegible] contrariorum natum est [illegible] medium, non solum re[illegible] trariis, sed etiam in pri[illegible] cut lapis neq; est sanus [illegible] etiam non est sanus, ne[illegible] quitur ex hoc, ꝙ licet ali[illegible] non habeant medium, [illegible] contradictoria: quia cõ[illegible] lo modo medium habent[illegible] contraria habent saltem [illegible] abnegationem.

QVAESТ[illegible]

An bonum & malu[illegible] contrariæ.

Circa prædicta, quæ itur v[illegible]

num & malum opponantur contrariæ, ut dicit phi. in textu uidetur ꝙ nō. quia vtrunque contrariorum est ens, sed malum nihil est, quum sit tantum priuatio boni, ergo &c.

RESPONSIO. *declaratiua.*

Respondeo, ꝙ sicut albū, & nigrum, & alia concreta dupliciter accipi pñt. s. pro subiecto formæ, & pro ipsa forma, ita etiam bonum & malum dupliciter accipiuntur. vno modo pro ipso subiecto bonitatis aut malitiæ, & sic vtrunq; est ens. Alio modo pro ipsa bonitate & malitia, & sic licet bonitas aliqd sit, tñ malitia est nihil, sicut esset cęcitas, cuius rō est, qa bonitas & entitas, cōuertũ, ex quo sequitur, ꝙ omnis entitas est bonitas, sicut oē ens est bonū, sed malitia nō est bonitas, vt de se patet. quia unum oppositorum non est aliud, & per consequens ipsa malitia non est entitas, sed nihil, quamuis aliquid præsupponat scilicet bonum, in quo fundatur, quia omne malum fundatur in bono, non quidem in bono quod priuat, sed in alio. Ex his habetur ista conclusio,
malum opponuntur priua-
sta conclusio. Nam quòd
alum opponantur, nul-
sed non opponuntur
bonum non est mali
ntrariæ quia malum ni-
tradictorię, quia malum
negatio, quum aliquid
o fundetur, ergo a suf-
e opponuntur priuati-
etiam Simplicius in præ-

stinculæ circa essen-
iam Malam.

quæstionem arguitur.
od corrumpit aliud, est
alum corrumpit bonum,
Respondeo, ꝙ corrumpere
dupliciter, vno modo effectiue, & sic conceditur maior, & negatur minor. Nam omne corrumpens effectiue est agens, omne autem quod agit est ens in actu. Alio modo corrumpit aliquid formaliter sicut cęcitas corrumpit visum, quia est formaliter ipsa corruptio visus, & hoc modo, malum corrūpit bonum, quum sit ipsa corruptio boni. Tale autem corrumpens non est aliquid, nec agit, nisi grammaticaliter loquendo, quæ scilicet significatur per verbum actiuum.

Secundo quicquid est in aliquo tanquam in subiecto, est ens, sed malum est in rebus, vt dicitur sexto metaphy. ergo malum est ens.

Respondeo, dupliciter potest aliquid esse in alio, vno modo per modum rei. Alio mō vt priuatio, quicqd est in alio primo modo est aliquid, sed id quod est in alio vt priuatio, non est aliquid.

Tertio quicquid est, habet aliquā naturam, quũ esse nō conueniat nisi habenti essentiam, sed malum est, ergo est aliquid habens naturam. ¶ Respondeo, ꝙ esse accipitur dupliciter, uno modo ut dicit actum existendi, & sic conceditur maior, & negatur minor. quia nec malitia, nec quæcunque alia priuatio actu existit. Alio modo accipitur, vt significat veritatem propositionis, & sic negatur maior, & conceditur minor. Quum enim dicimus malum est, ly est dicit tantum veritatem propositionis. Sed pro responsione ad argumentum, quod fiebat in oppositum, & pro declaratione eorũ, quæ dñr in textu, sciendũ est ꝙ bonũ & malum reperiuntur in rebus naturalibus sicut dicitur cęcitas esse quoddam malum uisus, & de tali malo locuti sumus dicentes, ꝙ priuatiue opponitur bono. Reperitur igitur malum in moralibus, & tale malum opponitur bono contrarię, ad cuius euidentiam est sciendum, ꝙ actus moralis est ille, qui procedit a voluntate deliberata. Tales autem actus dicuntur boni, vel mali, per comparationem ad obiectum, uel ad finem, sicut furari est actus malus, quia est circa obiectum. Nam ho-

mo furando contractat rem, non suam, quod est contra rationem. Dare aūt eleemosynam est actus bonus, quia est secundum rationem rectam subuenire indigenti. Similiter ire ad ecclesiam, vt oretur Deus, est actus bonus, quia est rei bonæ, & per bonum finem. sed ire ad ecclesiam propter furtum faciendum est actus malus, quia licet ire ad ecclesiam de se sit bonum, tamen ex parte finis est malum. Dico igitur, ꝙ actus qui est moraliter bonus, opponitur contrarie actui moraliter malo, quia vtrūq; est ens reale, & talia contraria sunt immediata: quia datur aliquis actus, qui de se cadit super aliquid, quod neq; secundum rationem, neq; est repugnās rationi, sicut leuare festucam a terra, & talis actus neque est bonus, neq; est malus moraliter, sed est indifferens.

Deinde quum dicit. (Priuatio aūt) tractat de priuatiue oppositis, circa quod tria facit. Primo declarat, quid sint priuatiue opposita. Secundo quomodo se habeat priuatio ad priuatum esse ibi. (Priuari.) Tertio remouet vnum dubiū ibi (opposita.) Quantum ad primum, ponit tres conditiones requisitas ad hoc, ꝙ aliqua priuatiue opponantur, quas ēt ponit. S. D. in libro secundo senten. disti. 34. art. quinto. Primo de ratione priuationis est, ꝙ præsupponat subiectum, quia habitus & priuatio circa idem fieri habent, & priuatio est negatio in subiecto determinato, quod quidem subiectum prius secundum naturam respicit habitum, quam priuationem, quia habitus est perfectio subiecti, priuatio āt nō. Scd̄o de ratione priuationis est aptitudo subiecti ad habendum habitum, dico aūt aptitudinem, & non potētiam, quia non oportet omne, quod est priuatum aliqua forma, esse in potentia ad habendam eam, sed sufficit ꝙ sit aptum natum .i. ꝙ ei non repugnet inquantum huiusmodi. Multa autem sunt apta nata, quæ tamen non habent potentiam, sicut ille qui natus est cæcus, est aptus natus habere uisum, quum hoc non repugnet homini inquantum homo est, non tamen est in potentia ad habendum visum. Tertio requiritur, ꝙ remoueat aliquem habitum a tali subiecto pro eo tempore, quo natum est habere habitum, quia ante tempus terminatum subiectum non dicitur priuatum esse, sicut puer non dicitur edētulus, nisi sit in tempore, quo solent nasci dentes. est autem triplex negatio. Nam aliquid est priuatum forma quā neque ipsum, neq; aliquid sui generis est natum habere, sicut lapis dicitur priuatus visu. Et hæc priuatio est improprie dicta. Secundo aliquid dicitur priuatum forma, quam licet ipsum non sit natum habere, tamen aliquid sui generis est natum habere eam, & sic talpa dicitur cæca, quia licet ipsa non sit nata habere visum, tamen aliquid sui generis, idest animal aliquod est natum uidere. Tertio dicitur aliquid priuari forma, quam natum est habere, & in tempore determinato, & hęc propriissime est priuatio, de qua in hoc loco philosophus loquitur.

Deinde quum dicit. (Priuari) ponit differentiam inter priuationem & priuatum esse, dicēs ꝙ priuatio & esse priuatum, puta visus & cæcitas, non sunt idem, quod probat tali ratione. Eorum quę sunt idem, de quocunqu[...] tur vnum, prædicatur & al[...] de quocunque prædicatu[...] dicatur priuatum esse.[...] probat, quia de subiect[...] tum esse, non tamen de [...] uatio, ista enim est vera [...] cus. Nō tamen ista est ve[...] citas. Sciendum est, ꝙ[...] tionis est vera de his, q[...] & ratione, sed non verit[...] quæ sunt idem re & ratio[...] tur. Ex quo sequitur phil[...] cludere, quòd priuatio &[...] sunt secundum rationem [...]

Deinde quum dicit. (O[...] quoddam dubium, quia[...] priuatio & priuatum e[...] posset aliquis dubitare. [...] tio opponitur habitui, it[...] ponatur ei priuatum esse. [...]

respondet phil. ꝙ non, sed priuatum esse opponitur habere habitum, sicut.n. cæcitas & visus opponuntur, ita opponitur esse cæcum & habere visum.

Deinde quum dicit. (Non est autem) determinat de oppositione contradictoria conformiter ad ea, quæ de priuatiuè oppositis dicta sunt. Dicit ergo, ꝙ contradictoriè opposita sunt affirmatio, & negatio, & ꝙ ista non sunt ipsæ res, quæ subsunt affirmationi & negationi, ꝙ ꝓbat tali rõne. Omnis affirmatio est orõ affirmatiua, & negatio est oratio negatiua, sed ipsæ res quę subsunt, non sunt oratio affirmatiua, nec oratio negatiua, ergo res non sunt affirmatio, aut negatio.

Exponit quomodo comparantur opposita ad inuicem, & quæ differentia ponatur inter priuatiue opposita & alias oppositiones, cum suis quæstionibus.

QVoniam autem.] Postquam philosophus determinauit de oppositis secundũ se, nũc comparat ea adinuicem po-
[illegible] differentiam inter priuatiue oppo
[illegible] s oppositiones. Circa quod
[illegible] imo probat ꝙ priuatiua op
[illegible] uatur a relatiua. Secundo
[illegible] contraria ibi. (Quo-
[illegible] ertio ꝙ a contradictoria
[illegible] ue vero.) Quantum ad
[illegible] t duabus rationibus, ꝙ
[illegible] itio distinguatur a rela-
[illegible] talis est, omne relati-
[illegible] d quod est dicitur ad a-
[illegible] tio & habitus non dicun-
[illegible] on enim cæcitas est vi-
[illegible] c visus est cæcitas visus,
[illegible] dicit. (Amplius) ponit se-
[illegible] em, quæ hæc est. Omnia
[illegible] conuertẽtiam eo modo,
[illegible] in capitulo de ad ali-
[illegible] s & priuatio non dicun-
[illegible] rtentiam, quia visus non est
[illegible] us, ergo priuatiuè opposita non sunt relatiuè opposita. Huic litteræ quæ plana est, addere possumus, ꝙ relatiuè opposita dupliciter ab omnibus alijs oppositis distinguuntur. vt dicit S. Doct. in q.7. de potentia. art.5. ad secundũ. Primo, quia in alijs oppositionibus dicitur vnum alteri opponi, quia remouet ipsum. hoc patet in contradictorijs. Nam negatio remouet affirmationem, & vnum contrarium aufert aliud, & priuatio habitum, relatiuum autem non remouet suũ correlatiuum, immo ipsum ponit, sed dicitur ei opponi tanquam ei quod terminat habitudinem eius. Secunda differentia sequitur ex ista prima, & est ꝙ in aliis oppositionibus vnum est semper imperfectum respectu alterius, quòd patet in negatione respectu affirmationis, & in priuatione respectu habitus, & similiter in contrarijs, quia vnum contrariorum habet rationem priuationis respectu alterius, vt dicitur 11. metaphysic. Vnum autem relatiuum non oportet esse imperfectum respectu correlatiui, vt patet maxime in relatiuis æquiparantiæ: vt pater, & filius, & æquale, simile & huiusmodi.

Deinde quum dicit. (Quoniam autẽ) improbat dupliciter, ꝙ priuatiuè opposita distinguuntur a contrariis. Et primo ꝙ a contrariis immediatis tali ratione, contrariorum immediatorum semper alterum inest suo subiecto, vt dictum est supra: sed priuationis & habitus non semper alterum inest subiecto, ergo priuatiuè opposita distinguuntur a contrariis immediatis. minorẽ probat ex hoc, ꝙ subiectum non habet habitum, aut priuationem antequam sit aptum natũ. Catulus enim ante nouem dies non est cæcus, nec videns.

Deinde cum dicit. (Quorum vero) probat ꝙ distinguũtur a contrariis mediatis. Contrariorũ mediatorũ nunq̃ alterũ necesse est inesse subiecto, nisi insit ei a natura, vt calor igni, & candor niui. sed alterũ habitus, & priuationis, aliquã do necesse est inesse subiecto. s. post determinatum tẽpus. ergo &c. Sciendum ꝙ sicut propria accidentia causantur ꝑ

quandam

quandam naturalem emanationem ex principiis essentialibus alicuius subiecti: Ita alia accidentia causantur ex principiis indiuidui. Horum autem accidentium quædam habent causam transmutabilem in subiecto, & tunc subiectum mutari potest de vno in aliud, puta manus calida in frigidam. Aliqua vero habent causam in transmutabilem, vt accidētia inseparabilia, & ab his subiectum mutari non potest. sicut est nigredo in coruo, candor in cigno, calor in igne. vnde ignis nunquam potest fieri frigidus, quanuis eius calor possit remitti, sicut contingit quando ex igne generatur aqua, quia oportet ꝙ remittatur eius caliditas. Ex hoc patet falsam esse opinionem dicentium, ꝙ calor in summo est propria passio ignis: licet enim hoc cōueniat soli igni, non tamen conuenit omni igni. Aliquis enim ignis dicitur lux, & iste est ignis, qui est purum elementum existens in propria materia: quoniam quidem dicitur lux, licet non luceat in sua materia propria, & in sua sphæra. s. in concauo orbis lunæ: & iste est in summo calidus: nisi forte ex ea parte, qua coniungitur aeri, aliquis est ignis in humido aerio: & iste dicitur ignis flamma. Aliquis enim est in sicco terrestri, & dicitur carbo. His autem duobus modis non erit eo in summo caliditas.

Deinde cum dicit (Amplius) Ponit secundam rationem, qua probat priuatiue opposita distingui a cōtrariis dicēs; Omne subiectum contrariorū, siue sint contraria mediata, siue non, potest mutari de vno in aliud, nisi alterum insit ei a natura, sicut homo mutatur de sanitate in languorem, & econtra. & de albo in nigrum, & de virtute in vitium, & econtra, sed subiectum priuationis ad habitum licet mutari possit de habitu in priuationem, non tamen mutari potest de priuatione in habitum, nam cæcus non potest fieri videns. ergo priuatiue opposita distinguuntur ab oppositis contrarie.

QVAESTIO,

An à priuatione ad habitum sit regressus.

Videtur esse falsum ꝙ dicit philosophus. s. ꝙ a priuatione, ad habitū non sit regressus. Primo tenebra est priuatio lucis, sed potest esse transitus de tenebra ad lucem, aer enim tenebrosus potest fieri lucidus. ergo potest aliquid mutari de priuatione ad habitum. Secundo ignorantia est priuatio scientiæ, sed subiectum ignorans potest fieri sciens. ergo idem quòd prius.

RESPONSIO

declaratiua.

Respondeo ꝙ priuatio est duplex: aliqua enim priuatio consistit tantum in priuari. aliqua vero consistit in priuato. Priuatio quæ in priuari consistit, non totaliter remouet habitum, sed est via ad eius corruptionem, sicut ægritudo dicitur priuatio sanitatis, non ꝙ omnino auferat sanitatem, quia si animal nihil sanitatis haberet, viuere non posset, sed dicitur priuatio, quia est via ad co
pendam omnem sanitatem
mortem. & talis priuatio d
trarium, eo quòd nō tota
habitum: & ab ista ad h
sus. Priuatio aūt q̄ cōsi
se, totaliter corrūpit hab
duplex. Aliqua. n. habet
dinem ad subiectū, vt d
taph. sicut se hēt teneb
ista priuatione non po
tio ad habitum. Dr̄ aūt i
immediatū ordinē ad pr
tra, qn̄ talis priuatio co
remoto quocūq; extrin
uenit ei p se. habitus ve
nisi per causam extrinse
aere, qui de se est teneb
lumē nisi ab extrinsece
militer intellectus nos
rus, scientiā aūt non ha
ptore, vel per inuentione

Alia eſt priuatio, quæ non habet ordinē ad ſubiectum niſi mediante habitu, eo ꝙ habitus conuenit ei per ſe. priuatio vero tantum per cām aliam, ſicut mors & cæcitas, & a tali priuatione ad habitum non poteſt naturaliter fieri regreſſus.

SOLVTIO.

Ad argumenta patet reſponſio ex prędictis. Iſtud eſt ꝙ ſub alijs verbis dici ſolet aliquam eſſe priuationem, quæ corrumpit habitum, ſed non principia habitus, vt tenebra quæ nō deſtruit ipſum corpus illuminans, & ignorantia quæ non aufert principia ſcientiæ. Alia eſt priuatio, quæ deſtruit etiam principia habitus, ſicut mors quæ non ſolum remouet uitam a corpore, ſed etiam animā, quæ eſt vitæ principiū. Differūt aūt iſtæ priuationes, quia licet nulla priuatio ſm ſe ſuſcipiat magis & minus, cum ſit non ens, tamen illa quæ deſtruit ſolū habitū, ſed non principia habitus ſuſcipit magis & minus ratione habitus oppoſiti: aliud eſt enim magis altero tenebroſum. illa uero quæ corrumpit principia habitus, nullo modo ſuſcipit magis [illegible]inus, nam vnus non eſt magis mor[illegible] [illegible]agis cæcus alio.

[illegible]m dicit. (Quæcunq; uero) [illegible]tiam inter priuatiue op[illegible] [illegible]dictoria, & per conſe[illegible] [illegible]radictoria differunt ab [illegible]ppoſitis, poſtea reuerti[illegible] [illegible]ctoria aſsignando quaſ[illegible] [illegible]s eorum. Quantum ad [illegible] contradictoria a pri[illegible] [illegible] & ab aliis etiam diſtin [illegible]lterum contradictorio[illegible] [illegible]erū, vel falſum, aut vere [illegible]eſt: ſed nullum aliorum [illegible]falſum neceſſario: nec [illegible]non ineſt. ergo nullum [illegible]itorum contradictorie

[illegible]cia ſunt contradicto[illegible] [illegible]mplexa, vt omnis ho[illegible] [illegible] homo non currit. & [illegible] alterū eſt verum, aliud vero falſum. Alia ſunt in complexa, & in his non eſt veritas neq; falſitas, quia uerum & falſum non ſunt niſi in complexione, ſed tamen alterum eorum vel ineſt, vel non ineſt, puta ſedere vel non ſedere cuilibet ſub diſiunctione inſunt, ēt ſi non ſit. Nam chymera aut ſedet aut non ſedet. Non ſic autem eſt in aliis. Niſi enim ſubiectum ſit, non eſt verum, ꝙ alterum contradictoriorū ei conueniat. Nam ſi ſortes non eſt, non dicimus ꝙ ſit ſanus, aut æger. Ex prædictis habemus tres differentias eorum quæ dicuntur. Aliqua enim vt contradictoria dicuntur de quolibet ſiue ſit, ſiue non ſit. Aliqua vero vt contraria immediata dicuntur de quolibet non ſemper, ſed dum eſt, ſicut eſſe animal, quādo eſt idem, eſt ſanum vel eſt ęgrum. Aliqua vero vt priuatiue oppoſito non dicuntur de ſubiecto, etiam quando eſt ſemper, ſed ſolum quando eſt aptum natum. ſ. in tempore determinato.

Deinde cum dicit. (Contrarium eſt.) Ponit quatuor proprietates contrariorum, prima eſt iſta. bono, nō contrariatur niſi malum: malo autem poſſunt cōtrariari non ſolum bonum, ſed ēt malū. Ratio primæ partis eſt: quia vnum contrariorum remouet aliud, ſed bonum additum bono non deſtruit bonum, immo auget, ergo bonum non eſt contrarium bono. Secundam partem declarat exēplariter, quia ægeſtati quæ eſt quoddam malum, contrariatur ſuperabundantia, quæ eſt etiam malum. Sciendum eſt ꝙ cum virtus in medio conſiſtat, dupliciter contingit aliquid opponi, vel per defectū, uel ſuperabūdātiā. Sicut liberalitati q̄ eſt virtus, qua homo dat qñ debet, & cui dēt, opponitur auaritia ratione defectus, quia facit ꝙ homo non dat, opponitur etiam prodigalitati ratione exceſſus, quæ quidem prodigalitas opponitur etiam auaritiæ, & tamen auaritia & prodigalitas ſunt quædam mala, quia ſunt uitia.

Deinde cum dicit. (Amplius contrariorum) ponit ſecundam proprietatem, quæ eſt hęc. ſi vnum contrariorum eſt

in rerum

in rerum natura, non oportet reliquum esse: Istam conclusionem probat exemplo. Nam si omnia animalia essent sana, non reperiretur ęgritudo nisi forte in potentia, quia subiectum existens sub vno contrariorũ est in potẽtia ad aliud.

Deinde cum dicit. (Palam vero.) Ponit tertiam proprietatem quę est. Quòd contraria habent fieri circa idem vel genere, vel specie, vt sanitas, & languor habent fieri circa animal, ꝙ est vnum genus. Iustitia vero & iniustitia habent fieri circa animal rationale, quæ constituit speciem specialissimam.

Deinde cum dicit (Necessarium est autem.) Ponit quartam proprietatem, quæ est, ꝙ omnia contraria, vel sunt in eodem genere, sicut albedo, & nigredo sunt in eodem genere proximo, s. in genere coloris: vel sunt in distinctis generibus proximis, tamen in eodem remoto, sicut iustitia, & iniustitia: quia iustitia est in genere virtutis. Iniustitia vero in genere vitij, & tamen habent idem genus remotum, quia vtrunque est habitus. Aut est genera aliorum, vt bonum & malum. Quomodo bonum, vel malum sit in genere contrariorum, diuersimode a diuersis exponitur. Porphyrius dicit, ꝙ quia bonum conuertitur cum ente, ideo tacuit omnia genera sicut & ens, & per consequens est genus non quidem prædicabile, sed est quid analogum ad contraria omnia: Simplicius vero in prædicamentis, cui videtur Sanct. doct. in quęstione prima de malo articulo primo concordare, dupliciter ostendit, primo, ꝙ malum dicit defectũ boni, & ideo, quia semper alterum contrariorum rationem haberet defectus respectu alterius, potest dici, ꝙ in omnibus contrarijs unum sit bonum & aliud malum, & sic bonum & malum erunt communia ad omnia genera. Secundo dicit philosophum dixisse non ex sententia sua, sed secundum opinionem Pythagoræ. Frequenter enim philosoph. in libris logicæ loquitur secundum opinionem aliorum.

Exponuntur quinque modi, quibus dicitur prius, cum suis quæstiunculis.

PRius autem.] Postquam philosophus determinauit de oppositis, nunc ponit quinque modos prioritatis, secunda pars incipit ibi. (Secundo.) Tertia ibi. (Tertio.) Quarta ibi. (Amplius.) Quinta ibi. (Videtur autem.) Quantum ad primum dicit, ꝙ primus & proprius modus proprietatis est, secundũ quem aliquid dicitur prius, altero secũdum tempus, sicut antiquam & vetusta sunt priora modernis. Circa hoc notanda sunt duo, primo, ꝙ quicquid est prius altero generatione, est etiam prius tempore: non tamen omne prius tẽpore est prius generatione: Ad hoc enim, ꝙ vnum sit prius alio tempore, sufficit, quòd fuerit in priori mẽsura, & ꝙ prius habuerit esse, sicut illi qui fuerunt in aureo seculo, dicuntur prius his qui nũc sunt. Ad hoc autẽ, ꝙ vnũ sit prius alio generatione, oportet & ꝙ prius habuerit esse, & præter hoc, ꝙ eius generatio habeat ordinem ad generationem illius, quo est prius, hoc modo dicimus, quòd [illegible] mal est prius homine, quia q[illegible] mo antequam sit homo, p[illegible] mal, eo quòd prius viuit [illegible] ua quam intellectiua, vt [illegible] in libro de animalibus. [illegible] iam decem annis genitus [illegible] prior generatione quàm [illegible] die generatur, quia eius [illegible] lum habet ordinem ad [illegible] ipsius hominis, nisi ordi[illegible] eo ꝙ in priori tempore fu[illegible] citur prior tempore, non [illegible] tione. Ista est sententia Sã[illegible] prius & posterius dicunt[illegible] rationem ad aliquid prin[illegible] to aliquis est propinquiu[illegible] est prius. Primum auten[illegible] temporis creatione, & [illegible] ra sunt illi principio p[illegible] cuntur etiã esse priora: [illegible] volumus prius & posterius [illegible]

per comparationem ad tempus præsens. Diuersimode inuenitur prioritas in futuris &in preteritis. Nã in futuris illud est prius, ꝙ est ꝓpinquius presenti nũc in preteritis autem econtrario illud est prius, quòd magis est elongatum a presenti nunc.

Deinde cum dicit. (Secundo) ponit secundum modum, secundum quem illud est prius a quo non conuertitur subsistendi consequentia. Hoc modo vnum est prius duobus, quia valet ista consequentia, duo sunt, ergo vnum est: Sed non conuertitur, vnum est, ergo duo sunt. Quia antecedens potest esse verum consequente existente falso. Nam si in vniuerso esset tantum vnum ens: hoc antecedens esset verum, vnum est, tamen hoc consequens esset falsum, duo sunt. Isto modo esse superius est prius suo inferiori. Quia inferius non potest existere sine superiori, quum superius sit de ratione inferioris. Superius autem pōt esse sine inferiori. Non enim sequitur si animal est, ꝙ homo sit.

Contra istum modum arguitur primo, animal est prius generatione quàm homo, vt prædictũ est, ergo non est pri[illegible] cõsequentia tenet, quia isti mo[illegible]tis sunt distincti.

[illegible]id, ꝙ est principaliter inten[illegible] est prius natura, sed ho[illegible]alius intentionem a na[illegible]mal, cum sit perfectius, [illegible] prius natura quàm ani[illegible]co de omni inferiori.

[illegible]ad primum dico, quòd [illegible], & prioritas temporis [illegible]odi distincti, non tamen [illegible]t eidem conuenire secun[illegible] considerationes. Animal [illegible] homine generatione, [illegible]eratur animal, quam ho[illegible]tio animalis habet ordi[illegible]tionem hominis, quia in [illegible]citur anima sensitiua, [illegible]imal, ut sit via ad ani[illegible], qua constituitur ho[illegible]am ordine procedatur [illegible]so ad perfectum, dicitur autem animal prius natura quàm homo, quia in rerũ natura potest esse animal, dato quòd homo non sit, sed non econtra. Dico secundo, quòd non omne prius natura est prius generatione, aut tempore. Constat enim, quòd viuere est prius natura, quam intelligere, quia nō potest esse intelligere nisi sit viuere, ipsum autem viuere non præsupponit intelligere: & tamen viuere in angelis non est prius generatione aut tempore, quàm intelligere, quia in primo instanti suæ creationis habent intelligere, sicut & viuere.

Ad secundum dico, quòd dupliciter dicitur aliquid prius natura altero, vno modo, quia non sequitur si ipsum est, quòd aliud sit, & sic animal est prius homine, sicut declaratum est, de quo modo prioritatis naturæ loquitur philosophus. Alio modo dicitur prius natura id, ad cuius generationem principaliter respicit intentio naturæ, & hoc modo perfecta sunt priora imperfectis, & omne inferius suo superiori, quia plura sunt de ratione inferioris quàm superioris. Et ut breuiter concludamus hanc partem, quandocunque sunt duo, quæ ita se habent, ꝙ ad esse unius sequitur esse alterius, sed nō econtra: id ad cuius esse non sequitur esse alterius, dicitur eo prius natura, siue sit totum vniuersale, siue pars integralis, siue quodcunque aliud.

Deinde cum dicit. (Tertio) Ponit tertium modum, secundum quem dicitur aliquid prius in disciplinis, sicut prima principia, vt illud, de quolibet est vera affirmatio, vel negatio, & similiter oẽ aliud principiũ est prius conclusione. In geometria similiter elemẽta, idest principia, sunt priora conclusionibus, & in grammatica litteræ sunt priores syllabis, & in rhetorica exordium præcedit narrationem. Ista aut dr̃ prioritas ordinis, cùm in omni prioritate sit quidam ordo, quum prius, & posterius dicant relationem, & per consequens ordinem, quia in istis procedimus ordinate a principijs ad conclusiones, & ab

exordio

exordio ad narrationem, & a literis ad ſyllabas.

Deinde cum dicit (amplius.) Ponit quartum modum, ſecundùm quem illa dicuntur priora, quæ ſunt digniora, & nobiliora, ſicut patricij plebeis, & Imperator militibus. Quem quidem modum prioritatis dicit nõ ita proprie dictum ſicut alios.

Deinde cum dicit. (Videtur autem.) Ponit quintum modum, ſecundùm quẽ illud dicitur prius, quòd eſt cauſa alterius, licet vnum eſſe non poſsit alio nõ exiſtente. Iſto modo ſubiectum eſt prius ſua propria paſsione. quia cum paſsio naturaliter, & neceſſario conſequatur principia ſubiecti, impoſsibile eſt ſubiectum eſſe ſine paſsione, aut econtra: ſubiectum tamen eſt cauſa paſsionis, ideo eſt prius ea, non quidem generatione, quia eadem generatione generantur licet ſubiectum generetur per ſe, & paſsio conſequutiuè, ſed eſt prius cauſalitate. Similirer hominem eſſe animal, eſt cauſa veritatis iſtius propoſitionis, homo eſt animal, & non hominem eſſe animal eſt prius veritate illius propoſitionis. Nam ex eo, quòd res eſt, vel non eſt, dicitur oratio vera, vel falſa, ideſt oratio eſt vera, vel falſa, quia ſic res eſt, aut non eſt, ſicut per eam ſignificatur.

Præter iſtos modos prioritatis reperiuntur etiam alij. Ad cuius euidentiam eſt ſciẽdum, quòd de ratione prioris, & poſterioris eſt ordo. Reperitur autem ordo induratione, & penes hoc ſumitur prioritas temporis. Reperitur etiam ordo in quantitate, nam prima pars lineę eſt ante ſecundam, & penes hoc ſumitur prioritas ſitus. Eſt etiam ordo in exiſtentijs rerum, ſecundũ quòd eſſe vnius præſupponit eſſe alterius, & non ecõtra & ſic dicitur prius natura. Eſt etiam ordo in ſcientijs dupliciter. Vno modo ex parte rei, & ſic illud eſt prius, quòd de ſe eſt magis cognoſcibile. Alio modo quantum ad nos, & ſic illud eſt prius, ꝙ prius cadit in noſtra cognitione. Eſt & ordo in operationibus, & hoc tripliciter. Aliquis enim eſt ordo intentionis,

& ſic finis eſt prior
Alius eſt ordo ratio
eſt in intellectu arti
ciato, & eſt princip
do executionis, & ſ
nem ſunt priora fine
mus, quàm habitetu
tio eſt finis domus.
parte philoſo. ponit
tatis. vbi ſciendum
modis dicitur vnum
modis dicitur reliqu
tur quinque modis,
dis poteſt etiam dic
& prioritas oppon
ſunt ſimul, vnum nõ
loſo. autem ponit
ſimultatis, qui pert
tionem logicam, v
omnes modos prior
derare logicus, ſed
ſpondent iſtis mod
ſecũdo modo pri
quomodo valeat
riori ad ſuum ſupe
eſt, etiam ſuperius
Ex quinto modo
leat conſequentia
propriam paſsion
quomodo valeat a
ſecundum tempus,
ræ inter omnes iſto
tineat ad logicum

Dicit ergo Phil
dicuntur aliqua
eorum generatio
re. Quod poteſt
vno modo ſunt
adequate, & hæc
incipiunt, & ſimul
do ſunt ſimul tẽp
ſunt in aliqua parte
tamen in alio tempo
exiſtente.

Deinde cum dicit (na
ſecundum modum ſi
tur ſimultas naturæ
ſimul ea quorum v
alio non exiſtente,
ſit cauſa alterius

ctum est in capitu-
simul.
lius sunt simul natu
causa filij. ergo ali
a, quorum vnũ est

r potest accipi dupli
o illo supposito, qđ
causa filij: nec est si-
, nec vt sic est rela-
ccipitur pro ipsa re-
, & sic non est causa
, sed simul natura,
paternitatem, non
sa eius: sed est cau
bet virtutem gene-

(dicuntur autem.)
m, secũdùm quem
, quę e diuerso diui-
rationale, & irra-
animal. ipsum au
per est prius. Vl-
d tot modis dici-
m est, & est tex-
, alia expositione

motus earum quo-
s, cum suis
nibus.

m] in hac parte phi
git de motu: cir-
duo principaliter
o enumerat spe-
git de earum op-
em simpliciter.)
cit, ꝙ species mo
o, corruptio, aug-
eratio, & loci mu
rtem sciendum est,
r accipitur, vt dicit
to physicorum. Vno
pro causa trãsmutatio-
siua, siue instantanea:
ratio, & corruptio,
i, dicuntur motus.
solum pro succes-
tione, secundùm

quem modum neque generatio, neque corruptio sunt motus, sed propriè dicũtur mutationes. Notandum est secundo, quòd si motus accipiatur primo modo, sic non prędicatur vniuoce de omni motu, qa principaliter dicitur de quatuor vltimis speciebus, per posterius vero dicitur de generatione, & corruptione. Si autem accipitur secundo modo, sic prędicatur vniuoce, nam licet motus localis sit primus omnium motuum, vt dicit philo. in libro octauo physicorum. tamen si comparentur ad communem rationem motus, sic suscipiunt ęqualiter eius prædicationem.

Deinde cum dicit. (Alij itaque) ponit horum motuum distinctionem dicens, ꝙ omnes isti sex motus ab inuicem sunt distincti, quòd specialiter probat de alteratione tali ratione, illa distinguuntur, & non sunt idem, quorum vnum potest esse alio non existente, sed alteratio potest esse sine augmento: potest enim aliquid dealbari, dato quòd non augeatur, & simul augeri aliquid potest, dato quòd non alteretur, sicut cõtingit, quando quadrangulo circumponitur gnomon, quia tunc crescit quadrangulus, non tamen alteratur, est enim differentia inter quadratum, & quadrangulum, quia quadratũ est figura quatuor ęqualibus lineis contrafacientibus quatuor angulos rectos, quadrangulum vero est figura altera parte longior, eo ꝙ consistit ex quatuor lineis, quarum duę sunt duabus alijs longiores. Gnomon vero est quasi medius quadrangulus cõstans ex duabus lineis rectis in angulo coniunctis, quòd si addatur quadrangulo fit maior quadrangulus. vt patet in hac figura marginali Dicitur autẽ quadrangulus non esse alternus, quia alternatio non est nisi secundùm qualitates tertię speciei, in qua nõ est gnomon.

QVAESTIO,

An augmentum possit esse sine alteratione.

Quæritur vtrum augmentum possit esse

esse sine alteratione,& uidetur, ꝙ non.

Quia quicquid augetur nutritur, sed nutritio esse non potest sine alteratione nutrimenti, vt dicitur in secundo de anima, ergo in omni augmento est alteratio.

In oppositum est philosophus.

RESPONSIO
declaratiua.

Respondeo, in ista q. faciam duo. Primo declarabitur quomodo isti motus inter se distinguantur. Secundo dicitur ad quæsitum. Quantum ad primum præmitto quid rationis istorum terminorum. Corruptio enim est mutatio de esse ad non esse. Generatio autem est mutatio de non esse in esse. Est autem duplex esse, aliquod est esse substantiale,& istud dicitur esse simpliciter: aliud est esse accidentale,& dicitur esse secundum quid: similiter est duplex generatio, & duplex corruptio. qa illa quę est de esse, vel ad esse sub substātiale, dr̄ simplr̄ corruptio vel generatio, illa vero quę est ad esse accidentale dicitur generatio, vel corruptio secundum quid. Philosophus in hoc loco loquitur de generatione & corruptione simpliciter dictis, quia si accipiantur secundum quid, nō distinguūtur ab alijs motibus. mutatio enim quæ est de non esse album in esse album, est generatio secundum quid, & tamen est alteratio, augmentum est præexistentis quantitatis additamentum, vnde augeri aliquid, est ipsum acquirere maiorem quantitatem quam prius. Diminui vero est minorem quantitatem acquirere. Alteratio est mutatio de vna qualitate in aliam, sed sciendum, ꝙ alteratio est duplex, quædam est alteratio perfectiua & hoc modo quicunque acquirit aliquam perfectionem, quam prius nō habebat, dicitur alteratio, siue illa perfectio sit in corpore siue in anima, sicut sunt scientia & virtutes. Alteratio alia est corruptiua, secundum quam abijcit aliquid ab eo, ꝙ alteratur, & ista est propria alteratio, de qua loquitur philosophus. Terminatur

ratiōis solū ad qua
primo,& principa
dario terminari p
tates primæ. Ex h
quis alteratur secu
& frigiditatem, qu
cie. Contingit etiam
cundum sanitatem &
sunt in prima. Moue
locum est loci muta
pliciter. Vno mod
quocunque modo
cundum partem,
uet digitum, ipse
eodem loco, vbi pr
cupat maiorem loc
remaneat in eodem
sicut arbor quando
cupat maiorem locu
parua. Alio modo m
liter, eo ꝙ totalite
vbi prius erat,&
contingit in mot
dicitur proprie m
claratur distinctio
philosophus in q
omnis motus hēt
nem a termino ad
pitur ista propositi
sunt specie distinct
nos specifice distinc
tus sunt huiusmodi
minatur ad esse sub
ad non esse; augm
ad quantitatem.
tem: & motus lo
motus specie dist
primum.

RESP

Ad quæ

Ad euidentiā secundi
est, ꝙ augeri est maio
quirere, ꝙ duplicite
.n. aliquid augetur
quanti ad quantum
additur linea; vt p

ligna, & hoc dr̃ au
ẽ tamen, sed non dr̃
supra etiã diximus.
ugetur, quia idem
irit maiorem quã-
ebat prius, & etiam
augetur per se, ita
incipaliter termina
, & iste dicitur pro-
enti, nec potest esse
tibus, vt sunt plan-
n potest aũt fieri ta-
per sumptionem ci-
utrimentum transit
a, quòd esse nõ po
n prius alteretur p
y. Et ideo concedo
cludit, quòd motus
potest sine præceden
augmentum largo
o ipse exemplificat,
it esse: separatur
ugmenti ab alte-
diuersos terminos

(Est autem simpli-
arietate motuum
uplex contrarium.
tur quies, & etiam
euidẽtiam est sciẽ
n potest proprie di-
vt supradictũ fuit,
st, ꝙ aliquid ponat,
nit: sed dicit nega-
to apto nato mo-
losophus contra-
icens quòd quies
rarię, idest priua-
quies, quæ priua-
, dubium est. Ali-
motui ad albedi-
es in ipsa albedine.
opponitur quies in
d puto magis esse verũ.
quòd nullus habitus est
r ad suam priuationẽ,
inem est via ad quię
rgo talis quies non
et enim motus ter-
et ad formã, quæ

per motum acquiritur, & ad quietem in tali forma. opponitur autem quies in albedine, quieti in nigredine oppositione contraria, sicut enim se habet motus ad formas contrarias terminati, ita se habent etiam priuationes motuum, sed motus qui est ad albedinem contrariatur motui ad nigredinem. ergo quies in albedine cõtrariatur qeti in nigredine.

Dico tamen quòd ista non est perfecta contrarietas, quia tales quietes nihil ponunt. Posset fortè dici, quòd est perfecta cõtrarietas, & ꝙ quies opponitur contrarię motui, quia quies aliquid ponit. Nam quiescere in albedine est subiectum habere albedinem, vnde quies in albedine est esse albedinis cum negatione remotionis ipsius albedinis: nec esset inconueniens quietem contrarią rij motui, & quieti, quia idem potest esse contrarium duobus, secundùm diuersas considerationes: vt dicit S. Doc. quinto physicorum.

Deinde cum dicit (His quæ) declarat aliud, quod opponitur motui cõtrariæ. quia non solum quies motus contrariatur motui, vt generationi corruptio, augmentationi diminutio, motui sursũ, motus deorsum.

Deinde cum dicit. (Reliquo vero.) Remouet vnum dubium. Dubitari enim potest quid opponatur alterationi, ad qđ respõdet quòd ei opponitur quies, & etiam motus in contrariam qualitatem, sicut dealbationi opponitur denigratio, quæ est motus ad nigredinem.

Exponit septem modos, quibus dicitur habere.

Habere autem.] Istud est vltimum capitulum, in quo Philosophus ponit septem modos habendi, quia omnes facillimi sunt præter tertium, de quo erit specialis tractatus loco suo. Primus modus est, quo quis habet aliquam qualitatem. Secũdus est quo quis habet quãtitatem, & per hos duos modos innuitur modus habendi quæcunque alia genera

117

nera, vt relationem, actionem, passionem, & huiusmodi. Tertius est, quo quis habet vestimentum, & ea quæ circa corpus, aut circa partes corporis sunt. sicut dicitur quis habere anulum, calciamentum, biretum, & iste modus habendi facit vltimum prædicamentum, quòd dicitur habitus. Quartus modus est, quo quis habet partes suas integrales, sicut homo habet manus, & pedes. Quintus modus est, quo continens habet contẽtum, sicut lagena vinum, & horreum grana frumenti. Sextus modus est, quo quis dicitur habere possessionem, vt agros, domum, torcular. Septimus est, quo quis dicitur habere vxorem, &

hic modus impro
citur quis habere v
habitant simul vir,
cit posse fortè repe
isti sunt magis co
cunt istos modos e
guunt tertium in d
esse habere aliquid
vt vestimentum: &
circa partes corpori

Et est sic finis præ
stotelis ad laudem
prædicamentum
Deus æternus, &
nedictus, cui re
& in perpetuum

Finis subtilis, & breuis Expositionis Magistri Pauli
Porphyrij, & Aristotelis Prædicamen

Flandria. in. Posterio


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm